MONVMENTA GERMANIAE HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

AVCTORVM ANTIQVISSIMORVM TOMVS XI

CHRONICORVM MINORVM SAEC. IV. V. VI. VII

VOL. II

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCXCIV

CHRONICA MINORA

SAEC. IV. V. VI. VII

EDIDIT

THEODORVS MOMMSEN

VOLVMEN II

ACCEDVNT TABVLAE DVAE

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCXCIV

Aulae Vimariensis officina typographica.

HOC VOLVMINE CONTINENTVR

HYDATII LEMICI

CONTINVATIO CHRONICORVM HIERONYMIANORVM

AD A. CCCCLXVIII.

LIBRI ADHIBITI:

B = codex Berolinensis Phillipps. 1829 saec. IX.

H = epitome Hispana.

*H*m = eius epitomae cod. Matrit. univ. 131 saec. XIII.

*H*n = eius epitomae apographum Perezianum cod. Matrit. bibl. nat. F 38 saec. XVI fin.

( ) distinguunt quae in hac epitome reperiuntur.

F = epitome Fredegariana sive cod. Paris. 10910 saec. VII/VIII (MG. script. Meroving. vol. 2 p. 69—77).

' ' distinguunt quae in hac epitome reperiuntur.

[ ] uncis comprehensa omissa in libro *B* ex epitoma altera utra (quae indicatur in margine) accesserunt alia vera, alia insiticia.

M = excerpta cod. Montpellierensis n. 151 (v. p. 9).

Litteris inclinatis expressa sumpsit auctor ex consularibus Constantinopolitanis editis vol. 1 p. 197—247.

Hydatius — eo enim nomine fuit [1]) — natione Hispanus fuit, *provinciae*, ut ait ipse in praefatione, *Callaeciae* vel secundum sequioris aetatis pronuntiationem corruptam *Gallaeciae* (vide ad p. 13, 12) *natus in Lemica civitate*, id est in oppido Limicorum conventus Bracarensis sito supra Bracaram Asturicam versus, hodie *Jinzo de Lima* [2]), quae regio a. 411 Sueborum facta quinto saeculo regibus eorum subdita erat. scilicet habitabant ibi foederatorum condicione sub regibus suis Suebi advenae: antiqui habitatores iure manebant Romani parebantque vel certe parendum sibi esse existimabant imperatoribus.

1) Eius nominis tres viri innotuerunt. Primus est episcopus Emeritae is, qui a. 385 una cum Ithacio Priscillianum apud Maximum Treveris accusavit et propterea a. 389 in exilium pulsus est. nominant eum Sulpicius Severus chron. 2, 46, 8. c. 47, 5. 6. 51, 6 (ubi unicus codex Vat. Pal. 824 saec. IX constanter *ydatius*); Hieronymus de viris ill. 121 (ibi cod. Paris. 12161 saec. VII *hydati*, Vaticanus reginae 2077 item saec. VII *ydatii*); Prosperi chron. ad a. 389 (ubi consentiunt libri in lectione *ursacius*, id quod corruptum indico ex forma vera auctoris culpa potius quam librariorum); Isidorus de viris ill. c. 19 (*ursatius* libri scripti et editi errore omnino ex Prospero ducto). praeterea acta synodi Caesaraugustanae a. c. 380 (apud Mansium 3, 633) cum residentium episcoporum nomina sic perscripta habeant in libris duobus Vindobonensi n. 411 saec. IX/X (Maassen *Quellen des Kanon. Rechts* I p. 668) et Parisino n. 1455 saec. X (Maassen l. c. p. 536): *residentibus episcopis Itadio* (*fitadio* Par.) *Delfino Euticio* (*eutitio* Par.) *Ampelio Augentio Lucio Itatio* (*tacio* Vind.) *Splendonio Valerio Simposio, Carterio et Itadio*, esse inter hos Hydatium nostrum verisimile est, quo loco sit, incertum. — Chronica qui scripsit, in codice eorum unico pleno saec. IX *ydatius* scribitur constanter (exord., praef. inscr. et c. 1. c. 40. 96. 98. 130. 201. 207), in epitomae Fredegarianae cod. saec. VII, ubi quater nominatur, *ydatius* (l. 3 c. 1), *ydacius* (l. 4 praef.), *udacius* (l. 2 c. 49), *adacius* (l. 2 c. 49); in epitomae Hispanae cod. saec. XIII *ydacius, idacius* (praescr.), *idatius* (c. 62^b), apud Pseudo-Isidorum de viris ill. c. 11 certe in edd. *itacius* (*itatius* cod. Vat. Urb. 382 saec. XV et Vat. reginae n. 349 saec. XVI; a libris melioribus caput hoc abest), in epistula a Turribio ad ipsum directa a. 447 item secundum edd. *idacius*. — Tertius eius nominis invenitur in epistula synodica ab episcopis Galliarum ad Leonem directa c. a. 451 (inter Leonis epp. 99), dictus ibi in edd. *Ydatius*. haec librorum vestigia cum ad eam nominis formam ducant, quam supra posuimus, accedit quod hoc genus cognominum sive signa quae dicuntur iusto veriloquio raro carent, et ut *Hydatius* facilem interpretationem habet, ita *Idatius* sive *Idacius* barbarum est et ineptum. — Accedit vir ordinis senatorii tituli Hadrumetini (C. I. L. VIII, 61) saec. opinor tertii signi loco vocabulum habens *Hydatii*. — Cum Ithacii vocabulo, quod habet recte scriptum titulus Ovetensis editus ab Huebnero inscr. Hisp. christ. n. 144, Hydatii cave confundas: ad Ithacium cognomento Clarum (si fides est Isidoro vir. ill. 19) socium Hydatii in accusando Priscilliano referuntur tres libri editi contra Marivadum diaconum Arrianum hodie adiudicati Vigilio Thapsensi (Migne vol. 62). — Libellus inscriptus: *in nomine domini nostri Iesu Christi incipit liber de nominibus Suerorum et Euandalorum, Alanorum et Gotorum ab an. CCCV: vocatus est liber iste Ithatium; ab illo qui eum scripsit nomen accepit*, subscriptus: *liber Itacii finitur*, repertus in codice deperdito Ovetensi (unde descriptus est cod. Matrit. bibl. nat. F 58; cf. Knust *Arch.* 8, 784; Ewald *neues Archiv* 6, 304) saeculo XII posterior est neque quicquam commune habet cum chronicis nostris; videantur Florez *Esp. sagr.* 4, 195 seq. et qui eum continuavit Risco l. c. 38, 116 seq. 366. incipit: *Sevi et Evandali praeoccupaverunt totas Hispanias*, finit: *post haec Bamba regnavit annos quinque et mortuus est in pace et sepultus in valle de Mannio in ecclesiam sancti Petri.* — Locum, quem Quesnelius in editione priore (a. 1675) epistularum Leonis magni in adnot. ad ep. 15 (vol. II p. 831) Hydatio tribuit: *Dictinius Asturicensis episcopus, cui ob Priscilliani haeresim quam profitebatur eiecto cum aliis eiusdem sectae episcopis successit Turibius*, in posteriore editione (a. 1700) professus (vol. II p. 449) errasse se de Hydatio, sed ignorare, unde eum traxerit, id quod pariter ignoravit Florezius *Esp. sagr.* 4, 416, sumptus est, non ad verbum tamen, ex vita Turibii edita in actis sanctorum m. Aprilis vol. II p. 421 seq.

2) *Φόρος Λιμικῶν* apud Ptolemaeum 2, 6, 44, *civitas Limicorum* in titulo C. I. L. II, 2517 aliisque. videatur Huebner l. c. p. 350. 903.

horum e numero Hydatius et res gestas ad hanc formam narrat et annos numerat secundum imperatores tam Occidentis quam Orientis. *infantulus et pupillus* a. 406, ut ait (c. 40), iter fecit in Orientem adiens Cyprum, Caesaream Palaestinae, Hierosolyma, Bethlehem, ubi vidit Hieronymum († a. 420), Alexandream (c. 38. 39. 40 et praef.: cf. c. 59. 61), unde recte efficitur eum natum esse c. a. 394. clericus factus est a. 416 (c. 62ᵇ), episcopus a. 427 (praef. 6. 7), cuiusnam urbis, ignoratur. fortasse Aquarum Flaviarum, hodie Chaves, Limicis proximarum propter ea quae narrantur c. 201. rex Sueborum Hermericus cum pacem cum Romanis Callaeciam inhabitantibus factam non observaret, legatus horum c. a. 431 ad Aetium magistrum militum in Galliam ivit (c. 96) rediitque cum Censorio comite ab eo ad Suebos legato (c. 98). in pace quoque cum Hermerico mox facta eius partes videntur fuisse (c. 100). pariter atque Hydatius alter Priscilliani haeretici apud Maximum accusator a. 385, nostro sine dubio sanguine coniunctus et fortasse pater, hic quoque acerrimum propugnatorem se monstrat fidei orthodoxae et insectatorem Priscillianistarum sive Manichaeorum cum in chronicis (c. 13. 16. 31. 130. 133. 135) tum in rebus gerendis. a. 444 Asturicae deprehensos Manichaeos quosdam una cum Turibio eius urbis episcopo audit gestaque de iis mittuntur ad Antoninum episcopum Emeritae metropolitanum (c. 129). eodem fere tempore Turibius ille ad Hydatium nostrum et Ceponium episcopos epistulam dedit (epp. Leonis ed. Ballerin. vol. 1 p. 711) de erroribus Priscillianistarum Manichaeorumque, nec multo post, scilicet a. 447 Iul. 21 de eadem re episcopus Romae Leo ad eundem Turibium scribens (l. c. p. 693 seq.) finit ita: *dedimus litteras ad fratres et coepiscopos nostros Tarraconenses, Carthaginienses, Lusitanos atque Gallicos eisque concilium synodi generalis indiximus: ad tuae dilectionis sollicitudinem pertinebit, ut nostrae ordinationis auctoritas ad praedictarum provinciarum episcopos deferatur. si autem aliquid, quod absit, obstiterit, quo minus possit celebrari generale concilium, Galliciae saltem in unum conveniant sacerdotes: quibus congregandis fratres nostri Idacius et Ceponius imminebunt coniuncta cum eis instantia tua, quo citius vel provinciali conventu remedium tantis vulneribus afferatur.* a. 461 vel certe proximo d. Iul. 25 Sueborum regulus Frumarius infestus Romanis eorumque auxiliaribus Gothis cum in ecclesia Aquiflaviensi captum Hydatium secum duxisset (c. 201), post tres menses captivitatis mense Novembri rediit ad Flavias (c. 207). chronica absolvit a. 468: nam cum memoretur c. 248 episcopi Romani Hilarii obitus defuncti eo anno Febr. 29[1]) et quae statim secuta est ordinatio successoris Simplicii, adnotationes extremae videntur referendae esse ad annum 468. notae annorum quas posuit etsi perturbatae non sunt contrariae. non multo post auctor diem obierit necesse est septuagenario maior. haec ex chronicis, neque aliunde sumpta sunt quae de eo narrantur in vita temere attributa Isidoro[2]): *Itacius provinciae Gallaeciae episcopus secutus chronicam Eusebii Caesariensis episcopi sive Hieronymi presbyteri, quae usque hodie in Valentis Augusti imperium edita declaratur, dehinc ab anno primo Theodosii Augusti usque in annum imperii Leonis octavum* (hunc ultimum memorat c. 235, vere perveniens ad annum eius duodecimum) *subiunctam sequitur historiam, in qua magis barbararum gentium bella crudelia narrat, quae premebant Hispaniam. decessit sub Leone principe ultima iam paene senectute, sicut etiam praefationis suae demonstratur indicio.*

Annos annalium suorum Hydatius numeravit Hieronymi quem continuat exemplum secutus computatione binaria et singulis annis adscribens numerum imperatorium et quarto quoque anno olympiadis principium adnotans, scilicet in chronicis integris: epito-

1) Cf. Duchesne lib. pontif. vol. I p. CCLII. 247. quamquam diem, quo obiit Hilarius, alii volunt fuisse Sept. 10. 2) Leguntur haec capite 11 [9] editionis Arevalianae uno tredecim eorum, quae a plerisque libris scriptis huius commentarii absunt et vix sunt Isidori ipsius. brevis praefatio (Arevalus vol. 7 p. 238), quacum Loaysa primus vitas has edidit, ad eas solas pertinere videtur neque magis Isidori esse, sed continuatoris anonymi.

marum duarum melior Hispana annos raro apposuit, Fredegariana plerumque adscripsit imperatorios. hi in chronicis his primarii sunt ipsi narrationi inserti constanter neque, ut nos chronica tradita accepimus, magnum adiumentum est in olympiadibus, quas in margine auctor posuit, quamquam ipse significat c. 25, ubi illi fallere videantur, recurrendum esse ad has. imperatorum annos numerat potissimum Occidentis, Orientis hic illic adscribit. annus omnino consularis est incipiens a kal. Ianuariis: sed ut ait ipse c. 25, annum mutationis bis numerat, ut annus 395, quo obiit Theodosius, ei et Theodosii sit XVII et filiorum I itaque hi duo loci in computo pro uno procedant, unde abest a codice Arcadii et Honorii annus primus recte omnino. utilitas chronicorum horum, quae longe optima sunt ex annalibus nobis servatis saeculi quinti, cum ab auctoris chronologia pendeat eaque maxime in parte posteriore perturbata sit, per singula imperia eam persequemur.

Theodosii I anni recte numerantur XVII = Ol. 289, 3—293, 3 ab a. 379 ad 395, Gratiani († 383) et Valentiniani II († 392) in annis computandis ratione non habita. Honorio (nam Arcadii annos 383—408 auctor non numeravit et ne obitum quidem eius adnotavit, etsi in principio eum cum fratre praescribit) Hydatius annos dat XXX vel potius (nam primum, ut modo vidimus, non computat) XXIX = Ol. 293, 4 — 300, 4, uno anno a vero aberrans; regnavit enim Honorius ab a. 395 ad a. 423, id est computatis duobus non plenis XXIX, omisso anno 395 ab Ol. 293, 1 ad Ol. 300, 3. annum qui abundat probabile est esse XXVI, quem ubi ad praecedentem adiungimus, quae Hydatius per haec tempora narrat satis recte procedunt: itaque secundum hanc coniecturam annos aerae nostrae in margine disposui.

Sequuntur Theodosius II et Valentinianus vel potius hic solus: nam quamquam illius nomen solum Hydatius praescribit et Occidentis dominum in imperatorum laterculo praeterit, ad eum annos numeravit, sed item non sine errore: scilicet ab obitu Honorii a. 423 etsi hunc annum in successore non computamus, ad extremum Valentiniani III 455 anni sunt XXXII, non, ut ait Hydatius, XXXI = Ol. 301, 1 — 308, 3, annum unum, quem errore Honorio addidit, altero errore quodammodo compensans, ut iunctis duobus regnis Honorii et Valentiniani III iustus numerus efficiatur. videtur auctor errore res primo biennio Valentiniani III 424/5 gestas pro uno anno habuisse itaque quae secundum ipsius numeros narrantur sub a. 426 vere pertinere ad a. 427 et sic deinceps. incidit ita Valentiniani annus extremus recte in a. 455 eosque numeros adscripsi, quamquam annus Theodosii II extremus et Marciani primus ita dicitur esse a. 451 (c. 147), Marciani secundus a. 453 (c. 154), tertius a. 454 (c. 157), quartus a. 455 (c. 162) vel a. 456 (c. 165), cum vere Theodosius II obierit a. 450 Iul. 28, Marcianus inierit eodem anno Aug. 25.

Qui sequuntur imperatores Occidentis secundum Berolinensis libri manum antiquam ita reperiuntur dispositi:

Ol. 308, 4	Avitus	I	456?	
Ol. 309, 1		II	—	
2		III	—	
3	Maiorianus	I	457?	Maiorianus creatur a. 457 Apr. 1. eclipsis a. 458
4		II	458?	(c. 191)
Ol. 310, 1		III	459?	
2		IV	460?	
3		V	461?	Maiorianus depositus a. 461 Aug. 2
4	Severus	I	462/3?	eclipsis a. 462 (c. 214)
Ol. 311, 1		II	464?	eclipsis a. 464 (c. 225)
2		III	465?	Severus obiit a. 465

	3	Anthemius I	466?	
	4	II	467?	
Ol. 312, 1		III	468?	Simplicius papa creatus a. 468 (c. 219)

Orientis imperatorum anni qui memorantur, perturbationem laterculi accusant magis quam corrigunt. scilicet Marciano cum recte dentur anni septem (c. 181), respondent iis in laterculo novem Ol. 307, 3—309, 3. Leonis annus primus, qui est 457, cum recte c. 185 componatur cum Maioriani primo, quintus, qui est 461, c. 211 aequatur primo Severi, octavus, qui est 464, c. 235 Anthemii primo.

Satis habuimus formam explanare et numeros adscribere incertos omnino, sed aliquatenus probabiles; errores in singulis rebus ab auctore commissos persequi non est editoris.

Numerat Hydatius imperatores sibi constans, sed ratione perversa:

XXXVIIII	Theodosius I	XLIII	Maximus
XL	Arcadius et Honorius	XLIV	Maiorianus et Leo
XLI	Theodosius II	XLV	Severus
XLII	Marcianus	XLVI	Anthemius.

Sic libri *BF*, nisi quod errore antiquo post Maximum c. 165 repetunt Marcianum numero XLIII. praeterea *F* recte: *B* manu prima habet XLIII pro XLII, XLV pro XLIIII, XLV item pro XLVI. contra *H* omissis primis duobus numerat Theodosium II XLIII, Marcianum XLIIII, Maximum XLV, Marcianum (admissa iteratione illa) XLVI, Maiorianum et Leonem XLVII, Severum XLVIII, Anthemium XLVIIII.

Olympiades (in codice constanter est OLYMPI) in codice leguntur in textum relatae plerumque ita fere, ut nos in editione eas repraesentavimus, rarius ad marginem adscriptae. praecedere solent annum imperatoris eum, a quo Olympias ea de qua agitur incipit. saepenumero Olympiadis adnotatio implicata reperitur adnotationibus proxime praecedentibus: ita Ol. CCXC collocanda ante c. 6 scripta est inter c. 4 et 5, Ol. CCXCVIII collocanda ante c. 54 scripta est iuxta c. 51, Ol. CCXCVIIII collocanda ante c. 63 iuxta c. 61, ol. CCCVIII collocanda ante c. 154 iuxta c. 149; sed cum nullo loco Olympiadis adnotatio praecedat anni proxime praecedentis numerum, quid secutus sit non solum auctor, sed librarius quoque, clare apparet. itaque nos Olympiadis numerum perpetuo ante imperatorium eum inseruimus, cui auctor eam praescripsit. — Numeros, ubi quod est LXXXX constanter more Hispano sic notatur LXL, secunda manus ita emendare voluit, ut singulis unionem demeret. sed mox antiquos numeros restituit, quos praeterea coniunctio cum Hieronymianis abunde tuetur.

Aera Hispana etsi in exemplari libelli integri quod superest in margine bis adnotatur manu prima, scilicet ad Ol. 290, 2 = p. Chr. 382 CCCCXX, ad a. Ol. 292, 4 = p. Chr. 392 CCCCXXX, magis est ut a librario veniat quam ab auctore, eo magis, quod in textu quibusdam locis eam memorat (c. 42. 214. 253). ut supra (vol. I p. 217 ad a. u. c. 721) vidimus in exemplar quoque consularium Constantinopolitanorum mentionem eius eum intulisse. passim, sed plerumque perverse eam adscripsit auctor epitomae Hispanae deductam ex annis exemplaris sui imperatoriis. omnino aera ducta ab a. ante Chr. 38 vix in communem usum admissa est ante saeculum quintum medium (cf. Krusch *Studien* p. 143; Brunner *Rechtsgesch.* 1, 330 n. 43).

Annos Abrahae in margine exemplaris nostri libelli integri adnotavit manus antiqua. sed posterior, ea ipsa omnino quae argumenta passim ibi adscripsit. primum ad a. Ol. 290, 4 = p. Chr. 384 ĪICCCC et sic deinceps.

Denique iuxta c. 8 ad a. Ol. 290, 2 vel 3 = p. Chr. 382 vel 383 in margine legitur: *VII ioboleus ex quo dominus ascendit;* scilicet 32 vel 33 + 350.

Romanorum episcoporum laterculum Hydatianum subscripsi adiecto vero secundum Duchesnium:

	Hydatius:		*laterculus verus:*	
XXXVI	Siricius	factus a. 386	Siricius	a. 384
			Anastasius	a. 399
XXXVII	Innocentius	factus a. 398	Innocentius	a. 401
			Zosimus	a. 417
XXXVIII	Bonifatius	factus a. 412	Bonifatius	a. 418
. . . . .	Theofilus	. . . .		
XXXVIIII	Eulalius	factus a. 418		
XL	Caelestinus	factus a. 426	Caelestinus	a. 422
XLI	Xystus	factus a. 434	Xystus	a. 432
XLII	Leo	factus a. 447	Leo	a. 440
XLIII	Hilarus	factus a. 462/3?	Hilarus	a. 461
XLV *(sic)*	Simplicius	factus a. 468?	Simplicius	a. 468

Alexandrinos et Hierosolymitanos episcopos Hydatius si comperisset, addidisset ad exemplum Hieronymi, sed instae notitiae deficiebant. cum apud Hieronymum ad a. 373 invenisset Petrum episcopum Alexandriae XX, c. 5 ad a. 380 adscripsit XXI Theophilum, eo deceptus, quod ab eo anno orditur laterculus Theophili paschalis ab Hydatio usurpatus et ipsum episcopum Alexandreae viderat a. 406 (c. 38), ignorans Timotheum in ea sede sedisse ab a. 377 ad a. 385. cautius ad a. 416 (c. 61) adnotat ignorare se, quis Theophilo († a. 412) in sede ea successerit. episcoporum Hierosolymitanorum posuit unum Iohannem (c. 38. 58. 66) et Iuvenalem (c. 106), adscribens se scire non potuisse, quis ante hunc sedem eam tenuerit.

Quod ait auctor pro aetate diligens et fidei optimae res gestas annorum 379—427 se sumpsisse *vel ex scriptorum stilo vel ex relationibus indicantum* sive, ut alibi ait, *partim ex studio scriptorum, partim ex certo aliquantorum relatu*, reliqua se episcopum tum factum addidisse *ex cognitione, quam propriae vitae tempus ostendit*, id libellus ipse comprobat. scilicet in parte priore secutus est fere, quae supra edidimus maxime ad exemplar ab ipso Hydatio auctum et adnotatum, consularia Constantinopolitana, unde desumpta in hac editione distinguuntur litteris inclinatis. ea cum desinant a. 395 vel certe exinde paucissima suppeditarint, tam in ea parte quae plus habet quam sequentia magna ex parte derivavit ex epistulis et relationibus ad se adlatis, quas passim laudat praesertim de rebus ecclesiasticis (c. 73. 106. 109. 145. 151; cf. de similibus quae inseruit consularibus suis vol. I p. 201), sed memorat item relationes negotiantium et officialium de rebus saecularibus (c. 177) et legatos Valentiniani III de interfecto Aetio per provincias missos (c. 161). his subsidiis effectum est, ut narratio perveniat item ad Gallias Africam Italiam adeoque ad provincias Orientis: at longe pleraque pertinent ad Hispaniam et praecipue ad Callaeciam Hydatii patriam, de quibus quae narrat, eorum ipse testis fuit nec raro particeps.

Tradita accepimus Hydatii chronica exemplo unico si non integro, tamen integritati proximo et epitomis duabus.

Integra habet codex nobis *B* is, de quo dixi vol. I p. 78. 202 librum generationis *B* inde edens et consularia Constantinopolitana, olim Claromontanus, hodie Berolinensis Cheltenhamensium n. 1829 saec. VIII f. 153—172. praescriptio ea ipsa est, quam exhibet editio, subscriptio nulla. eum descriptum esse ex exemplari hic illic damnum passo ostendunt cum hiatus non magni c. 90 fin. 242 tum c. 192[a]. 217[a] in spatiis vacuis omissa et ex epitomis expleta (v. p. 11). sed in prima parte chronicorum quod multis locis (scilicet post c. 3. 6. 8. 9. 11. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 27. 28. 29. 30. 35. 36. 37. 76. 79. 87. 88. 110) similiter versus aliquot vacui relicti sunt, non repetendum crediterim ab arche-

typi hiatibus, cum in hac parte epitomae vix ulla supplementa suppeditent: immo aut auctor ipse aut librarius ea videtur admisisse, ut suppleturo spatia ne deessent.

Alterum exemplum videtur recenseri in catalogo bibliothecae Lauriacensis scripto saec. X (cod. Vat. Pal. 1877 et inde Wilmanns mus. Rhen. 23, 387): '*libellus* '*Quinti Iulii Hilarionis de origine mundi usque ad resurrectionem Christi: item in eodem* '*libello Hieronimi chronica excerpta: inde Idacii ab anno primo Theodosii Augusti usque* '*ad Iustinianum in uno codice.*' nam ad epitomae Hispanae librum haec referri nequeunt propter ea quae de libri principio afferuntur, quamquam cum chronica dicantur pervenire ad Iustinianum, adfuit in hoc libro continuatio, quam habet epitoma ea.

Edidit Hydatii chronica integra ex libro illo primus Ludovicus de S. Laurentio sub ficto nomine Pauli Profitii Romae a. 1615, quam editionem non vidi (repetivit eam Prudentius de Sandoval *historias de Idacio . . Isidoro . .* Pampelonae 1615 fol. et denuo 1634 fol. p. 26 seq.); deinde Sirmondus (Idatii episcopi chronicon et fasti consulares, Parisiis a. 1619), a quo posteriores cum pendeant, nolui eos enumerare.

Epitomae Hispanae praescribitur certe in codice Matritensi 134: *hucusque Severus qui et Sulpitius* (vide vol. 1 p. 626): *dehinc Idacius Gallecie episcopus item retexit hystorie ordinem,* incipit c. 37 verb. *Constantinopoli Iohannes.* subscriptio est nulla, adhaeret intervallo nullo continuatio brevis et exilis perveniens ad a. 568, quam infra (p. 35) reperies Hydatianis chronicis subiunctam. consentiunt Pereziani, nisi quod ibi praescribitur: *Idacii Galletiae episcopi chronicon.* innotuerunt eius epitomae libri renatis litteris antiquiores hi:

1. Alcobacensis deperditus. cum librum nactus multa inde excerpta inseruit annalibus suis Iohannes Vasaeus (rerum Hispaniae memorabilium annales, Salmanticae a. 1552) neque tamen perfecit quod sibi proposuit ut eum ederet.

*H*m 2. Matritensis univ. n. 134 saec. XIII ex Alcobaciensi descriptus. in hoc epitome legitur f. 39—41; praeterea eo libro quae contineantur, exposuimus in praefatione ad Victorem Tonnennensem. inde epitomen edidit primus Henricus Florez (España sagrada vol. 4 ed. 2 a. 1756 p. 420—427). nobis librum contulit Ewald, deinde excussimus ipsi Berolini.

3. Osmae, quae Uxama fuit, in Hispania Tarraconensi Ioh. Bapt. Perezius († 1597), de quo insigni viro item diximus in praefatione ad Victorem, in bibliotheca ecclesiae repperit codicem 'pergamenum, non tamen valde veterem' (Perez apud Villanuevam *viage* 3, 213. 215), itaque Matritensi aetate fere supparem, hodie deperditum, quo quatenus ex Perezianis nobis cognitis perspici potuit, eorum quae ad res Hispanicas pertinent haec continebantur:

a) chronica Gallica tradita sub nomine Sulpicii Severi (Villanueva 3, 201) adfuisse etiam in Osmensi inde videtur colligi posse, quod subscriptio talis, qualis est in Matritensi: *hucusque Severus* etc. etiam in Osmensi adfuit (Villanueva l. c. p. 201).

b) Hydatii chronica epitomata (Villanueva l. c.).

c) Isidori chronica (Villanueva 3, 203).

d) laterculus regum Wandalorum (Villanueva 3, 203. 306).

e) continuatio Isidoriana scripta c. a. 741, infra edita cum Isidorianis (Villanueva 3, 215).

f) Isidori liber de viris illustribus habens post Osium caput de Xysto in plerisque exemplaribus omissum (Villanueva 3, 204).

Ex altero utro vel ex utroque libro descripta sunt sine dubio exemplaria facta saec. XVI, quorum innotuerunt haec:

4. scriptum manu Iohannis Paez chronistae Philippi II, servatum saec. XVI exeunte apud Zuritam (Villanueva 3, 201 cf. p. 197).

5. servatum apud Florianum Docampo, postea apud Ambrosium Moralem (Villanueva 3, 201; cf. p. 198).

6. Perezii, qui ait descripsisse se ex Paeziano, emendasse ex Osmensi, extant exempla tria: Segoviense omnium optimum, ad quod Perezius l. c. ait adiecisse se lectiones libri Osmensis distinctas nota *Oxom.*; Toletanum bibliothecae capitularis 27, 26 varia lectione adscripta nulla, quod adhibuit Florezius l. c. cum Matritensi 134, inspexit Ewald (*neues Archiv* 6, 364); inde descriptum Matritense bibl. nat. F 38, unde Hydatiana nobis descripsit Knust, recognovit Ewald. *H*ⁿ

7. Marianae servatum hodie in museo Britannico inter codices Egertonianos n. 1873, adhibitum a Florezio l. c. cum Matritensi et Toletano Perezii, Hydatiana exhibet 1—23 seq. tracta omnino, ut monstrant lectiones quoque a Florezio allatae. ex collectaneis Perezii, quem inter auctores a se adhibitos Mariana recenset.

Crisis epitomae pendet ex codice Matritensi 134, a quo per Paezium suum exemplum duxisse videtur Perezius. Osmensis quid habuerit, ignoramus: nam ipse periit neque collatum est exemplum Perezii Segoviense variam lectionem habens inde enotatam. Perezianus liber Matritensis, cuius variam lectionem adiecimus, utilia quae suppeditavit (ut c. 56. 68. 123), sed ea paucissima, duxit omnino ex Osmensi, sed videtur ipse Osmensis tam prope accessisse ad Matritensem 134, ut etsi aetatem tulisset, crisis inde parum proficeret.

Altera quae superest epitome in Gallia facta est inserta chronographiae compilatae anno fere 642 ei, quam nomine non vero, sed commodo appellamus Fredegarianam, cuius efficit librum tertium interpositum inter secundum Hieronymianorum chronicorum epitomen, et quartum excerptum ex Gregorii Turonensis historia Francorum [1]). praescriptio ipsa est ea, quam habet libellus integer membris tamen traiectis, subscriptio nulla subiectis nullo intervallo gestis Theoderici. eam quoque novimus ex unico codice olim Claromontano, iam Parisino n. 10910 saec. VII vel VIII: quae magno numero circumferuntur exemplaria alia hoc loco praetermitti potuerunt enumerata apud Kruschium diligenter. recte is in editione compilationis illius (scr. Meroving. vol. 2) codicem illum repraesentavit, cum varia lectio plena, quam adiecit, certe in Hydatiana parte a me examinata ostendat libros reliquos a principe non differre nisi mendis hic illic facili coniectura sublatis, plerumque auctis. — Prodiit primum epitome haec cum sylloge integra Fredegariana cura Henrici Canisii a. 1602.

Accedunt excerpta Montespessulana, scilicet codex olim fortasse Divionensis (v. MG. SS. 3, 367), deinde collegii Trecensis, mox Petri Pithoei, hodie bibliothecae universitatis Montpellierensis n. 151 (Pertz *Archiv* 7, 200; *catal. des bibl. des dép.* vol. 1 a. 1849 p. 344) saec. XI vel XII inter Flodoardi annales et chronica Francica ex hoc codice edita MG. SS. 3, 219 continet f. 89—100 chronicon incipiens verbis: *ab Adam usque ad deluvium generationes decem,* cuius pars extrema descripta nobis a Monodio f. 99'. 100r. subscripta sic: *hucusque ex ystoria beati Idatii usque ad octavum Leonis Augusti posui et usque ad primum Antimi imperatoris annum, quo in tempore post Hilarium Romanae ecclesiae XLVII Simplicius sedem tenebat,* vere ex Hydatio sumpta est eoque pleno: nam duarum epitomarum supra relatarum neutri respondet. sed epitomator non solum longe pleraque omisit, sed etiam quae recepit mutavit et subinde interpolavit, maxime quae de eclipsibus in chronicis his reperisset: praeterea quae de obitu Martini et Hieronymi et Augustini habet, aliunde aut adsumpsit aut auxit. nihilominus excerpta haec in apparatum rettuli elencho eorum subiecto, in quo etiam insiticia illa reperientur. *M*

1) De ordinatione libri, quem nuperus editor Kruschius non recte disposuit, supra dixi vol. 1 p. 84 not. 3. in recensione Kruschii continentur Hydatiana l. II c. 49—56.

c. 1 Theodosius — annis XVII.
c. 8 eorum anno IIII Ambrosius Mediolanio et Martinus in Galliis civitate Turonas episcopi habentur insignes.
c. 27 anno ab incarnatione domini CCCCX et a passione CCCLXV, ab urbe autem condita MXLVIII, olimp. CCXCIIII Archadius et Honorius filii Theodosii post obitum patris regnaverunt annis XXX.
c. 31 eorum anno VII . . . . luna nova.
a. 37[a] anno . . . . Honorii XI.
c. 58 eorum anno XX . . . . . CCCLXXXIIII.
— Ipsorum quoque anno XII Hieronimus divine legis interpres apud Bethlem Iude II kal. Octobris migravit ad dominum anno aetatis suae nonagesimo primo, mense sexto anno ab incarnatione domini CCCCXXI indictione IIII. si hunc mensem sextum vis scire, ab Aprili incipe computare, qui est *(vacat versus paene unus).*
c. 63 Anno . . . . Honorii XXIII.
c. 75 ipse vero XXVII anno imperii sui . . . . . regnum.
c. 62. 72 Olymp. CCC aera CCCCLX Constantius Placidiam . . . Valentinianum.
c. 76 Constantius . . . . . Honorii.
c. 80 post deinde . . . decessit.
c. 82 anno ab . . . . . XX post duos.
c. 84 Valentinianumque . . . annis XXVII.
c. 108[a] eorum anno VIII . . . . complesset.
c. 136 ipsorum quoque . . . tertia hora noctis.
c. 146 Theodosius — anno XLVIII.
c. 147 post quem — annis VII.
c. 150 huius anno — vastat.
c. 162 eius quoque — imperii sui.
c. 184 et ipse decessit.
c. 185 deinde Maiorianus — appellatur.
c. 210 Maiorianus — interficitur.
c. 235 et Antimius — imperatoris.

Antiqua aetate chronica Hydatii expilarunt et is qui chronica Gallica vol. I p. 615. 666 edita ad a. 511 usque continuavit, et Isidorus in historiis suis, qui quid inde sumpserint, in ima pagina huius editionis adscriptum est. medio aevo annalium compilatoribus non multis Hydatii libellus integer praesto fuit utpote raro per ea tempora descriptus. mihi praeter auctores Hydatianis per Fredegarianam chronographiam usos, id quod obtinet exempli causa de Hugone Flaviniacensi, duo tantum innotuerunt, qui ipsum adhibuerint, scilicet Sigebertus Gemblacensis qui obiit a. 1112 (MG. SS. 6, 300 seq.) et ei aetate suppar Theodorus Palidensis (MG. SS. 16, 18 seq.; Waitz *neues Archiv* 4, 28). Sigebertus perpauca tantum ex Hydatianis excerpsit a Bethmanno in editione ad marginem adnotata neque ea ad crisin utilia; pro specimine ad c. 5. 149 et 151. 211 in apparatu Sigebertiana adscripsimus. adnotans ad a. 490: *Idatius Lemicae Hispaniarum urbis episcopus cronica sua a primo Theodosii consulatu inchoata huc usque perduxit* Sigebertus fortasse deceptus est exemplari ad illum annum aliquo modo continuato. Theodorus e contrario ipsum exordium ad Hydatii praefationem formavit et postquam dixit de Eusebio et Hieronymo ita pergit: *deinde Idacius Flaviensis episcopus a Gratiano et Theodosio qui post Valentem imperavit cursum annorum rerumque gestarum partim ex studio scriptorum, partim ex certo aliquorum relatu, partim ex propria cognitione quae subsecuntur adiecit usque ad decimum Leonis imperatoris annum: postea sequitur opus Theodori*, et annalibus suis non paucos locos inseruit ex

Hydatio depromptos subscribens in fine (v. ed. cit. p. 54): *hucusque Idacius episcopus.* quos locos in editione illa indicatos neque editos Oxonii contuli cum codice autographo Bodleiano Laud. misc. 633 et quae inde adnotanda essent in apparatum rettuli. crisin tamen ne haec quidem excerpta adiuverunt.

In excerptis igitur Montespessulanis Sigebertianis Theodorianis cum vix ullum subsidium esset, adhibui ad recensendum libellum tres codices Berolinensem et Matritensem 134 adsumpto hic illic Pereziano et Parisinum sese invicem explentes: nam quamquam is quem primo loco posui duobus reliquis longe praestat et integritate et fide, desiderantur in eo quoque commata quaedam (distincta in hac editione numeratione diversa et secundaria) a reliquis servata et sine dubio Hydatiana (c. 62^{a}. 62^{b}. 192^{a}. 214^{a}. 217^{a}). scilicet non solum argumentum ea satis per se defendit, sed etiam duobus c. 192^{a} servato in epitome Hispana et c. 217^{a} servato in Gallica hiatus codicis primarii Berolinensis (cf. p. 7) ita respondent, ut dubitari non possit adfuisse ea in eius archetypo, sed evanida facta esse et propterea omissa. annorum indicatio, quam Hydatius ut passim perturbavit, ita nusquam omisit, ut supra observavi, in epitoma Gallica ita retenta est, ut laterculi forma reiecta annus imperatoris plerumque enuntietur, in Hispana fere sublata substituto aliquoties eius loco aerae numero. Hispanus epitomator ut multa omisit, ita aliena nulla Hydatianis inseruit: contra Gallicus ut in aliis compilationis suae partibus ab eiusmodi interpolatione non abstinuit, Hieronymiana praesertim Priamo suo Francico similibusque additamentis exornans, ita hic quoque quae apud eum leguntur c. 25^{a} de sepultura Theodosii I, c. 90 de tempore quod in Baetica exegerint Wandali, c. 119 de Rechila Geiserici successore, c. 150 de proelio Mauriacensi ab Hydatio aliena aut sunt aut videntur esse: certe extremo loco adhibuit Gregorium Turonensem. verba scriptoris Hispanus epitomator repetit non mutata, Gallicus passim barbare corrupit: ceterum ad emendandum codicem pleniorem neuter valde facit videnturque quae in Hydatianis librarii corruperunt non multa opinor, pleraque iam similiter corrupta adfuisse in communi archetypo eo, a quo descendunt tam Berolinensis liber quam epitomae duae. hoc quaeritur tres testes ubi dissentiunt, id quod raro usu venit, utrum duobus contra tertium standum sit an sint loci, ubi in errore epitomae duae conspirent contra Berolinensem, id est num descendant ex archetypo communi: et hoc videtur verum esse. res decisa esset, si constaret locum de Martino Turonensi (c. 37^{a}), qui abest a Berolinensi, adest in epitomis duabus itemque in excerptis Montespessulanis, non esse Hydatii: sed magis est, ut sit eius, cum propter consensum trium illorum testium tum propter insectationem Priscillianistarum. quod c. 115 pro *Carthagine* textus integri epitomae duae habent *Carthago magna*, quamquam aliquatenus id tuetur quem in adnotatione laudavi locus Liberati, cum vix Hydatii sit, facit ad originem communem duarum epitomarum adstruendam.

Commentarios in Hydatii chronica scriptos ab Iohanne Malthaeo Garzon Hispano cancellario universitatis Lovaniensis a. 1763 servat codex bibliothecae Bruxellensis n. 17971 (Pertz *Archiv* 8, 545), edidit in actis Belgicis (*compte rendu de la commission royale d'histoire* vol. 10 Bruxelles 1845) Xaverius de Ram.

Orthographica duarum epitomarum sperni potuerunt: nam Hispanam cum habeamus in codice saeculi XIII, operae pretium non est de eius erroribus referre, Gallicae autem propter incredibilem barbariam sane memorabilem scribendi rationem qui noscere cupit, intemeratam eam reperiet in editione compilationis Fredegarianae. Berolinensem librum, qui ita remanet solus, pro re scriptum emendate nos solito more ibi expressimus, ubi eum sequi potuimus: errores non receptos in apparatum subieci.

ae e oe.

ae pro *e* in fine vocabuli: *assiduae* (em.) 100 — *ducae* 112 — *speciae* (em.) 186 — item *caelebrare* (em.) 14.

ae vel *e* pro *oe*: *cepta* 107 — *caeperat* 90 — *caeteri* 175 — *Suaeri* ubi indicavi.
e pro *ae* passim, ut *betica* constanter, *gallecia* constanter, *hebrei*, *plage* cet.

b et *p*.
elabsam (em.) 223.

b et *v*.
Sueri constanter: praeterea non permutantur.

c et *t*.
c pro *t*: *bonifacius* 99 (plerumque recte) — *sacerdocii* 248.
t pro *c*: *conditiones* 155 — *ditio* 223 — *martiani* 154. 165. 166 (plerumque recte) — *pernitiosam* 143 — *patritio* 60 bis — *prouintia* 106 (em.). 133 (em.). 149 (em.).

d et *t*.
aliquod (em.) 126.
quot (em.) praef. p. 14, 19.

e et *i*.
i pro *e*: *octubris* 12. 151. 173 — *disscriptio* praef. p. 14, 7.

h omissa: *aud* 90 (em.). 92 (em.) — *ora* (em.) 191 — *ydatius* vide p. 3 — *ydropis* 25; item *Cartag-* 36 (em.) et alibi passim — *debaccari* — *exaurit* 48 — *pasce* 5 (em.). — *Uni* constanter, ut indicat varia lectio.

i et *y*.
i pro *y*: *assiriis* — *hieronimus* plerumque, *hyeronimus* 59 — *hierosolim-* — *presbiter*.
y pro *i*: *epyfanius* — *hyeronimus* 59.

m et *n*.
quemdam 138 (em.).

o et *u*.
o pro *u*: *consulato* 76 (em.) — *exercito* 173 (em.).
u pro *o*: *octubris* 42. 151. 173.

pos = *post* 82 (em.).

geminatio male omissa: *alata* (em.) 109 — *efecta* 73 — *galiam* (em.) 51 — *ilas* 134 — *ingresus* 19 — *inoportunitate* 236 — *misi* (em.) 197 — *quinquenalia* 14 — *rediderant* (em.) 168 — *succesor* 128. — Manus secunda passim pro *ecclesia* emendavit *eclesia*.

geminatio male admissa: *affrica* 236 — *commitem*, *commitum* 17. 92. 151. 218 — *camellorum* 174 (em.) — *disscriptio* praef. p. 14, 7 — *famma* (em.) 218 — *inuallidior* 186 — *pressidet* (em.) 221 — *susscriptione* 31.

'Hucusque a sancto Hieronymo, et ipso, sicut in capite istius voluminis praefatio 'prima declarat, cognomine Eusebio, historia in aliquantis Hispaniarum provinciis con- 'scripta retinetur: cui si quid postea subdidit, in locis quibus deguit certo stili studio 'declaratur. uerum ad haec ignarus indignissimus omnium servorum dei Hydatius servus 'Iesu Christi dei et domini nostri quae secuntur ab anno primo Theodosii Augusti, ut 'comperi, et descripsi, brevi antelatae praefationis indicio.'

'Hydatius servus domini nostri Iesu Christi universis fidelibus in domino nostro 'Iesu Christo et servientibus ei in veritate salutem.'

1. 'Probatissimorum in omnibus virorum studia, quos praecipue in fide catholica 'et conversatione perfecta testes veritatis divini cultus docet adsertio', ut ornantur decore dictorum, ita et commendantur honore meritorum, ut miram in omni opere suo obtineat ueritas firmitatem. verum Hydatius provinciae Gallaeciae, natus in Lemica civitate, mage divino munere quam proprio merito summi praesul creatus officii, ut extremus plagae, ita extremus et vitae, perexiguum informatus studio saeculari, multo minus docilis sanctae lectionis volumine salutari sanctorum et eruditissimorum patrum, in praesenti opere sum pro capacitate proprii sensus aut verbi ostensum ab his secutus exemplar.

2. Quod primum Eusebius Caesariensis episcopus, qui ecclesiasticas sui numeri libris scripsit historias, ab initio Nini regnantis Assyriis et sancti Abrahae patriarchae Hebraeis et reliquorum contemporales is annos regum in vicesimum Constantini Augusti quo imperabat annum, Graeci sermonis chronografiae concludit historia.

3. Post hunc successor syngrafus perfectus universis factorum dictorumque monimentis, Hieronymus presbyter, idem Eusebius cognomento, de Graeco in Latinum scripturae huius interpres a vicesimo anno supradicti imperatoris in quartum decimum Valentis Augusti annum subditam texit historiam. esto ut in sanctis quibus deguit Hierosolymorum locis a memorato Valentis anno in tempus, quo in praesenti vita duravit, forte quam plurima de his quae sunt insecuta subiecerit, quia haud umquam, dum valuit, a diverso stili opere cessavit. quem quodam tempore propriae peregrinationis in supradictis regionibus adhuc infantulus vidisse me certus sum.

BF (*intra* ' ')

Comma hucusque . . . indicio, *quod pro titulo est appendicis ab Hydatio ad Hieronymum adiectae, inter extrema Hieronymi verba et computationem chronicis Hieronymianis subiectam medium interponit B, excerpta inde post* adsertio (v. 10) *collocat F* 1 a] ad *F* hieronimo *BF* 2 spaniorum *F* 3 retinentur *B* decuit *F* 4 ignarus] ydatius B^2 indignussimus B^a ydatius *B*, udacius *F* 5 dei *om. F* ut comperi et] et conperet *F* 6 disscripsi *B* antelatae] B^2, ante factae *F*, ante B^1 7 ydatius *B*, adacius *F:* idacius gallecie episcopus *H in exordio (inscriptio et praefatio ab eo absunt)* 8 ei] se *F* 9 studio *F* 10 testis *F* diuine *F* ornatur *B* 12 ueritas] *scripsi*, ueritatem *B* ydatius *B* gallec- *plerumque*, gallic- *c. 2. 49. 68. 74. 96. 97. 190 ante em. 219 loco priore*, gallac- c. 91 *(em.)* 173. 178, galat- *(em.)* 220, *at* callec- c. 106. 113, callic- c. 96. 196 (*semper ex* c *facta* g) *B: ipsum Hydatium veram formam* Callaec- *posuisse probabile est, quam retinui ego, ubi eius vestigia adsunt* 13 cretus *B* 16 praesenti opere sum] *scripsi*, praecedenti opere suo *B* 22 singrafus B^b, singrafor B^a 25 subdita *B* 27 haud] aut B^a

4. Qui post aliquot annos beato ut erat mansit in corpore. si tum proprio operi quod subdidit aliqua subiunxerit, apud eos, ad quos scriptorum eius omne opus vel summa pervenit, certa et plena cognitio est. sed quoniam in cuiusdam studii sui scriptura dixisse eum constat debacchantibus iam in Romano solo barbaris omnia haberi permixta atque confusa [1]), opinamur ex huius indicio sermonis in hoc per se annorum volumine subdito de successione temporum ab ipso nihil adiectum.

5. Tamen quia ad nostri temporis cursum, ut superior lectio docet, descriptio defluxit annorum, cum membrana huius historiae cura contigisset expertis, mentem monuit inperiti, ut de cognitis, etsi in omnibus inpari gressu, vel vestigiis se substerneret praecessorum. quae fideli suscipiens cordis intuitu, partim ex studio scriptorum, partim ex certo aliquantorum relatu, partim ex cognitione quam iam lacrimabile propriae vitae tempus offendit, quae subsequuntur adiecimus.

6. Quorum continentiam gestorum et temporum qui legis ita discernes. ab anno
a. 379–427. primo Theodosii Augusti in annum tertium Valentiniani Augusti Placidiae reginae filii ex supra dicto a nobis conscripta sunt studio vel ex scriptorum stilo vel ex relationibus iudicantum.

7. Exim inmerito adlectus ad episcopatus officium, non ignarus omnium miserabilis temporis aerumnarum et conclusi in angustias imperii Romani, metas subdidimus ruituras: et, quod est luctuosius, intra extremam universi orbis Gallaeciam, deformem ecclesiastici ordinis statum creationibus indiscretis, honestae libertatis interitum et universae propemodum in divina disciplina religionis occasum ex furentium dominanti permixta iniquarum perturbatione nationum haec iam quidem inserta: sed posteris in temporibus quibus offenderint, reliquimus consummanda.

1. 'Romanorum XXXVIIII THEODOSIVS per GRATIANVM' in consortium regni adsumptus cum ipso et VALENTINIANO iuniore 'regnat annis XVII'. 379

2. I. '*Theodosius* natione Spanus de provincia Gallaecia civitate Cauca *a Gratiano* '*Augustus appellatur*'.

3. '*Inter Romanos et Gothos multa certamina conseruntur.*'

4. II. *Theodosius Constantinopolim ingreditur in primo consulatu suo, quem cum Gratiano agebat Augusto.* — 'Theodosius *secundo regni sui anno* F '*Agustus* appellatur.' 380

5. Alexandriae XXI. habetur episcopus Theofilus vir eruditissimus insignis, qui a primo consulatu Theodosii Aug. laterculum per centum annos digestum de paschae observatione conscribit.

BF (*intra* ' ')

1 annis *B* beato ut erat] *fortasse scr.* beato vigore: beato ut meruit *proposuit Hirschfeld* 3 plena cognitio] *edd.*, plane cogitatio *B* 4 *huc pertinent quae inscriptioni* adaeius servus *cet. praeponit F*: et quia deinceps varietatibus temporum et incursionibus barbarorum ita cuncta mixta sunt, ut gestorum veritas, quae istoriae inseri possit, ad plenum reperire non potest 6 uolumines subd. B^1 7 ut] et B^1 8 defluxit] *fortasse* defecit curam *B* 9 cognitionem B^a 12 ostendit *edd.* 14 ualentini *B* 19 puituras *B* luctuosus B^a 21 propedum *B* dominanti] *scripsi*, dominantem *B*: *videtur significari ex furentium nationum iniquarum (nimirum barbararum) perturbatione permixta dominanti (scilicet Romanae)* 23 consummada B^1

1, 1 theudosius *F semper* 2 cum ipso et u. i. regnat] regnat cum eo et cum ualentiniano *M* 2, 1 de prou. gallaecia ciu. cauca] prouinciae gallilae ciuitatis (*om.* cauca) *F* 5, 1 habentur B^a theofilius *B* c. 5 *Sigebertus ad a. 382:* Teopilus Alexandriae episcopus cyclum de observatione paschae per centum annos digestum, quem laterculum vocavit, ab hoc anno incohavit, hoc est a primo consulatu Theodosii

1) *Cf. Hieronymus ep. 60:* horret animus temporum nostrorum ruinas persequi: viginti et eo amplius anni sunt, quod inter Constantinopolim et Alpes Iulias quotidie Romanus sanguis effunditur *et quae sequuntur.*

OLYMP. CCLXXX.

6. ‘III. *Aithanaricus rex Gothorum aput Constantinopolim XV die, ex quo a Theo-* 381
‘*dosio fuerat susceptus, interiit.*’

7. ‘IIII. *Gothi* infida *Romanis* pace *se tradunt* [1].’ 382

8. Ambrosius in Italia Mediolani episcopus, ‘Martinus in Gallis Turonis episcopus et ‘vitae meritis et patratis miraculis virtutum habentur insignes.’

9. ‘V. *Theodosius Arcadium filium suum Augustum appellans regni facit sibi esse* 383
‘*consortem.*’

10. ‘VI. *Honorius nascitur filius Theodosii.* 384

11. *Legati Persarum ad Theodosium Constantinopolim veniunt.*

OLYMP. CCLXXXI.

12. ‘VII. *Greothingorum gens a Theodosio superatur.*’ 385

13. Priscillianus declinans in haeresem gnosticorum per episcopos, quos sibi in eadem pravitate collegerat, Avila episcopus ordinatur: qui aliquot episcoporum conciliis auditus Italiam petit et Romam, ubi ne ad conspectum quidem sanctorum episcoporum Damasi et Ambrosii receptus cum his, cum quibus iverat, redit ad Gallias. inibi similiter a sancto Martino episcopo et ab aliis episcopis haereticus iudicatus appellat ad Caesarem. quia in Gallis hisdem diebus potestatem tyrannus Maximus obtinebat imperii.

14. VIII. *Arcadii quinquennalia celebrantur.* 386

15. Romanae ecclesiae XXXVI habetur episcopus Siricius.

16. VIIII. Priscillianus propter supra dictam haeresem ab episcopatu depulsus et cum 387
ipso Latronianus laicus aliquantique sectatores sui apud Treverim sub tyranno Maximo caeduntur. Exim in Gallaeciam Priscillianistarum haeresis invasit.

17. X. *Maximus tyrannus occiditur per Theodosium tertio lapide ab Aquileia V kal.* 388
Augustas: et eodem tempore vel ipso anno in Gallis per Arvagastem *comitem filius Maximi nomine Victor extinctus est.*

18. *Cynegius Theodosii praefectus habetur inlustris, qui factis insignibus praeditus et usque ad Aegyptum penetrans gentium simulacra subvertit.*

OLYMP. CCLXXXII.

19. XI. *Theodosius cum Honorio filio suo Romam ingressus est.*	‘Undecemo anno Theudosius regni sui *F* ‘Romam cum filio Honorio ingressus ‘est: legis (que *add.* F^b) Romanorum ‘integra emendacione ededit.’	389

20. XII. 390

21. XIII. 391

22. ‘XIIII. *Valentinianus iunior apud Viennam* scelere comitis Arvagasti *occiditur*’ *et* 392
Eugenius tyrannus efficitur.

BF (*intra* ‘ ’)   c. 6 Isid. hist. 11

6, 1 iii] tercio regni theudosiae an. *F*   atanaricus *F*   aput const.] constantinopolae *F*   2 susceptus] receptus *F*   7 iiii] quarto rigni theudosiae *F*   gothi infida] infoeda (*om.* gothi) *F*   8, 1 ambrosius] eorum anno iiii a. *M*   in italia *om. M*   mediolanio *M*   episcopus] et *M*   galliis *FM*   toroniae *F*, ciuitate turones *M*   episcopi *M*   2 habetur insignis *F*   9, 1 theudosius quinto rigni sui an. *F*   regni facit sibi esse consortem] c. r. sui fecit esse *F*   10 ui] in sexto regni theudosiae an. *F*   fil. nasc. (*om.* theod.) *F*   12 uii] octauo ann. regni theudosiae *F*   creothingorum *B*, graotingorum *F*   13, 5 iuerat] fuerat *B*   15 habentur B^a xxxuii epis *margo B manu prima*   16, 1 priscillianitarum *B*   3 haer. inuasit *om. B*   18, 1 habentur B^a praedictus B^a 22, 1 quarto decimo regni sui ann. *F*   aruagasti] *B*, aruagastis *F*

1) *In margine:* uii ioboleus ex quo dominus ascendit.

OLYMP. CCLXXXIII.

23. XV. 393

24. XVI. *Eugenius a Theodosio Augusto superatus occiditur.* 394

25. ‘XVII. *Theodosius* valitudine hydropis *apud Mediolanium defunctus est* anno regni 395
sui XVII.’

25ᵃ. [‘aromatus sancti ecclesiae Laurencii sepultus est.’] *F*

26. Et iste annus, qui Theodosii XVII, ipse Arcadii et Honorii initio regni eorum primus est: quod ideo indicatur, ne olympiadem quinque annorum turbet adiectio, in hoc loco tantum propter regnantum inserta principium.

27. ‘Romanorum XL ARCADIVS et HONORIVS Theodosii filii defuncto patre re- 395
‘gnant annis XXX.’

28. II. 396

OLYMP. CCLXXXIIII.

29. III. 397

30. IV. 398

31. V. In provincia Carthaginiensi in civitate Toleto synodus episcoporum contrahitur, 399
in quo quod gestis continetur, Symphosius et Dictinius et alii cum his Gallaeciae provinciae episcopi Priscilliani insectatores haeresem eius blasphemissimam cum adsertore eodem professionis suae subscriptione condemnant. statuuntur quaedam etiam observanda de ecclesiae disciplina communicante in eodem concilio Ortygio episcopo, qui Celenis fuerat ordinatus, sed agentibus Priscillianistis pro fide catholica pulsus factionibus exulabat.

32. VI. 400

OLYMP. CCLXXXV.

33. VII. 401

34. VIII. *Solis facta defectio III idus Novembris.* 402

35. Romanae ecclesiae XXXVIII. habetur episcopus Innocentius.

36. ‘VIIII. Theodosius Arcadii filius nascitur.’ 403

37. X. ⟨Constantinopoli Iohannes episcopus praedicatur insignis [cognomento os aureum], *H* 404
⟨qui ob fidem catholicam Eudoxiam Arcadii uxorem infestissimam patitur Arrianam.⟩

OLYMP. CCLXXXVI.

37ᵃ. XI. 405

[⟨Beatissimi Martini vi- *H*	[‘An. XI regni Arcadiae *F*	[Anno ab incarna- *M*
⟨tam et mirabilia quae	‘Martinus episcopus sanc-	tione domini CCCCVIII
⟨fecit Severus vir summus	‘tus et vir apostolicus	et a passione CCCLXXV,
⟨discipulus ipsius, qui et	‘transit a domino carne	ab urbe autem condita
⟨chronica alia quam haec	‘deposita: cuius vita et	anno MLVII, olimp.
⟨sunt ab initio genesis	‘mirabilia quae fecit Seve-	CCXCVI, aera

BH (*intra* ⟨ ⟩) *F* (*intra* ‘ ’)   c. 35 = Gall. 539.

179. In conventus parte Bracarensis latrocinantum depraedatio perpetratur.

180. Aioulfus deserens Gothos in Gallaecia residet.

181. 'Suevi', qui remanserant in extrema parte Gallaeciae, Massiliae filium nomine 'Maldras sibi regem constituunt'.

BH (*intra* ( )) *F* (*intra* ' ')   c. 174 = Isid. hist. 31.   c. 175 = Isid. hist. 31. 32. 87.   c. 178 = Isid. hist. 87.   c. 181 = Isid. hist. 32. 88.

174, 1 Teoderico *Theodorus*   3 pertendentem *B*   7 captiuitas] quantitus *Hirschfeld*   11 nuditatis pudorem *Hirschfeld*   14 abtractus B^a 17 renouauit (*non* reuocauit) *B*   177, 1 c hesychius (esycius *B*) tr. leg. ad theodoricum c. s. m. missus] avitus imp. legatum ad theudericum c. s. m. mittit *F*   2 quod] quo B^1 caesa multitudine *F*   3 et *om.* *F*   aetalia *F*   secessisse *F*   4 hispali *BH*, spalens *F*   marciano exercito *F*   caesos Lazas nuntiant] *scripsi*, caesas nuntiant *B*, c(a)esa nunciant H^mF, caesae nuntiantur H^n: Hispani eciam venientes orientalium naves per Marciani exercitum cesas nunciant *Theodorus*   178, 1 richario *F*   theudericus *B*   gallacia *B*   2 succedit] uenit *F*   181, 1 sueui] suaeui dinuo *F*   remanserat B^a massilae *Isidorus*   2 maldras sibi regem] rege maldra sibi *F*

182. ⟨'Theudericus Emeritam depraedari moliens' beatae Eulaliae martyris terretur ⟨ostentis.⟩

183. III. 'Avitus tertio anno, posteaquam a Gallis et a Gothis factus fuerat imperator, 'caret imperio Gothorum promisso destitutus auxilio, caret et vita.'

184. In Orientis partibus ⟨'septimo anno imperii sui moritur Marcianus'⟩.

185. ⟨'Romanorum XLIIII MAIORIANVS in Italia et Constantinopoli LEO Augusti ⟨'appellantur'⟩.

186. I. 'Theudoricus adversis sibi nuntiis territus mox post dies paschae', quod fuit V kal. Aprilis, 'de Emerita egreditur et Gallias repetens partem ex ea quam 'habebat multitudine variae nationis cum ducibus suis ad campos Gallaeciae dirigit: 'qui dolis et periuriis instructi', sicut eis fuerat imperatum, Asturicam, quam iam praedones ipsius sub specie Romanae ordinationis intraverant, mentientes 'ad 'Suevos qui remanserant iussam sibi expeditionem. ingrediuntur pace fucata solita 'arte perfidiae. nec mora' promiscui generis reperta 'illic caeditur multitudo, 'sanctae effringuntur ecclesiae', altaribus direptis et demolitis 'sacer omnis ornatus, 'et usus aufertur'. duo illic 'episcopi inventi cum omni clero abducuntur in cap-'tivitatem': invalidior promiscui sexus agitur miseranda captivitas; residuis et vacuis civitatis 'domibus datis incendio' camporum loca vastantur. Palentina civitas simili quo Asturica per Gothos perit exitio. unum Coviacense castrum tricesimo de Asturica miliario a Gothis diutino certamine fatigatum auxilio dei hostibus et obsistit et praevalet: quam plurimis ex eorum manu interfectis reliqui revertuntur ad Gallias. 457?

187. 'Aioulfus dum regnum Suevorum sperat, Portucale moritur' mense Iunio.

188. Suevi in partes divisi pacem ambiunt Gallaecorum: e quibus pars Framtano, pars Maldras regem appellant. solito more perfidiae Lusitaniam depraedatur pars Suevorum Maldarem sequens. acta illic Romanorum caede praedisque contractis civitas Ulixippona sub specie pacis intratur.

189. Framtane moritur per pascha et pentecostem.

190. Iubente Maldere Suevi in solitam perfidiam versi regionem Gallaeciae adhaerentem flumini Durio depraedantur.	'Suaevi in soletam perfidiam versi regio-'nem Gallicíae adherentem fluvium 'Durio circa litora manentes deprae-'dantur.' *F*

191. Quinto kal. Iunias die, quarta feria ab hora quarta in horam sextam ad speciem lunae quintae vel sextae sol de lumine orbis sui minoratus apparuit. [*a. 458 Mai. 28.*]

BH (*intra* ⟨ ⟩) *F* (*intra* ' ') c. 182 = Isid. hist. 32. c. 186 = Isid. hist. 32. c. 188 = Isid. hist. 88. c. 189. 190 = Isid. hist. 88.

182, 1 emeretam *F* depraedare *F* 183, 1 posteaquam a gallis (galliis *B*) et a gothis] quam a gothis et gallis *F* 2 imperium *F* promisso dest. auxilio] promissa destitutus et auxilia *F* uitam *F* 184 in or. part. (in or. part. *om. H*) septimo anno (*om.* H^m) imperii sui (imperiae suae *F*) moritur marcianus (*om. H*)] et ipse decessit (*om.* marcianus) *M* 185, 1 romanorum xliiii (*sic* B^2F, xlu B^1, xluii regnauit H^m, xluii regnat H^n) maiorianus in italia (italiam *H*, aetaliam *F*) et constantinopoli (-polim *B*, -pole *F*) leo (ideo H^m) augusti appellantur] deinde maiorianus in italia et constantinopoli leo augusti appellatur *[sic] M* 186, 1 theudericus *F* 2 u kal. Aprilis] *scr. aut* prid. k. Apr., *si haec facta sunt a. 457, aut* x k. Apr., *si spectant ad. a. 458* emereta *F* et *om. F* quam] quae *F* 3 multitudinem u. nationes B^1, multitudine u. nationis *F* 4 instructus *F* 5 ordinationes instrauerant B^1 6 suaeuos *F* expeticionem *F* fugata *F* solita] solitae *B*, soleta *F* 7 caeditur] cebetur F^a, celetur F^b multitudo] m. romanorum *F* 186, 8 aefranguntur *F* et * demolitis *B* 9 inuenti cum omni clero abducuntur] clerici captinantur *F* 11 datis incendio] dantur incendia *F* palentina] placentina *Theodorus* 12 coniciacense *Theodorus* 187 aginlfus *F* suaeuorum *F* sperat] *F*, spirat *B* portugale *F* 188, 1 galleciorum *B* 2 depraedantur B^2 3 illic] illic a *B* 4 ciuitas] *Isidorus*, omnias *B* 189 per] *scr.* inter 190, 3 flumine B^1 191, 1 kal.] *Petavius*, idus B^2, *inc.* B^1

192. II. ⟨'Gothicus exercitus duce suo Cyrila a Theudorico rege ad Hispanias missus' 458?
mense Iulio 'succedit ad Baeticam.'⟩ legati Gothorum et Vandalorum pariter ad Suevos veniunt et revertuntur.

192ª. [Aera CCCCXCV Sabinus episcopus Hispalensis post annos XX quam certaverat *H*
expulsus de Galliis ad propriam redit ecclesiam.]

OLYMP. CCCX.

193. III. ⟨'Theudoricus cum duce suo Sonerico exercitus sui aliquantam ad Baeticam 459?
⟨dirigit manum: Cyrila revocatur ad Gallias⟩. Suevi' nihilominus 'Lusitaniae partes 'cum Maldare, alii cum Rechimundo Gallaeciae depraedantur'.

194. 'Eruli' maritima conventus Lucensis loca nonnulla crudelissime invadunt 'ad Baeti- 'cam pertendentes'.

195. 'Maldras germanum suum fratrem interficit et Portumcale castrum' idem hostis 'invadit'.

196. Inter Suevos et Callaecos interfectis aliquantis honestis natu malum hostile miscetur.

197. Legati a Nepotiano magistro militiae et a Sunerico comite missi veniunt ad Gallaecos nuntiantes Maiorianum Augustum et Theudoricum regem firmissima inter se pacis iura sanxisse Gothis in quodam certamine superatis.

'Legati a Maioriano Agusto et Theuderico *F*
'regi pacem inter se initam ad Suaevis 'et Vandalis diriguntur.'

198. 'IIII. Maldras' in fine mensis Februarii 'iugulatus' merito perit interitu. 460?

199. Per Suevos Luco habitantes in diebus paschae Romani aliquanti cum rectore suo honesto natu repentino, securi de reverentia dierum, occiduntur incursu.

200. 'Mense Maio Maiorianus Hispanias ingreditur imperator: quo Carthaginiensem pro- 'vinciam pertendente' aliquantas 'naves, quas sibi ad transitum adversum Vandalos 'praeparabat', de litore Carthaginiensi commoniti 'Vandali' per proditores 'abripiunt'. Maiorianus ita a 'sua ordinatione frustratus ad Italiam revertitur'.

201. 'Pars Gothici exercitus a Sunierico et Nepotiano comitibus' ad Gallaeciam 'directa Suevos' apud Lucum 'depraedatur' habitantesque Dictyni. Ospinione et Ascanio delatoribus spargentibusque ad terrorem propriae venena perfidiae indagata recurrit ad suos. ac mox isdem delatoribus quibus supra Frumarius cum manu

BH (*intra* ⟨ ⟩) *F* (*intra* ' ') c. 192 = Isid. hist. 33. c. 193 = Isid. hist. 33. c. 198 = Isid. hist. 88. c. 200 = Gall. 634. Isid. hist. 76. c. 201 = Isid. hist. 33. 89.

192, 1 chirilla H^{m}, cyrilla H^{n}, cyrola *F* a theudorico] a theuderico H^{m}, ad theuderico *F* ad hispanias] yspanias *H*, spanias *F* 2 betega *F* uandolorum *B* 3 ueniunt] ueniuntur B^{1} 192ª *habet H, om. spatio vacuo relicto (v. p. 7) B* 1 annis H^{m} 2 expulsis H^{m} 193, 1 theodericus H^{m}, theodoricus H^{n}, theudericus *F* cum *om. F* sunerico *H*, sunnerico *F* aliquanta *H* 1. 2 ad baeticam dir. manum] partem ad betecam dir. *F* 2 cirila H^{m}, cyrola *F*, cyrilla H^{n} suaeui *F* lusitaniae partes] lusitaniam *F* 3 maldare] m. regi et *F* richymundo gallicias *F* *Rechimundum hoc capite ut c. 202. 203. 219 recte scribi confirmat Isidorus c. 89 scilicet secundum codices familiae prolixioris: brevior recensio substituit Remismundum vix recte, nam quamquam parum apparet, quomodo Rechimundo neglecto Remismundus succedat, hic c. 220 ubi primum nominatur, vix pro rege haberi poterit.* 194, 1 aeroli *F* betecam *F* 195, 1 germano *F* sonm̄ fratre *F* interfecit *F* portocale *B*, portugali *F* castro *F* 196 callicos B^{a}, gallicos B^{b} 197, 2 suucrico comite] sunericomiti *B* 3 gallecios *B* 198 iiii] an. iiii regni maioriani *F* m. rex iugulatur *F* mense B^{1} emerito *B*, interito B^{1} 199, 2 occiditur B^{1} 200, 1 madio *F* maiorianus imp. spanias ingr. *F* quo (quod B^{1}) ad carthaginiensem (carthaginensem B^{2}) pr. pertendente (-tem B^{1})] ad cartaginiusem pr. pertendens *F* 2. 3 naues quas sibi ad tr. adu. uandalos (uandolos *B*) pr. . . . . . uandali . . . abripiunt] nauis ad transiendom adversus uuandalus praeparare iubet, quas uuandali subripiunt *F* 4 maiorianus] m. imp. *F* frustrata ad aetaliam repetit *F* 201, 1 pars goth. ex.] gothicus exercitus *F* sunnarico *F* nepuciano *F* directas *B*, uertetur *F* 2 suaeuos depraedantur *F* 3 indagata] B^{2}, indigata B^{1} 4 hisdem *B* manus B^{1}

Suevorum quam habebat inpulsus capto Hydatio episcopo VII kal. Aug. in Aquaeflaviensi ecclesia eundem conventum grandi evertit excidio.

202. Rechimundus vicina sibi pariter Auregensium loca et Lucensis conventus maritima populatur.

203. Inter Frumarium et Rechimundum oritur de regni potestate dissensio.

204. Gallaecorum et Suevorum pacis quaedam umbra conseritur.

205. 'A Theuderico legati ad Suevos veniunt et recurrunt.'

206. Suniericus Scallabim, cui adversabatur, optinet civitatem.

207. Hydatius qui supra tribus mensibus captivitatis inpletis mense Novembri miserantis dei gratia contra votum et ordinationem supra dictorum delatorum redit ad Flavias.

208. De rege Theuderico legati gentis perfidae revertuntur.

'Theuderico legati ad gentis pacem postulatam et optentam revertunt.' *F*

209. 'Gaisericus rex a Maioriano imperatore per legatos postulat pacem.'

210. V. '*Maiorianum* de Galliis Romam redeuntem et Romano imperio vel nomini 'res necessarias ordinantem Rechimer livore percitus et invidorum consilio fultus 'fraude *interfecit*' circumventum. 461?

211. ⟨'Romanorum XLV *SEVERVS* a senatu Romae *Augustus appellatur anno* imperii ⟨Leonis quinto.'⟩

212. I. ⟨Suniericus redit ad Gallias.⟩ 462/3?

213. ⟨Nepotianus Theuderico ordinante Arborium accipit successorem.⟩

214. In provincia Gallaecia prodigiorum videntur signa diversa. ⟨aera D⟩ VI non. Mart. pullorum cantu ab occasu solis luna in sanguinem plena convertitur: idem dies sexta feria fuit.

'Luna XV tunc conversa est in sanguine' *F* (*post c. 218.*) [*a. 462 Mart. 2.*]

214[a]. [⟨In conventu Bracarense duorum natorum portentum visum: quattuor Legione ⟨simile memoratur⟩]. *H*

215. Antiochia maior Isauriae inobaudiens monitis salutaribus terra dehiscente demergitur. [episcopo?] tantum ipsius civitatis cum aliquantis, qui eum, obaudientes timori domini, sunt secuti, de interitu liberatis, turrium etiam solis cacuminibus extantibus super terram.

216. Gaisericus Valentiniani relictam Constantinopolim remittit. filiae ipsius una Gentoni Gaiserici filio, alia Olybrio senatori urbis Romae iure matrimonii copulantur.

BH (*intra* ⟨ ⟩) *F* (*intra* ' ') c. 202. 203 = Isid. hist. 89. c. 209 = Isid. hist. 77. c. 211 = Isid. hist. 76. c. 216 = Isid. hist. 77.

201, 5 ydatius *B* 204 galleciorum *B* 205 suaeuos *F* 206 scallaui *B* 207, 2 ydatius *B* dictorum] doctorum B^1 209 gaisericus] quinto maioriani regni an. gaisiricus *F* imperator B^1 postulat pacem] postulans *F* 210, 1 maiorianus quinto anno regni sui interficitur (*rel. om.*) *M* u] B^1, u i B^2 romam] ad r. *F* et *om. F* nomini] nomine *B*, *om. F* 2 richymer *F* inuidorum] isuaedorum F^a, issuaedorum F^b 3 interficit B^2, interficetur *F* 211. 212 *om.* H^n 211, 1 xlu] xluiii *H* imperiae *F* 212 i] B^1, ui ii B^2 sunericus *H* theudericus B^a 213 theoderico H^m, theudorico H^n arborum H^m accepit *H* 214 *sic Theodorus:* in pleniluvio [*sic*] quoque ab occasu solis luna in sanguinem conversa videbatur. 214[a] *habet H* bracharense H^m, bracharensi H^n 2 legion. H^n, legiones H^m 215 *Theodorus sic:* Antiochia maior Isauric inobediens monitis salutaribus terra dehiscente demergitur cacuminibus turrium super terram apparentibus solis deum timentibus de interitu liberatis 1 isauriae *corruptum, nam vix intellegitur Antiochia Lamotis Isauriae oppidum ignobile, sed significatur terrae motus quo cecidit a. 458 Antiochia Syriae (Euagrius 2, 14; Tillemont hist. des emp. 6, 370. 375) et latet in vocabuli eo non tam* in Syria, *quod proposuit Hirschfeld, quam nomen sancti cuiusdam viri, qualis fuit Simeon Stylites (cf. Tillemont mém. eccl. 15, 372).* 2 episcopo *addidi dubitans, nec scio quid lateat in corruptela* maiorisauriae. 216, 1 relicta *B* filiae] B^1, filia B^2 gentoni] Unirico *Isidorus haec compilans* 2 filio] filius B^1, filia B^2

217. 'Agrippinus Gallus comes civis Aegidio comiti viro insigni inimicus, ut Gothorum 'mereretur auxilia, Narbonam tradidit Theudorico.'

217^a. ['Mense Iunio in Gallaecia coruscatione villae exustae, greges ovium concremati, 'carnes concisae: pluviae de caelo mixtae cadunt: duo adulescentes carne in in-'vicem solidati adhaerentes sunt mortui'.] *F*

218. Adversus Aegidium comitem utriusque militiae, virum et fama commendatum et deo bonis operibus conplacentem, 'in Armoricana provincia Fretiricus frater Theu-'derici regis insurgens cum his cum quibus fuerat superatus occiditur'.

219. Cum Palogorio viro nobili Gallaeciae, qui ad supra dictum iverat regem, Cyrila legatus ad Gallaeciam veniens euntes ad eundem regem legatos obviat Rechimundi; qui regressi in celeri revertentem Cyrilam in Lucensi urbe suscipiunt. post cuius mox egressum de Gallaecia Suevi promissionum suarum ut semper fallaces et perfidi diversa loca infelicis Gallaeciae solito depraedantur.

220. Per Theudericum ad Suevos Remismundus et Cyrila cum aliquantis Gothis, qui prius venerant, remittuntur. Cyrila in Gallaecia remanente, Remismundo mox recurrente ad regem inter Gallaecos et Suevos indisciplinata perturbatio dominatur.

221. Romanae ecclesiae XLIII praesidet episcopus Hilarus.

OLYMP. CCCXI.

222. II. Nepotianus recedit e corpore. 464?

223. Frumario mortuo Remismundus omnibus Suevis in suam dicionem regali iure revocatis pacem reformat elapsam.

224. Mense Maio supradicti viri Aegidi legati per Oceanum ad Vandalos transeunt, qui eodem cursu Septembri mense revertuntur ad suos.

225. XIII kal. Aug. die, secunda feria, 'in speciem lunae quintae sol' de lumine suo *[464 Iul. 20.]* 'ab hora tertia in horam sextam cernitur minoratus'.

226. Legatos Remismundus mittit ad Theudoricum: qui similiter suos ad Remismundum remittit, cum armorum adiectione vel munerum, directa et coniuge, quam haberet.

227. 'Vandali per Marcellinum in Sicilia caesi effugantur' ex ea.

228. 'Aegidius moritur', alii dicunt insidiis, alii 'veneno' deceptus. quo desistente mox Gothi regiones [invadunt], quas Romano nomini tuebatur.

229. Suevi Conimbricam dolose ingressi familiam nobilem Cantabri spoliant et captivam abducunt matrem cum filiis.

230. Legati eodem anno duabus vicibus a rege Suevorum mittuntur ad regem Theudericum, ad quem et Arborius proficiscitur evocatus.

231. III. Reversi legati Suevorum *obisse* nuntiant *Severum* imperii sui anno IIII; qui 465? supra remittuntur ad Conimbricam.

232. Aiax natione Galata effectus apostata et senior Arrianus inter Suevos regis sui

BF (*intra* ' ') c. 217 = Isid. hist. 33. c. 222 = Isid. hist. 77. 90. c. 223 = Isid. hist. 90. c. 226 = Isid. hist. 33. 90. c. 232 = Isid. hist. 90.

217, 1 agrippinus gallus] atrepennus gallies *F* comes et ciuis] comis et ciuis *F*, et omnes et (et *expunctum*) ciues (ciuis *dedit, sed rursus delevit m. 2*) *B* aegidio . . inimicus] inuedus aegidio insignis inimicus *F* 2 mereretur auxilia] fideretur *F* tradit *F* 217^a, 1 *habet F, om. spatio vacuo relicto (v. p. 7) B* gallicia coruscationem *F* gregis o. concrematae carnis *F* 2 cadent *F* 3 soledati *F* 218, 1 et fama commendatum] ut famma commendat *B* 2 fridericus *F* 219, 1 iuerat] *scripsi*, fuerat *B* 2 legatos B^1 3 urbes B^1 220, 2 gallaecia] galatiae B^1 3 dominatur] disciplinatur B^a 222 ii] B^1, uii iii B^2 224, 1 ligati proceanum B^1 uandolos *B* 225, 1 speciae *F* quinta *F* 2 in horam sextam cern. min.] usque nona obscuratus *F* 226, 2 coniunge B^a 228, 1 aegidius . . . deceptus] aeg. comes ueneno perit *F* 2 inuadunt *om. B* tuebantur B^2 229, 1 conynbricam B^1, conynbrigam B^2 dolose] dolise B^1 2 adducunt *B* 230, 1 duabus] duas B^1 theudoricum B^2 231, 1 iii] B^1, uiii iiii B^2 seuerum *om.* B^1 2 coninbricam B^1, coninbrigam B^2

auxilio hostis catholicae fidei et divinae trinitatis emergit. a Gallicana Gothorum habitatione hoc pestiferum inimici hominis virus advectum.

233. Suevi adversus Aunonensem saeviunt plebem. qua de causa legati a Theodorico ad Remismundum mittuntur in cassum spretique ab eo mox redeunt.

234. De Constantinopoli a Leone Augusto Anthemius frater Procopi cum Marcellino aliisque comitibus viris electis et cum ingenti multitudine exercitus copiosi ad Italiam deo ordinante directus ascendit.

235. (‘Romanorum XLVI *ANTHEMIVS*’) octavo miliario de ‘Roma (*Augustus appel-*
(‘*latur* anno Leonis imperii octavo’, mens. Aug.).

236. I. ‘*Expeditio ad Africam* adversus Vandalos *ordinata*’ metabolarum commutatione 466?
et navigationis inopportunitate revocatur.

237. ‘Per Theodoricum Salla legatus mittitur ad Remismundum regem Suevorum, qui ‘reversus’ ad Gallias ‘eum a fratre suo Euerico repperit interfectum.’

238. Euuericus pari scelere quo frater succedit in regnum: qui honore provectus et crimine legatos et ad imperatorem et ad regem dirigit Suevorum. quibus sine mora a Remismundo remissis eiusdem regis legati ad imperatorem, alii ad Vandalos, alii diriguntur ad Gothos.

239. De Aunonensi plebe, cui Suevorum adversabatur hostilitas, Opilio cum viris secum rege profectis et cum aliquantis, qui cum ipso missi fuerant, revertitur.

240. ‘Gothi, qui ad Vandalos missi fuerant, supra dictae expeditionis rumore perterriti ‘revertuntur’ in celeri: pariter et Suevi, qui post legatos more solito per diversa loca in praedam dispersi fuerant, revocantur: sed paucis post mensibus ipse rex Suevorum ad Lusitaniam transit.

241. II. ‘Conimbrica in pace decepta’ diripitur: ‘domus destruuntur cum aliqua parte 467?
‘murorum habitatoribusque captis atque dispersis et regio desolatur et civitas.’

242. Legati de Gothicorum . . . . . reversi referunt portenta in Gallis visa aliquanta, in conspectu . . . . similem ipsi de continuo paruisse solem alium visum . . . . solis occasu.

243. Congregatis etiam quodam die concilii sui Gothis tela, quae habebant in manibus, a parte ferri vel acie alia viridi, alia roseo, alia croceo, alia nigro colore naturalem ferri speciem aliquamdiu non habuisse mutata.

244. Medio Tolosae civitatis hisdem diebus ‘An. II regni Antimiae medio Tholose *F*

BH (*intra* ⟨ ⟩) *F* (*intra* ‘ ’) c. 237 = Isid. hist. 33. c. 238 = Isid. hist. 34. c. 240 = Isid. hist. 90. c. 241 = Isid. hist. 34? 90. c. 243 = Isid. hist. 35.

232, 2 ad gallicana (-nam B^b) g. habitatione (-nem B^b) *B* 233, 1 scuium *B* 2 spretisque B^1 234, 1 constantinopolim *B* antimus *B* marcellinum B^1 3 ordinantem B^1 235, 1. 2 romanorum xlui (xlu B^1) anthemius (antimius *B*, regnat antimius *F*) o. m. de (o. m. de *om. F*) roma (romam *F*) a. a. anno leonis (leoni B^1) imperii (imperiae *F*) octauo] rom. xluiiii anthemius (ancumius H^m) aug. appellatur (*om.* H^n) anno leonis imp. quarto *H*, et antimius imperator efficitur anno cccclxui aera diii anno uiii leonis imperatoris *M* 236, 1 i] B^1, uiii *(sic)* i B^2 ad] ab *F* ordinata metabularum B^1, ordinatam et tabularum B^2, ordenatur *F* 237, 1 theudericum *F* ad *om. F* remusmundum regem suaeuorum *F* 2 euerico repperit] teuderico nuntiat *F* 238, 1 qui] quo B^1 3 *post* mora *repetit* et ad imperatorem B^a a *om.* B^a uandolos *B* 239, 2 rege] *fortasse* ad regem 240, 1 uandolos *B* 241, 1 conymbriga *B*, conimbriga *Theodorus*, conembra ciuetas *F* domus destruuntur] domebus destructis *F* 2 habitatores capti atque dispersi *F* 242, 1 *post* gothicorum *sp. vac. nullum B* p*ortenta *B* *spatia post* conspectu *litt. c. 13, post* visum *litt. c. 25 vacant B:* portenta visa sunt, nam post occasum solis alius sol visus est *Theodorus* 3 occasum B^a 243, 1 telam B^a 244 *sic reddit Sigebertus sub a. 461:* apud Tolosam urbem Galliae ex eius medio tota die sanguis largissimo fluxit rivo, quod Gothi pro portento suae perditionis acceperunt, *Theodorus autem sic:* medio Tolose civitatis visum est e terra sanguinem erupisse totoque diei fluxisse curriculo.

e terra sanguinem erupisse totoque diei fluxisse curriculo.

'civetatis sanguis erupit de terra et 'tota diae fluxit signeficans Gothorum 'dominatione sublata Francorum ad'veniente regno.'

OLYMP. CCCXII.

245. III. Legatorum Suevorum reditum aliquanta Gothorum manus insequens Emeritam petit. 468?

246. Ulixippona a Suevis occupatur cive suo, qui illic praeerat, tradente Lusidio. hac re cognita Gothi qui venerant invadunt et Suevos depraedantur, pariter et Romanos ipsis in Lusitaniae regionibus servientes.

247. Legati, qui ad imperatorem missi fuerant, redeunt nuntiantes sub praesentia sui magnum valde 'exercitum cum tribus ducibus lectis adversum Vandalos a Leone 'imperatore descendisse' directo Marcellino pariter cum manu magna cidem per imperatorem Anthemium sociata: 'Recchimerum generum Anthemii imperatoris et 'patricium factum: Asparem degradatum ad privatam vitam, filium eius occisum, 'adversum Romanum imperium, sicut detectique sunt, Vandalis consulentes'.

248. Hilaro defuncto sex sacerdotii sui annis expletis XLV Romanae ecclesiae Simplicius episcopus ordinatur.

249. Aunonenses pacem cum rege faciunt Suevorum, qui et Lusitaniae et conventus Asturicensis quaedam loca praedantes invadunt.

250. 'Gothi circa eundem conventum pari hostilitate desaeviunt, partes etiam Lusitaniae 'depraedantur.'

251. Lusidius per Remismundum cum suis hominibus Suevis ad imperatorem in legatione dirigitur.

'Richymundum cum Suaevis ad impera'tore transeuntem.' F

252. 'Durissimus extra solitum hoc eodem tempore annus hiberni, veris, aestatis, 'autumni' in aeris et omnium 'fructuum permutatione diffunditur'.

253. Signa etiam aliquanta et prodigia in locis Gallaeciae pervidentur. in flumine Minio de municipio Lais miliario ferme quinto capiuntur pisces IIII novi visu et specie, sicut retulere qui ceperant Christiani et religiosi, Hebraeis et Graecis litteris, Latinis autem aerarum numeris insigniti, ita CCCLXV anni circulum continentes parvo mensum intervallo. haud procul de supra dicto municipio in speciem lenticulae viridissimorum, ut herba quaedam, forma granorum plena amaritudine defluxit e caelo; et multa alia ostenta, quae memorare prolixum est.

BF (*intra* ' ')   c. 246 = Isid. hist. 90.

244, 2 erumpisse B^{a} 246, 1 lusdio B^{a} hac] haec *B*   247, 2 exercitum c. tr. d. l. aduersum uandalos (uandolos B^{1}) a l. imp. descendisse] exercitus leonis aduersus uuandalus cum tribus ducibus discendit *F*   4 antimium socrata *B*   rechimerium *B*, rychimirum *F*   antimi *B*, antimiae *F*   5 asperem degratum *B*, adfatim degradato *F*   5. 6 occiso aduersus romanorum *F*   6 sicut detectique] conuentique *F* uuandali consolentis *F*   248, 1 expleti B^{1} xlu] *requiritur* xliiii   249, 1 regem B^{1} 2 asturecensis *B*   250, 1 circa] circ B^{1}, *om.* *F*   conuentum pari hostilitate] tempore hostelegate *F*   partem *F*   2 depraedantebus *F*   252, 1 solitum] soleto *F*   tempore annus hiberni ueris aestatis] an. hibernus hiemis et aestatem *F*   2 et] ut B^{1} fructuum permutatione diffunditur] fructuumque mutatione defundetur *F*   *Theodorus sic:* durissimus extra solitum ipso tempore annus . . . . . . fructuum immutatione diffunditur.   253, 2 pices *B* uizu B^{1} 3 species B^{1} christiniani B^{1} 5 paruo] B^{2}, paruum B^{1} 6 formam B^{1} 7 prolixo B^{1}

CONTINVATIO EPITOMAE HISPANAE.

Finut simul omnes anni Leonis XI.
Romanorum L Zenon, cuius anni non inveniuntur.
Romanorum LI Anastasius regnat annis XXIII.
Romanorum LII regnat Iustinus annis VII.
Romanorum LIII regnavit Iustinianus annis XXXIII.

Alipius Tagastensis, Augustinus Yppone regio et Possidonius Chalamensis.

Qui Iustinianus cum patricio Belesario exercitum in Africa dirigens super Wandalos et regem eorum Gelimirum, quem celeriter oppressum una cum gente sua vinctum catenis aureis Iustiniano imperatori praesentandum direxit. Narsen eunuchum in Italiam contra Thothilem regem dirigit cumque Thotila per XII annos manus Romanorum diutissime dimicavit. sed Narseus Thotilam superans omnem Italiam Romano imperio subiecit. qui postremo tempore vitae suae ipsam provinciam Italiam Alboino regi Longobardorum tradidit.

H

2 regnat iustinus] locerisus regnauit *H*m 3 iust. regnat *H*n 4 *om.* *H*n 5 africam *H*n 6 gelumirum *H*n 8 narsem *H*n italia *H*m thothilem regem] *H*n, regem totilam *H*n cumque] cum *H*n 10 italia *H*m 11 uitae suae temp. *H*n albino *H*m

MARCELLINI V. C.

COMITIS

CHRONICON

AD A. DXVIII
CONTINVATVM AD A. DXXXIV

CVM ADDITAMENTO AD A. DXLVIII.

LIBRI ADHIBITI:

S = codex Sanctomerensis 697 saec. XI in.

T = codex Tilianus hodie Bodleianus auct. T II 6 saec. VII.

U = codex Utinensis n. 14 saec. XI.

R = codex Parisinus n. 4870 saec. XIV.

Marcellini v. c. comitis ex auctoribus qui supersunt unus meminit aequalis Cassiodorus in institutionibus divinarum humanarumque litterarum l. 1 c. 17 agens de historicis Latinis, quod caput cum ad chronica nostra alia quoque pertineat neque extet adhuc eorum commentariorum iusta editio, hoc loco inseruimus adiecta varia lectione librorum eorum, quorum nobis copia facta est, scilicet horum:

A Parisinus Lat. 17402 saec. XII.
B Parisinus Lat. 1792 saec. XIII.
C Parisinus Lat. 1791 saec. XII.
D Parisinus Lat. 1906 saec. XIII.
E Parisinus Lat. 12160 saec. XII exeuntis.
F Rotomagensis 1360 saec. XIII.
G Londin. Cotton. Vesp. B XIII saec. XII.
H Londin. reg. 5 B VIII saec. XII.
K Londin. reg. 10 B XV saec. XIII.
L Oxoniensis Bodl. Lat. 391 saec. XV.
M Oxoniensis e mus. 31.
N Londiniensis reg. 13 A XXI saec. XIII.
O Bambergensis H. I. IV. 15 (n. 787 Jaeckii) saec. VIII, cuius v. l. ab A. Linsmayero enotatam debeo Usenero.
P Vaticanus Palatinus 274 saec. XII.
Q Vaticanus reginae 551 saec. XIII.
R Vaticanus Urbinas 67 saec. XII.
Y Bruxellensis 8327—8342 saec. XIV.
Z Bruxellensis 10615—10729 saec. XII.

(*P*, *Q*, *R*, *Y*: collati ad solum locum de Marcellino.)

'DE HISTORICIS CHRISTIANIS. Habent etiam post (per *CEZ*) tractatores 'diversos relatores temporum et studia Christiana, qui ecclesiastica gravitate compositi per 'vicissitudines rerum (*om.* A^{a}) mutabilitatesque regnorum (temporum *F*) lacteo quidem, 'sed (*om. O*) cautissimo nitore decurrunt. qui cum res ecclesiasticas referant et vicissitu- 'dines accidentes (accedentes *K*) per tempora diversa describant, necesse est, ut sensus 'legentium caelestibus semper rebus (reb. cael. semp. *CEZ*) erudiant, quando nihil ad 'fortuitos (fortuitus *Z*) casus, nihil ad deorum (*sic HKOZ*, eorum *reliqui*) potestates 'infirmas, ut gentiles fecerunt, sed arbitrio creatoris applicare veraciter universa con- 'tendunt (contendant *GHK*, contemnunt *O*): ut est (illud *ins.* E^{a}) Iosephus paene 'secundus Livius (*sic GHKN*, ioseppus p. s. libius *O*, iosephus plinius secundus libius '$AC^{1}DLM$ *et sic, sed* liuius $C^{2}E$, iosephus uel pene plinius secundus liuius *Z*, plinius 'secundus liuius iosephus *BNY*, plinius secundus iosephus *F*) in libris antiquitatum 'Iudaicarum (*sic* $C^{2}FY$, iudaicorum *reliqui*) late diffusus, quem pater Hieronymus 'scribens ad Lucinum (lucianum E^{a}) Baeticum (betticum *O*) propter magnitudinem 'prolixi operis (op. prol. *A*) a se perhibet non potuisse transferri. hunc tamen ab 'amicis nostris, quoniam est (*om.* D^{a}) subtilis nimis (*om. O*) et multiplex, magno (*om. G*) 'labore in libris viginti duobus (ubris *Z*, *om. F*) converti fecimus in Latinum. qui etiam 'et alios septem (sept. al. *N*) libros captivitatis Iudaicae (iudiace *K*) mirabili nitore

'conscripsit. quam (quorum *FNY*) translationem alii Hieronymo, alii Ambrosio, alii
'deputant Rufino (rufi**no *F*), quae dum talibus viris (*om.* FO^1) adscribitur, omnino dictio-
'nis eximiae (eximia *O*) merita (merito *EF*) declarantur (declaratur *F*). post haec autem
'(*om. M*) legenda (est *ins. CEFNO*) historia, quae ab Eusebio (esuebio *F*) quidem decem
'voluminibus Graeco sermone conscripta, a Rufino autem cum adiectione temporum quae
'secuta sunt undecim (unde cum *Y*) libris monstratur (monstrantur *Z*) explicita (explicata
'EFZ^a). post historiam vero Eusebii (esusebii *F*) apud Graecos Socrates (socratis
'ADH^aLMN), Sozomenus et Theodoritus (theoderitus *Z*, theodoricus *Y*, theodoretus *edd.*)
'sequentia conscripserunt, quos (quas *Z*, que *E*, etiam *ins.* L^a) a viro disertissimo Epiphanio
'(epifani O^1) in uno corpore duodecim libris fecimus deo (domino *A*) auxiliante transferri,
'ne insultet (ininsultet *K*) se (*om. CDE*) habere (hab. se *ADLMNYZ*) facunda (faecunda *A*,
'fecunda *KO*, facundia *Z*) Graecia necessarium, quod nobis (uobis *ABCDEGLMO*) iudicet
'esse subtractum. Orosius (orisius *K*) quoque Christianorum temporum paganorumque col-
'lator (collatur O^1, consolator *G*) praesto (resto *G*) vobis est, si eum legere volueritis
'(uol. leg. *edd.*). Marcellinus (marcillinus *K*) etiam (autem *N*) quattuor libros de tempo-
'rum qualitatibus et positionibus (conpositionibus *O*, propositionibus *A*) locorum pul-
'cherrima proprietate (qualitate *A*) conficiens itineris sui tramitem (tramite *O*) lauda-
'biliter percurrit, quem vobis pariter dereliqui. chronica vero, quae sunt imagines
'historiarum brevissimaeque commemorationes temporum (br. comm. temp. *om. in fine*
'*paginae F*, breu. temp. comm. *O edd.*) scripsit Graece (greco *Y*) Eusebius, quae (quem *F*)
'transtulit Hieronymus in Latinum (latino O^1) et usque ad tempora sua deduxit eximie.
'hunc subsecutus (secutus C^a) est supra scriptus (supra dictus FZ^1) Marcellinus Illyricianus
'(illirianus F^a, irricianus *N*), qui adhuc (*om. K*) patricii Iustiniani fertur egisse (regisse F^1,
'rexisse F^2, eg*ss* O^1) cancellos (cancellus O^1, canc. eg. fertur *A*, canc. fert. eg. *Y*): sed
'meliore condicione devotus a tempore (theodosii *ins. edd., non habent scripti*) principis
'usque ad fores (finem *F*) imperii triumphalis Augusti (augustin *A*) Iustiniani opus
'suum domino iuvante perduxit, ut qui ante fuit in obsequio (officio *Y*) suscepto gratus,
'postea ipsius imperio copiose amantissimus appareret. sanctus quoque Prosper chronica
'ab Adam ad Geisirici (*sic GHK*, geiserici *NZ*, gieiserici *C*, giciserici *E*, gensi**rici *O*,
'gensirici *ABDLM*, gesserici *FY*) tempora et urbis (romae *ins. F edd.*) depraedationem
'(depredatione O^2, depredicationem G^a) usque (*om. N*) perduxit. forte inveniatis (inuenietis
'CEL^2Y) et (*om. E*) alios subsequentes, quia non desunt scriptores temporum, cum
'saecula (secunda *B*) sibi iugiter peracta succedant. sed cum te de memoratis rebus,
'diligens lector, expleveris (expleueritis *G*) ingeniumque tuum divina fuerit luce radia-
'tum, lege librum de viris illustribus sancti Hieronymi, ubi diversos patres atque opuscula
'eorum breviter et honoravit (honerauit *Z*) et tetigit: deinde alterum Gennadii Massi-
'liensis (masiliensis *G*, maxiliensis O^1), qui (qui idem *ADLM*, qui item *NY*, quidem *CEOZ*,
'quide qui B^a) de scriptoribus legis divinae, quos (co O^1, cum O^2) studiose (studio *v. l.*
'*edd.*) perquisiverat (perquisierat *AE*), certissimus (-mos O^2) indicavit. hos in uno (unum *O*)
'corpore sociatos reliqui (rel. soc. *A*, soc. dereliqui *O*), ne per (post *ABDFGKLM*, post
'*suprascr.* uel per *H*) diversos codices (*om.* A^a) cognoscendae rei tarditas afferatur:
'sequuntur enim multarum lectionum (lect. mult. *Y*) venerabilium conditores. modo
'enim doctissimi viri aut libros divina inspiratione conficiunt aut invicem se epistularum
'gratia consolantur aut populos dulcissimo sermone deliniunt aut cum haereticis viva-
'cissima nimis altercatione confligunt, ita ut quidam eorum singulari certamine contro-
'versias subeant et iudicibus (indicibus *Z*) mediis (mediciis *G*) gloriosa disceptatione
'(deceptatione *F*) confligant. sic cum pravus quisque destruitur, praestante domino (pr.
'd. *om.* A^a) fidelissimus inde solidatur (solidantur A^a). tunc in illo choro sanctissimo
'atque facundissimo (fecundissimo K^a) patrum (patri B^a) tibi (cum *ins. edd.*) eligere
'poteris, cum quo suavissime colloquaris (collocaris *E*). difficile quoque dictu (dictum

'*ABDF*) est, quam frequenti (sequenti *GK*) occasione (hoccansione O^a) reperta scrip- 'turas (scituras O^1) sanctas locis aptissimis potenter aperiant, ut subito transiens discas quod te neglegenter praeterisse (praeterire *CEZ*) cognoscis.'

His addit Cassiodorus c. 25:

'Marcellinus quoque, de quo iam dixi, pari cura legendus est, qui Constantinopolitanam 'civitatem et urbem Hierosolymorum quattuor libellis minutissima ratione (narratione '*edd.*) descripsit (describit *E*) [1].'

Ex Cassiodoranis his ipsoque chronico quae de Marcellino rescivimus pendent [2].

Ex Illyrico quod Cassiodorus Marcellini originem repetit, chronica confirmant: auctor enim cum et in praefatione et in ipso opere passim significet scribere se in partibus Orientis et fastos formet ad earum normam, Latina lingua ut patria utitur (nam quod a saeculo inde quarto eruditi Orientis tam poetae quam rerum gestarum scriptores passim Latinum sermonem suo praetulerunt, id non convenit in 'rusticum opus' quod ipse auctor in praefatione appellat) et res in partibus Illyricianis gestas peculiari diligentia explicat (vide inter alia quae habet de Sabinianis duobus ad a. 479. 481. 505 et de terrae motu a. 518). possis eodem referre, quod tribus locis p. 61, 4. 24. 63, 5 Eusebio Caesariensi Hieronymum *nostrum* opponit, quamquam id et de orthodoxo et de Latino auctore accipi poterit, cum *nostri* saepe ei sint catholici et p. 94, 33 Plautum *poetam nostrum* appellet. natales non videtur habuisse splendidos, quoniam teste Cassiodoro Iustiniani ante quam imperaret cancellarius fuit [3]; nec refragantur quae adduntur clarissimatus alibi quoque cancellariis tributus [4]) et comitis (secundi opinor tertiive ordinis) dignitas. sive eos honores adsecutus est munere fungens sive ex officio exiens, ut tum fieri solebat. cancellarii enim pariter atque domestici, quibuscum componuntur (cod. Iust. 1, 51), non propter officium per se vile cancellorum, quibus magistratus separatur a privatis, aperiendorum et ius introeundi in 'sacratum' locum, quam quod ita prae reliquis apparitoribus circa ipsum magistratum versantur, sexto maxime saeculo, crescente superbia eorum qui rebus praeerant et ministrorum personae eorum servientium gratia et potentia, re magis quam iure aliquem in rebus publicis locum obtinuerunt. Marcellinum ita adscivit Iustinianus, Illyricianus et ipse neque patriae vel imperator immemor, etiamtum privatus. quem locum tum cum Marcellinus ei apparuit tenuerit Iustinianus, inde efficiendum est, quod is antequam imperavit [5]) appellatur in diptychis a. 521 [6]) *F(lavius) Petrus Sabbat(ius) Iustinian(us) v(ir) i(nlustris) com(es)* [7]) *mag. eqq(uitum) et p(editum) praes(entalis)* [8]) *et c(onsul) ord(inarius)*; itaque cogitari poterit de magisterio militum, nam quamquam potestatibus civilibus cancellarius potissimum convenit, cum

1) Hinc motus Rupertus abbas Tegernseensis saec. XII in epistula (ed. Pez et Hueber cod. diplom. VI, 2 p. 53) a collega nescio quo expetit inter alios similes auctores 'Marcellinum de situ Hierosolymorum et 'Constantinopolitanorum'. 2) De Marcellini nomine cum chronico paschali temere coniuncto diximus vol. 1 p. 86. 3) Parum probabiliter igitur Holder-Egger (*neues Archiv* 2, 49) eum ortum iudicavit ex patricio Marcellino eo, qui cum per aliquot annos in Dalmatia quodammodo regnasset, a. 468 in Sicilia interiit. eum ut non praeteriit chronicorum auctor utpote Illyricianum, ita non multa de eo habet eaque tam similia iis, quae alii auctores de ipso sororisque eius filio Nepote tradunt, ut nequaquam referri possint ad domesticam recordationem. nomen vulgare est. 4) Cassiodorus var. 11, 10, 37. 39. 12, 3. 15 scriptae ad cancellarios praesidum. senatorio loco (cf. *neues Archiv* 14, 487) ludos se spectasse Marcellinus innuit p. 102, 32, quamquam lectio ibi dubia est. 5) Ante dignitates maiores Iustinianus teste Victorio Tonnennense (ad a. 518) *candidati militia functus* est, id est meruit sub magistro officiorum in schola gentilium seniorum iuniorumve (cf. Chron. pasch. ad a. 243. 250 supra vol. 1 p. 227; Not. Dign. Or. c. 11 et quae exposui in Hermae vol. 24 p. 222). 6) C. I. L. V, 8120, 3. Guil. Meyer *zwei antike Elfenbeintafeln* p. 58. 70. 7) Scilicet *domesticorum*, ut est in epistula eius data a. 519 ad papam Hormisdam (Thiel ep. pont. 1 p. 848 ep. 57). 8) Magistri militum locum ei tribuit item aequalis Cyrillus Scythopolitanus (in vita S. Sabae apud Cotelerium eccl. Graec. mon. vol. 3 p. 337: *προβάλλεται εἰς τὸ βασιλεύειν Ἰουστινιανὸν .... ἀδελφιδὸν ὄντα ἑαυτοῦ, πατρίκιον τυγχάνοντα καὶ ὕπατον καὶ στρατηγόν*, ubi *στρατηγός* est *στρατηλάτης* ut apud Iustinianum ed. 13 c. 2 et apud Theophanem passim, v. de Boor in ind. vol. 2 p. 709) et Zonaras l. 14 c. 5 (*στρατηλάτης τῶν στρατευμάτων Ἰουστινιανὸς προκεχείριστο*).

duci cancellarius adfuerit[1]), magistro quoque militum abiudicari non potest. eundem eundem deinde ex apparitore laudatorem imperatoris et rerum ab eo gestarum scriptorem factum esse Cassiodorus significat. — Vixisse eum Constantinopoli, a qua condita annos numerat a. 527. 528, et officium illud flagitat et requirunt multi chronicorum loci et clare significat alterum opus, cuius meminit Cassiodorus, quattuor libri 'de temporum qualitatibus et positionibus locorum', praesertim explicans *minutissima ratione* praeter urbem Hierosolymorum civitatem Constantinopolitanam, topographia quaedam, si 'proprietatem' operis recte intellegimus, regni Orientalis cum narratione rerum coniuncta.

Post emerita civilia stipendia Marcellinus mature, scilicet si Cassiodorus coaevus tempori convenienter res narravit, antequam Iustinianus a. 527 avunculo successit, relicto saeculo clericus factus est, similiter atque aetate eum praecedens Apollinaris Sidonius et aequalis Cassiodorus, quamquam hi altiorem locum tenuerunt, et item aequalis Iordanes ex notario magistri militum factus monachus. orthodoxum odium quaevis pagina apud Marcellinum spirat cum adversus haereticos omnes tum maxime adversus Nestorianos (a. 416, 2. 428, 1. 430, 3. 476, 1). post depositum officium eum scripsisse Cassiodorus, ut dixi, innuit. ipse in praefatione cum referat primum deduxisse se opus ad a. 518, deinde auctarium adiecisse annorum 519—534, priorem editionem non curavit ipso anno 518, sed finivit narrationem in obitu Anastasii utpote ultimi imperatoris antea defuncti; edidit igitur libellum regnante Iustino, id est ante a. 527, potestque eo referri tam quod ad a. 476, 2 scribere se significat *Gothorum regibus Romam tenentibus* quam quod laterculus pontificum Romanorum Marcellinianus finit p. 102, 9 in Iohanne I annis non adscriptis, qui pontifex factus a. 523 c. Aug. 13 obiit a. 526 Mai. 18. repetita lectio nihil obstat quominus ipso anno 534 prodierit, convenitque quod scribit Cassiodorus pertingere chronica Marcellini *ad fores imperii Iustiniani*[2]). studium auctoris in Iustinianum et Cassiodorus testatur et declarant chronica cum aliis locis tum in narratione de consulatu eius a. 521 etiamtum privati et celebrati fortasse adiutore ipso Marcellino.

Auctarium, quod ex duobus a quibus pendemus Marcellini archetypis alterum solum exhibet, ab anno illo 534 incipiens et desinens mutilum in a. 548, Marcellino abiudicandum est, non solum quod Cassiodorus id non novit, sed multo magis quod in praefatione non commemoratur: auctor enim cum ei alterius editionis mentionem inseruerit, si tertiam curavisset, sine dubio idem fecisset. id ipsum luculenter declarat diversitas in recensendis episcopis Romanis (v. infra p. 46). scriptum esse et ipsum in Oriente probabile est, quamquam negari non potest tam fastos quam rerum narrationem etiam auctori convenire scribenti in Italia post receptam eam a Iustiniano; sed bellum in Italia gestum accurate et plene explicare potuit etiam scriptor Constantinopolitanus, nec deficiunt res in imperii partibus aliis per eos annos gestae. narratio ut simillima est Marcellinianae, tamen eo differt, quod saepe in auctario res praesenti tempore referuntur, id quod a consuetudine Marcellini abhorret. — Praeterea quod in editionibus adhuc factis circumfertur auctarium alterum a. 549—558, vere Hermanni Contracti est Marcellino attributum Panvinii neglegentia. scilicet is cum 'appendici in fastos consulares' (Venetiis 1558 fol. p. 55 seq.) chronica Marcellini insereret, secutus est editiones duas Sconhovianam a. 1546 ductam ex archetypo illo priore et propterea finientem in a. 534 et Cuspinianam a. 1553 pendentem quidem, ut infra demonstrabitur, ab archetypi secundi apographo, sed et breviato et ex perturbata Cuspiniani recensione non

1) Inter quadraginta officiales, qui imperante Anastasio adfuerunt comiti et duci Libyae Pantapoleos (vide decretum eius editum a Zach. ab Lingenthal in actis acad. Berol. minoribus a. 1879 p. 134 seq.) primum locum tenet adsessor, secundum domesticus, tertium cancellarius. plenius exposui de cancellarii officio *neues Archiv* 14, 478. 2) Lectionem receptam *ad finem imperii Iustiniani* cum librorum consensus ostendat niti mera interpolatione, non opus est addere eam neque Marcellino recte convenire neque ipsi Cassiodoro, quippe qui librum illum vix videatur scripsisse post a. 565.

satis dignoscendo ab excerptis sumptis ex annalibus Hermanni Contracti. archetypo deinde pleniore per Sirmondum publicato quamquam res patefieri debuit, continuationem illam tam a Marcellino quam ab additamenti auctore alienam ut legebatur apud Panvinium et ipse Sirmondus (vide p. 48) retinuit et editores posteriores. verum auctorem primus indicavit Waitzius in ephemeride *Göttinger Nachrichten* 1857 p. 38 seq. et MG. SS. V p. 68 leguntur que ea iam sub veri auctoris nomine ibidem SS. VI p. 88. nihilominus hic quoque in adnotatione[1]) ea posuimus, ut edidit Panvinius, ne amplius fallant.

Appendix a Marcellino adiecta ad chronica Hieronymi proprio titulo videtur caruisse. liber optimus Tilianus nullum habet, nisi quod exordio ibi praescribitur *praefatio Marcellini.* eadem ratione qui ex Tiliano libro pendent epitomati titulo carent, scilicet princeps eorum Utinensis verbis *item quae ex cronica Marcellini defloravimus* subiungit *prefactio eiusdem* et sic Parisinus 4870 et fere reliqui; subscriptio, quae deficit in Utinensi mutilo, haec est in Parisino: *explicit cronica id' temporum Eusebii Ieronimi Marcellini rubrica amen deo gratias.* archetypum autem alterum Sanctomerense praescribit libello *chronica Marcellini comitis: praefatio* et subscribit *explicit chronica ūc.* quae videntur esse librariorum additamenta. praeterea praefationi p. 60. 7 post *ego vero* inserit verba *vir clarissimus Marcellinus comes* omissa in Tiliano, sed sine dubio genuina; nam et viri clarissimi adiectio librarii ingenium superat et eo ipso commendatur, quod a consueta intitulatione recedit. scilicet Marcellinus continuationi Hieronymianorum cum proprium

---

1) Indictione XII. VIII. p. c. Basilii v. c. — Indictione XIII. IX p. c. Basilii v. c. — Indictione XIIII. X p. c. Basilii v. c. His temporibus in Africa Mauri per Ioannem patricium domiti sunt.

Indictione XV. XI p. c. Basilii. Hoc tempore Iustinianus Augustus Narsem eunucum cartularium et cubicularium suum principem militiae fecit et in Italiam misit. qui commissa pugna dei gratia victor Totilam occidit et gentem Gothorum auxiliantibus etiam Longobardis in Italia exterminavit. per haec tempora cum Buccelinus comes cum sociis a Theodeberto rege Francorum dudum missus per annos aliquot Italiam Siciliamque infestaret et Romanum saepe exercitum superaret, tandem exercitus eius profluvio ventris attritus a Narse pugna victus et profligatus, ipse dux occisus est. nec multo post socius eius Omnirugus dux cum reliquis Gothorum, quibus se iunxit, peremptus est.

Indictione prima XII p. c. Basilii v. c. Theodebaldus Francorum rex moritur et regnum eius uxoremque Vanderadam Hlotharius rex patris eius Theodeberti patruus accepit, qui iam XLIIII annis regnabat. quo ipso ann. Hlotharii ipse Saxones rebellantes iuxta Wiseram fluvium magna caede domuit et Thuringiam pervasam devastavit.

Indictione II. XIII p. c. Basilii v. c. Vigilius papa tandem ab imperatoribus Romanis et Narse de exilio relaxatus cum Romam redire coepisset, in Sicilia morbo calculi tactus decessit moxque Romam perlatus apud sanctum Marcellum in via Salaria sepultus est. pro quo ordinatus Pelagius Papa LXII sedit annis XI mensibus X. qui a populo Romano factionis contra Vigilium incusatus celebratis una cum Narse letaniis apud sanctum Petrum ambone ascenso euangelioque super caput suum posito iuramento se crimine purgavit.

Indictione III. p. c. Basilii v. c. XIIII. Hoc tempore Saxones iterum Hlothario rebellantes cum ab eo peterentur hostiliter eique pro satisfactione dimidium rerum suarum offerrent idque exercitus Francorum refutatus *(sic)* eo invito pugnasset, magna ab eis caede protritus fugae praesidium petiit.

Indictione IIII. XV p. c. Basilii v. c. His diebus Christianus *(sic)* patre suo Hlothario annitente patruo Hildeberto rebellans regnum Francorum seditione perturbat. Saxones factione Hildeberti in Francia praedas egerunt. Hildebertus Remensem Campaniam populatur.

Indictione V. XVI p. c. Basilii v. c. In Britannia Bridus rex Pictorum efficitur. Hildebertus rex Francorum circa haec tempora moritur et Parisius in basilica sancti Vincentii a se constructa sepelitur, regnumque eius frater Hlotharius assumens totam paterni regni monarchiam obtinuit.

Indictione VI. XVII p. c. Basilii v. c. Christianus *(sic)* patrem Hlotharium, quem multis malis offenderat, hoc tempore in Britanniam fugiens insequente eo ibidem cum Conoboro rege pugna victus et captus cum uxore et filiabus vivus incensus est. quo etiam tempore Turonis basilica sancti Martini rebellibus ad eam fugientibus igne crematur.

Indictione VII. XVIII p. c. Basilii v. c. — Indictione VIII. XIX p. c. Basilii v. c. — Indictione IX. XX p. c. Basilii v. c. — Indictione X. XXI p. c. Basilii v. c. — Indictione XI. XXII p. c. Basilii v. c. — Indictione XII. XXIII p. c. Basilii v. c. — Indictione XIII. XXIIII p. c. Basilii v. c. — Indictione XIIII. XXV p. c. Basilii v. c.

titulum non magis praemitteret quam praemisit Hieronymus ipse continuationi Eusebianorum, ut hic post ea adnotavit: *hucusque historiam scribit Eusebius . . . cui nos ista subiecimus,* eum imitans nomen honoresque inseruit praefationi.

Auctores adhibuit Marcellinus hos.

1. Orosio ab ipso initio ad finem eius, id est ad a. 414 ita usus est, ut verba fere repetat, admiratus scilicet stili elegantiam, et quamquam annum ex consularibus desumit et saepe inde quaedam adsciscit, ad illum potissimum sua formavit. exempla quaedam subieci.

	consul. Const.:	*Orosius:*	*Marcellinus:*
a. 379	Victoriae nuntiatae sunt adversus Gothos, Alanos atque Hunos die XV k. Dec.	maximas illas Scythicas gentes . . . . hoc est Alanos, Hunos et Gothos magnis multisque proeliis vicit.	Alanos, Hunos, Gothos gentes Scythicas magnis multisque proeliis vicit.
a. 386	Victi atque expugnati et in Romania captivi adducti gens Greothyngiorum a nostris Theodosio et Arcadio: deinde eum victoria et triumfo ingressi sunt Constantinopolim die IIII id. Oct.	Cum Theodosius . . . . Thracias tandem ab hoste liberas reddidisset.	Invasam princeps Theodosius ab hostibus Thraciam vindicavit victorque cum Arcadio filio suo urbem ingressus est.

2. Praeter Hieronymi de viris illustribus libellum, quo uti non potuit nisi uno loco ad a. 380, Gennadii episcopi Massiliensis († c. a. 500) continuationem ad a. usque 486 passim expilavit similiter fere ad verbum, seligens potissimum scriptores Orientales a Gennadio memoratos, ex Latinis non admittens nisi tres Orosium, Eucherium, Prosperum notos coenobitis etiam Orientis, omnes autem redigens ad annos certos temere plerumque. usurpavit autem recensionem eam, quam ex antiquioribus solus repraesentat codex aliquando Corbeiensis, deinde Sangermanensis 142, hodie Parisinus Lat. 12161 saec. VIII; enimvero non solum in aliis minoribus ad hunc se applicat (v. p. 86, 29), sed adhibuit ad a. 392 caput de Hieronymo Gennadianis praemissum in uno libro Corbeiensi (nam ex eo descriptus fuit sine dubio codex Lovaniensis monasterii S. Martini 'satis recens', ex quo caput id primus edidit Suffridus Petri de illustribus ecclesiae scriptoribus. Coloniae a. 1580 p. 124; repetiverunt Martianaeus inter opp. Hieronymi ed. Benedictinorum tom. 5 a. 1706 p. 26 et Mabillon in analectis a. 1723 p. 197). propterea Gennadiana ad hunc librum in adnotatione adlegavi, cuius quae huc pertinent capita collata habui a Schoenio. ceterum exemplar a Marcellino adhibitum Parisino illo longe emendatius scriptum fuisse vix opus est addere.

3. Consularia Constantinopolitana Latine scripta ea quae edidimus vol. 1 p. 197 seq. Marcellino scribenti in eadem urbe pro fundamento fuisse et fasti consulares declarant, qui toti sunt Orientis[1]), et quae ex iis supersunt convenientia cum Marcellinianis per a. 380—395. sed cum ne haec quidem integra ad nos pervenerint, post obitum Theodosii ipsa deficiunt: nam exemplaris Hydatiani, a quo nos in consularibus iis pendemus, continuatio aperte in Hispania adiecta fastos habens ad normam Occidentalium (vol. 1 p. 201) et plane exilis ab auctore Constantinopolitano non est adhibita[2]). at quam-

1) Miro errore a. 446 Aetii in tertio consulatu collegam non Symmachum posuit, sed imperatorem Valentinianum VII. 2) Quod ad a. 415 loco Gennadiano de invento sepulchro Stephani protomartyris aliunde annus insertus est idem qui ponitur in continuatione Hydatiana, eum et Hydatius et Marcellinus sumpserunt ex relatione Luciani in Latinum translata ab Avito presbytero Bracarensi, quam et Gennadius citat c. 48 et nos quoque habemus (ad Augustinum ed. Maur. vol. 7 in app. 2; cf. de ea Tillemont *mém. eccl.*

quam deficiunt chronica Latina, Graeca versio, quam vidimus (p. 203) transiisse in chronicon paschale saeculo septimo ineunte Constantinopoli perscriptum cuiusque ibidem excerpta edidimus respondentia Latinis ab Hydatio servatis [1]), pervenit ibi ad a. usque 469, videturque adeo auctor scripsisse imperante Romae Anthemio († 472), modo recte tradita sint quae de eo referuntur ad a. 454 et 468. eam cum, ut fieri debuit, ab a. inde 395 (nam quae praecedunt dedimus iam vol. 1 p. 205—245) hic quoque apposuerimus chronicis Marcellinianis, apparebit duas consularium Constantinopolitanorum superesse epitomas Latinam alteram, alteram Graecam invicem sese explentes. deinceps quae leguntur in paschali, nudis fastis exceptis mera sunt excerpta Malaliana desiitque omnino exemplar eorum chronicorum a paschalium compilatore adhibitum circa annum 470 [2]). praeter paschalem librum alibi quoque extare ex iisdem chronicis excerpta, scilicet apud Malalam (v. not. 1) et apud Theophanem, fortasse etiam apud Socratem auctorem historiae ecclesiasticae ab a. 306 ad 439 [3]), hoc loco sufficiet monuisse; talia enim non sunt, ut eam quam haec editio requirit tractationem recipiant,

---

vol. 2 p. 505), ubi sic est: *die parasceue, hoc est sexta feria, quae est III non. Dec. consulatu Honorii decies et Theodosii sexies Augustorum.*

1) In excerptis, quae vol. 1 p. 205 seq. ad Hydatianum exemplar consularium Constantinopolitanorum adieci ex Chronico paschali, ab iis quae eius auctor sumpsit ex chronicis non separavi excerpta ab eodem ex Malala facta, id secutus, ut ex collectaneis Byzantiorum, quibus recte et plene digerendis in hoc opere locus non erat (vol. 1 p. 204), seligerem potiora neque intrarem mare magnum verorum auctorum in Graecis his explorandorum. nam Malalam quoque ex chronicis Constantinopolitanis iisque plenioribus hausisse ostendunt consulatus hic illic ab eo nominati formae eiusdem (vide vol. 1 p. 221 ad a. 68 et qui est apud Malalam p. 291 ann. 193: *Φλάκκωνος καὶ Κλάρου*) et adnotationum ratio. ita quae de tabulis fisci combustis imperante Pio leguntur in paschali (vol. 1 p. 224 ad a. 147) redeunt apud Malalam ita implicata fabulis ei auctori solitis, ut paschalis scriptorem hic ab eo pendere parum credibile sit. item quae de Maximiano imperatore creato narrantur ad a. 287, recte referuntur in chronico paschali, indidem sumpta corrupta a Malala p. 306. quae de moenibus Aurelianis paschalis liber adscribit ad a. 273, venerunt in eum ex Malala p. 299, sed Hydatiana consularia ostendunt Malalam ea sumpsisse ex iisdem ad a. 271, adnotatque idem Malalas ad idem regnum bellum monetariorum et Daciam novam secutus sine dubio eadem chronica nostris auctiora. nihilominus paenitet me, quod non suppressi haec Malaliana; nam cum ipsum habeamus, non debuerunt quae eius sunt ex secundario auctore afferri. sunt autem haec: vol. 1 p. 221 a. 67 = Mal. p. 257 — p. 222 a. 97 = Mal. p. 268 — p. 223 a. 123 inde a verb. *καὶ ἐν Κυζίκῳ* seq. = Mal. p. 279 — p. 224 a. 130 = Mal. p. 279 fortasse — p. 225 a. 176, 1. 2 = Mal. p. 282 — p. 229 a. 273 = Mal. p. 299 (vide supra) — p. 233, 2. 3. 4 = Mal. p. 233 — p. 234, 1 inde a verbis *ἐπιτελέσας ἱππικόν* = Mal. p. 321 — p. 234, 2 = Mal. p. 323. — p. 240, 1 usque ad *ὡς αὐτός* = Mal. p. 337 — p. 241, 1 = Mal. p. 339 — p. 241, 2 = Mal. p. 341 — p. 244 = Mal. p. 345. his sublatis propius accedent Graeca paschalis libri ad fastos Hydatianos. 2) Nestorianum chronographum, quem Malalas ad obitum Constantini magni ait antea nominatorum imperatorum res gestas perscripsisse (p. 324) et pervenisse ad obitum Leonis iunioris a. 474 (p. 376), possis referre ad chronica Constantinopolitana usurpata etiam a Malala. sed huic homini fides nulla est. 3) Ex a. 384 pendet 5, 12: *κατὰ ταῦτα δὲ καὶ πρεσβεία Περσῶν παρῆν εἰρήνην παρὰ τοῦ βασιλέως αἰτοῦσα* (vol. 1 p. 244 a. 384 c. 1). *τότε δὴ καὶ προσγίνεται τῷ βασιλεῖ υἱὸς Ὁνώριος τεχθεὶς αὐτῷ ἐκ τῆς γαμετῆς Πλακίλλης ἐν ὑπατείᾳ Ῥιχομέρου καὶ Κλεάρχου τῇ ἐνάτῃ τοῦ Σεπτεμβρίου μηνός* (l. c. a. 384 c. 2). — Ex a. 391 sumpsit 5, 18 relata ad eum a. in adnotatione p. 62. — Ex a. 394 pendet 6, 1: *τοῦ δὲ βασιλέως Θεοδοσίου τελευτήσαντος ἐν ὑπατείᾳ Ὀλυβρίου καὶ Προβίνου τῇ ἑπτακαιδεκάτῃ τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς ..... περὶ δὲ τὴν ὀγδόην τοῦ Νοεμβρίου μηνὸς ἐν τῇ αὐτῇ ὑπατείᾳ τὸ σῶμα Θεοδοσίου κομισθὲν τῇ νενομισμένῃ κηδείᾳ ὁ υἱὸς ἐτίμα Ἀρκάδιος. οὐκ εἰς μακρὰν δὲ μετὰ ταῦτα τῇ εἰκάδι ἑβδόμῃ τοῦ αὐτοῦ μηνὸς καὶ ὁ στρατὸς παρῆν ὁ ἅμα τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ κατὰ τυράννου στρατεύσας. ὡς οὖν ὁ βασιλεὺς Ἀρκάδιος κατὰ τὸ εἰωθὸς πρὸ τῶν πυλῶν ἀπήντησε τῷ στρατῷ, τηνικαῦτα καὶ οἱ στρατιῶται Ῥουφῖνον τὸν ὕπαρχον τοῦ βασιλέως ἀπέκτειναν· ὑπωπτεύετο γὰρ εἰς τυραννίδα ὁ Ῥουφῖνος καὶ δόξαν εἶχεν, ὡς αὐτὸς εἴη τοὺς Οὔννους τὸ βάρβαρον ἔθνος ἐπικαλεσάμενος εἰς τὴν Ῥωμαίων χώραν· καὶ γὰρ ἦσαν τοῦ καιροῦ Ἀρμενίαν τε καί τινα μέρη τῆς ἑῴας κατατρέχοντες*, quibuscum componenda sunt infra ad eundem annum relata. sed ut affinia haec sunt chronicis nostris, iure quaeri poterit, utrum haec ipsa pleniore forma Socrates usurparit an pleniorem rerum gestarum narrationem adhibuerit a chronicorum scriptore epitomatam. de Gaina quae narrat 6, 6, ipse Socrates significat aliunde proficisci. denique quae de Gregorio Nazianzeno a Socrate 5, 7 et apud Marcellinum ad a. 380 narrantur, quomodo factum sit ut simillima evaserint, ut pluribus modis cogitari potest, ita a nobis non est tractandum.

et cum verisimile sit eadem chronica deinceps continuata a Marcellino ad finem usque operis adhibita esse, ab Anthemio inde non habemus alteram eorum epitomen cum Marcelliniana apte componendam. consulatus ad Orientis normam formatos ex paschali adscribere potuimus, sed id utilitatem non est visum habere.

4. Consularibus Italicis quoque Marcellinum usum esse in explicandis rebus Occidentis et vol. I p. 252 monuimus et ostendunt quae ad eum in margine adnotantur. eo magis, quod consularia Constantinopolitana a Marcellino adhibita in rebus fere Orientis et maxime Constantinopolitanis sese continent. nam quod adsunt in iis Alarici ingressus in urbem Romam creatusque Attalus (a. 411) et Vandalorum in Africam ingressus (ad a. 428) et capta a Geiserico Carthago (ad a. 439) et post caedem Valentiniani Roma ab eodem depraedata (ad a. 455), in partem contrariam adlegari nequeunt; confirmant autem id quod diximus relationes de nuntiis ex Occidente Constantinopolim adlatis obitūs Thermantiae coniugis Honorii (ad a. 415) et interitus Athaulfi (ad a. 415) et victoriae de Attalo (ad a. 416) et Anthemii imperatoris Occidentis a Leone creati profectio Romam (ad a. 468 cf. a. 454). Italica chronica cum imperfecta et mutila ad nos pervenerint, iure ad ea referentur ex Marcellini Occidentalibus ea quoque, quae in epitomis nostris desiderantur, sed argumento suo eandem originem prae se ferunt.

5. Laterculus pontificum Romanorum, quos solos auctor adfert omnes adiecta numeratione continuante Hieronymianam, Marcellinianus (egit de eo Duchesnius lib. pontif. I p. XXIV) hic est:

35. Damasus	†	a. 382	per	a.	18
36. Siricius	creatus	a. 383	—		15
37. Anastasius	—	a. 398	—		4
38. Innocentius	—	a. 402	—		15
39. Zosimus	—	a. 417	—		3
40. Bonifatius	—	a. 420	—		3
41. Caelestinus	—	a. 423	—		9
42. Xystus	—	a. 432	—		8
43. Leo	—	a. 440	—		21
44. Hilarus	—	a. 461	—		6
45. Simplicius	—	a. 467	—		15
46. Felix	—	a. 482	—		12
47. Gelasius	—	a. 494	—		4
48. Anastasius	—	a. 498	—		2
49. Symmachus	—	a. 500	—		15
50. Hormisda	—	a. 515	—		9
51. Iohannes	—	a. 525	—		—

Iohanni I, qui obiit a. 526, numerus non est adscriptus; desiderantur qui sequuntur Felix IIII (526—530), Bonifatius II (530—532), Iohannes II (533—535), scilicet, ut supra p. 42 iam monuimus, laterculum Marcellinus perduxit ad a. c. 526, quo chronica primum edidit, in secunda editione eum non continuavit. — Annum p. Chr. 525 ait *CCCCLXXXV Petri sessionis*, secutus computos Hieronymianos; is enim natalem cathedrae Petri adscribit ad a. Abr. 2058 = p. Chr. 41 (si quidem extremum annum 2395 ponimus = p. Chr. 378) et fit ita a. p. Chr. 525 = Petri 485. — Auctarium qui scripsit, rursus episcopos Romanos posuit, recte recensens Agapitum (535—536) ad a. 535, Silverium (536—537) ad a. 536, Vigilium (537—555) ad a. 537; Agapitum quod ait papam ordine quinquagesimum, fortasse librarii error est. sed Vigilium ad a. 546 p. 107, 26 cum scribit fuisse papam LVIIII, sequitur numerationem a Marcelliniana diversam.

6. Accedunt minora quaedam ecclesiastica potissimum, in his Luciani libellus de inventis reliquiis Stephani protomartyris (vide supra p. 44 not. 2) et vita quaedam Iohannis Chrysostomi similis Palladianae, unde excerpta proponuntur a. 398, 3. 403, 3. 428, 2. 438, 2: alia fortasse rerum ecclesiasticarum recte gnari determinabunt. — Prosperi chronica Marcellinus non adhibuit (ostendunt id inter alia narrationes duae de obitu Bonifatii ad a. 432), quamquam auctorem novit et ad a. 463 Gennadii de eo relationem inseruit. — Philosophi duo Philippus et Sallustius, quos scribit obisse a. 423, 4, alibi non nominantur; nam Philippus Sidensis qui scripsit res Theodosii II (Tillemont 6 p. 130) diversus sit necesse est, nec magis temporum rationes admittunt, ut cum Tillemontio 5 p. 134 Sallustium statuamus amicum Marcellini eius qui in imperio Dalmatiae periit a. 468 (Suidas s. v. *Μαρκελλῖνος*; Photius cod. 242 p. 342).

Postremos annos Marcellinum enarrasse non tam ad libros quam ad suam rerum notitiam probabile est, videturque de iis annis cogitavisse cum ait in praefatione scribere se *Orientale tantum secutum imperium*, nam post caedem Odoacris et Theodericum regem Gothorum creatum a. 489 non referuntur in chronicis nisi res per Orientem gestae. nihilominus imperatorum certe tam Occidentis quam Orientis nomina pariter posuit numerans neutros, elaboravitque omnino Marcellinus a Theodosio ad Iustinianum annales breves utriusque imperii, ut convenit viro ex parte Latina imperii Orientalis oriundo, idque potissimum meritum crediderim libellum et aequalibus et posteris commendavisse.

Marcellini comitis chronica tradita habemus libris duobus Omerensi et Tiliano, quibus repraesentari archetypa duo auctori fere aequaeva inde efficitur, quod Omerensis ubi finit, ibi finire se in praefatione Marcellinus ait, id est a. 534, Tilianus nulla distinctione facta narrationem continuans ad a. 548, ubi desinit mutilus, ipse scriptus est saeculo eo quo auctor vixit. iam videamus de libris his duobus primariis eorumque propagine.

Prioris ordinis librum usurpatum esse a Beda cum inde sequitur, quod quae ex *S*
Marcellino is excerpsit in a. 534 finiunt, tum ex loco p. 81, 1, ubi in corruptela *Blaedla* pro *Bleda*, alteroque p. 82, 23, ubi in corruptela *conrosit* pro *conrasit* consentiunt Beda et Sanctomerensis contra Sirmondianum exemplum. sed cum Bedana excerpta ad crisin exiguam utilitatem afferant, ordinem eum solus fere constituit, ut dixi, liber Sanct-Omerensis servatus in oppido S. Audomari sive St. Omer antea in monasterio sancti Bertini, iam in bibliotheca publica bipertitus n. 697 et 706 (cf. *Catalogue des manuscrits des bibliothèques des départements* 3, 305 cf. p. 309). scriptus est in membranis fol. min. saeculo X vel, ut visum est Bethmanno, XI ineunte. complectitur priore parte (iam cod. 697) Eutropium genuinum (ad quem edendum adhibuit eum Droysen, v. praef. eius p. V), Marcellinum, Notitiam Galliarum et provinciarum imperii Romani (vide vol. 1 p. 566), posteriore (iam cod. 706) Gregorii Turonensis res Francicas (scr. rer. Meroving. 1 p. 26), Fredegariana (l. c. 2 p. 13), annales ab hoc libro, qui solus eos servavit, Bertinianos appellatos (mon. Germ. SS. 1, 419), scriptos maximam partem a Prudentio episcopo Trecensi et Hincmaro archiepiscopo Remensi, finientes anno quo hic obiit 882. collatum habui et a Bethmanno et a Droyseno.

Ex hoc libro proficiscuntur scripti editique qui sequuntur.

1. Bruxellensis n. 6439—6451, aliquando abbatiae S. Vedasti, deinde delatus ad collegium Iesuitarum Brugense, hinc ad Antverpiense, scriptus ineunte saeculo duodecimo (MG. SS. 2, 193 cet.). hic est vetus codex Brugensis, quem testibus editoribus operum Sirmondi (in praef. vol. II) Petrus Franciscus Chiffletius cum Sirmondiana editione contulerat, quoniam inter lectiones, quas inde nominatim afferunt in praefatione, errores sunt aliquot, ut p. 77, 9 *xxu* pro *xxui,* p. 83, 16 *epiam* pro *epipam,*

alieni ab Omerensi et Bruxellensi proprii. contulerunt librum Bethmannus et Droysenus. nos variam lectionem suppressimus, cum constet Bruxellensem librum merum apographum esse Omerensis, ut adeo, ubi hic lacer est vel evanidus, eorum damnorum (p. 71, 18. 74, 4) certa vestigia et ipse ostendat.

2. Berolinensis Lat. fol. n. 118 chart. saec. XVI.

3. Antonius Sconhovius, qui primus Marcellinum edidit (chronicon Marcellini comitis v. c. Parisiis 1546. 8. pp. 60), expressit non librum pessimum et sine dubio recentissimum, ut contendit Holder-Egger (*neues Archiv* 2 p. 51), sed alterius familiae principem Omerensem. eius ei copiam fuisse ut inde intellegitur, quod praefationem datam Brugis non. Aug. a. 1545 direxit ad Gerardum Hamericourt monasterii S. Bertini abbatem, ita lectiones et aliae id confirmant et quod in iis quas modo indicavimus Sconhovius facit cum Omerensi. — In margine eiusdem editionis quae leguntur non multae variae lectiones 'alius exemplaris', earum quaedam redeunt in Bruxellensi:

p. 94, 34 camelos pardalos] al. cum illo pardalos
p. 101, 27 Cleriano] al. Deriano

pleraeque in neutro libro inveniuntur, sed redit corruptela ad p. 75, 2 *achivam* adnotata 'al. macthyam' in Florido Lambertiano (vide infra p. 55); videtur igitur Sconhovius praeter Omerensem librum tam Brugensem adhibuisse quam Lambertum; utilitatem autem neutra habent.

T Archetypum alterum Marcellinum exhibens cum auctario in hoc solo libro servato codex est saec. VI exeuntis, itaque ipsi auctori paene aequaevus, scriptus compendiis vix ullis, proprietate item paene nulla, nisi quod emendationes, quales sunt p. 77, 8 *men$\overset{s}{r}$e* — 102, 17 *uenti$\overset{s}{r}$* similesque aliae non paucae ostendunt in archetypo litteras *S* et *R* similes fuisse, et quod bis (p. 95, 13 in *yllyricianę* et p. 96, 2 in *sępae*) in emendando *ae* ex *e* efficitur cauda supposita *E*. correctus est passim, maxime in orthographicis a manu eadem (T^b), quae ita non raro expulit orthographiam antiquiorem (vide infra), interdum adeo errores intulit (ut 91, 20 *extabuit* firmatum codice *S* mutavit in *detabuit*), raro et temere semper a manu secunda (T^2). possedit codicem saec. XVI exeunte Iohannes du Tillet sive Tilius episcopus oppidi Meaux[1]). scilicet Sirmondus in praefatione editionis, quae primum separatim prodiit (Marcellini v. c. comitis Illyriciani chronicon multo quam antea emendatius et auctius. Lutetiae Parisiorum 1619. 8. pp. 78), deinde repetita est in operum eius volumine altero (Parisiis 1696 p. 347 seq.), 'nos', inquit, 'ex vetustissimo Tilianae bibliothecae codice tum Marcellini omnia multo quam 'hactenus emendatiora tum appendicem . . . . multis partibus auctiorem damus: in'tegram daturi, nisi nos lacerum exemplar in septimo post Basilii consulatum anno 'destituisset. quo factum est, ut in reliquis ad finem usque Panvinianam editionem 'sequi necesse fuerit'. post Tilii obitum a. 1570 codex inlatus est in bibliothecam collegii Claromontani Iesuitarum Parisinorum[2]), in cuius catalogo edito a. 1764 indicatur sub n. 638, deinde bibliotheca ea publice venum data in Meermannianam n. 741, iam cum haec quoque divenderetur a. 1824 in Bodleianam, ubi eum (signatum auct. T. II. 6) per multos annos latentem nuper inveni et in Hermae vol. 24 (1889) p. 393 seq. notitiam eius dedi. insunt chronica Hieronymi, scripta litteris quadratis (specimen est in secunda

1) Ex bibliotheca ea veniunt annales Tiliani (MG. SS. 1 p. 6), quorum codex aut latet aut periit (nam eos non proficisci ex codice Vaticano reg. 213 observavit Waitz *neues Archiv* 2, 329). de aliis libris eiusdem bibliothecae nuper quaedam attuli edens Collationem legum Mosaicarum et Romanarum praef. p. 112.
2) Itaque quem sub vocabulo Claromontani laudat qui secundam editionem Sirmondianam curavit Iacobus de la Baune ipse est codex Tilianus. inde vocabula in priore editione omissa tria (p. 92, 15 *armatus* — p. 96, 12 *iam* — p. 102, 16 *quidem*) huic inseruit emendavitque p. 97, 31 *carceres* pro *carcere*. ex eodem libro sumptae sunt 'variae lectiones chronici Marcellini ex ms. X ad ed. Scaligeri a. 1658' adservatae in cod. Paris. Lat. 11909 (= *résidu S. Germain* 1281) f. 327.

serie societatis palaeographicae Londiniensis tab. 129) et initio mutila, incipientia scilicet ab a. Abr. 555 sive Argivorum Danai XIII, et fine carentia, deficiunt enim paullo ante finem in a. Abr. 2393 verbis *per avaritiam Maximi,* folio quod sequebatur deperdito praeter chronicorum verba extrema periit pars prior recapitulationis Hieronymianae a librario non huius codicis ipsius, sed archetypi, scilicet scripti a. p. Chr. 442, auctae: in folio quod hodie sequitur, scripto eo litteris eiusdem aetatis, sed characteris diversi et inclinantis ad scripturam cursivam (folii eius paginam priorem repraesentat a societate supra laudata edita tabula 130), adest pars recapitulationis posterior inde a verbis *a Troiae excidium.* subieci quae ad recapitulationem Hieronymianam scriptor a. 442 adiecit suppletis iis quae perierunt ex codice nostro *R*, quem ex Oxoniensi etiamtum pleniore descriptum esse mox demonstrabitur.

[A *(om. R)* Valente VI et Valentiniano iuniore usque in consulatum Eudoxii [*p. Chr.* 442] colliguntur anni LXIIII, ac per hoc a XV Tiberii anno, quo dominus predicare incepit, in consulatum (consulatu *R*) Eudoxii et Dioscori fiunt anni CCCCXI.]

A Troiae excidium (excidio *R*) usque ad primam olympiadem anñ sunt CCCCVI.

Item a Troiae excidio usque ad extructionem (destructionem *R*) urbis Romae anñ CCCCXXXVII (ccccxxxui *R*), quae condita est a Romulo septima olympiade anno secundo, qui XVII ab Aenea regnavit (quae . . . regnavit *in marg. supplet Til.*).

Ab urbe Roma (condita *ins. R*) usque ad adventum domini anñ DCCLII.

et (ab eadem conditione *ins. R*) ad passionem usque (u. ad p. *R*) anñ DCCLXXXI.

et a passione in cons̄ (consulato *R*) Eustathi (eustachii *R*) [*p. Chr.* 421] anñ CCCXCII.

simul ab urbe condita usque ad praedictum cons colliguntur anñ ∞CLXXV.

et usque ad cons̄ dn Theodosii (consulatum heodosii *R*) XV [*p. Chr.* 435] anni ∞CLXXXVIIII.

a morte Caesaris usque in cons̄ Theodosii XV fiunt anni CCCCLXXXIII (lxxxui *R*).

passus est dominus Iesus Christus a constitutione mundi post añ (anni *R*) V milia CCXXVIIII.

ab Abraam autem usque ad passionem domini anni sunt II (ū *R*) XLIIII.

a passione domini usque ad (*om. R*) cons (consultum *R*) Eustathii (eustachii *R*) [*p. Chr.* 421] anni sunt CCCXCIIII.

et usque ad cons̄ (consultum *R*) dn Theodosii XV [*p. Chr.* 435] anni CCCCVIIII.

Recapitulationi subiciuntur persecutiones Christianorum ex chronicis Hieronymianis excerptae sub titulo: *item ab adventu domini usque ad cons̄. eundem quotiens persecutio Christianorum vel a quibus designatis temporibus facta est;* finiunt in Iuliana (Hieronymus a. Abr. 2378. 2379) sic: *XI persecutio a Iuliano emersit magis blanda et inliciens quam coacta. in qua Aemilianus tantum ob eversionem ararum flammis exustus est a vicario Traciarum* (hoc vocabulum de suo recte adiecit epitomator) *apud Durostorum.* — Hieronymiana excipiunt chronica Marcellini scripta non eadem manu, sed item litteris quadratis iisque minutis et pulcherrimis, quarum specimen huic editioni addidimus, saeculi, ut dixi, sexti exeuntis: haec a principio integra sunt, in fine amisso folio uno pluribusve ita mutila, ut editio ea repraesentat. extrema quoque folia aliquot locis hiant, ut ostendunt adnotationes, sed ut quae deficiunt facile suppleantur. Sirmondus etsi libri dignitatem recte agnovit et in universum eum etiam in minoribus secutus est, non simpliciter eum expressit, sed textum editionis Panvinianae a. 1558, qui conflatus est

ex editionibus duabus Sconhoviana a. 1546 pendente ex codice Sanctomerensi et Cuspiniana a. 1553 pendente ex libro Vindobonensi (infra p. 51) epitomatorum uno, ad Tilianum emendavit, unde remanserunt mendae minores non paucae. extrema verba in codice evanida et mutila ideoque a Sirmondo omissa ego nuper edidi Hermae l. c. p. 394. librum contuli ipse, relegit a me rogatus ad huius editionis plagulas officiose Hardy Oxoniensis.

Ex hoc ipso libro descendit epitome ita facta, ut annis 383—388. 406. 407. 411—414. 420—422. 424—428. 432. 434—437. 440. 441. 445. 449. 450. 451. 457. 459. 464. 465. 468. 469. 471. 473. 475. 477—479. 481—483. 485—492. 495. 499—510. 514. 516. 519. 520. 522. 523. 526. 528—530. 533. 538—542. 544. 545. 548 totis omissis et praefatio adsit et anni reliqui iique non compendiati. quo consilio breviator alios abiecerit, alios admiserit, non apparet. eius generis qui nobis innotuerunt libri videntur omnes descendere ex eo quem primo loco posuimus Utinensi scripto saec. XI, cum reliqui sint XIV vel XV, id quod coniecit iam in schedis mihi traditis Bethmannus. confirmant rem lectiones. ita p. 84, 2 vocabulum *praesidente*, quo Utinensis liber hiatum Tiliani explevit (*regente* est in *S*), transiit inde in reliquos omnes. verba p. 65, 19 *in locum Nectarii pontificis* in Utinensi recte tradita in Parisino mutila sunt: *in locum pontificis*, in plerisque (3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10) corrupta: *loco notarii pontificis.* ego praeter Utinensem *U* hodie mutilum adhibui Parisinum 4870 *P*.

U 1. Utinensis bibliothecae episcopalis oct. n. 14 saec. XI. post Bedae chronicon et notitiam 'de septuaginta duabus linguis' sequuntur chronicorum Hieronymianorum praefationes duae, prior interpretis inscripta: 'incip prologus in chronica Eusebii Ieronimi ad Galienum et ad Innocentium', altera Eusebiana inscripta 'incp. interpretata 'praehatio (sic) et collectio omnium annorum istius chronicae'. chronicorum datur epitome duplex: 'huius praefationis' epitomator ait, 'chronica ad integrum non exaramus, 'sed pauca ex eis tanquam flosculos praelibamus'. in priore quomodo breviator versatus sit, ostendunt extrema ita compendiata: 'Regnav. Valentinianus et Valens a. XIIII mens. V, 'qui Valentinianus alias . . . . quidam caedere crudelitate et avaritiam interpretabantur'. sequuntur adnotationes ed. Schoenianae p. 196 *p.* p. 197 *a. c. f—m. o. t. u.* p. 198 *a. d. f—h. k—m. o—u.* p. 199 *a* (finit in *laeri* foliis sequentibus evulsis), omittuntur p. 197 *b. d. e. n. p—s. v.* p. 198 *b. c. e. i. n.* verba non multum differunt. posterior epitome, cuius exordium intercidit duobus foliis evulsis, a Caesare inde vitas imperatorum brevissime enarrat. incipit: 'Abhinc consules fuerunt per annos CCCCLX et eo 'amplius. I. Deinde Gaius Iulius Caesar primum apud Romanos singulare optinuit im'perium, a quo Caesares Romanorum principes appellati. qui et ydibus Martiis in curia 'occiditur. II. Augustus Octavianus Atelle in Campania mortuus Rome in campo Martio 'sepultus est'. finit: 'XXXVIIII. post quem Gratianus assumpto imperio Valentiniano 'fratre cum patruo Valente regnat'. post subscriptionem 'explic chronica Eusebii Ieronimi' sequitur epitome Marcellini cum praescriptione supra p. 43 relata. sed hodie quaternionis unius folio primo evulso desiderantur quae leguntur p. 65, 20 *suffectus est* ad p. 77, 23 *caelestinus;* deinde post folia quinque integra, quae finiunt p. 99. 12 in *suis,* sequitur folium lacerum, unde quae supersunt perveniunt ad p. 103, 12 *donisque:* extrema folia perierunt. contuli ipse.

P 2. Parisinus n. 4870 (inscriptus est item numeris CIↃIↃLVI — 1690 — 5217, idem igitur, quem Chiffletius in praefatione ad editionem Sirmondi secundam citat sub nomine regii n. 1690 addens desinere in verba *praesentale accepit magisterium*), scriptus saec. XIV continet ea quae sequuntur.

f. 1 'incipit prologus in cronicha Eusebii Ieronimi ad Galienum et ad Innocentium'.

f. 13′ 'collectio omnium annorum istius cronice', scilicet recapitulatio Hieronymiana continuata ad a. 442 edita una cum Marcellinianis ex libro huius ordinis

Vindobonensi (infra n. 3) a. 1553 a Cuspiniano comm. p. 577 et inde in editiones posteriores translata. post clausulam Hieronymianam, quae incipit *colliguntur omnes anni usque in consulatum Valentis VI et Valentiniani iunioris iterum Augusti*, finit *fiunt ab Adam usque ad XIIII Valentis annum, id est usque ad consulatum eius III et Valentiniani V omnes anni VDCCVIIII* (interposita non variant a textu edito nisi in minutiis) sequitur recapitulatio ad Hieronymiana adiecta supra edita p. 49.

f. 44' 'item ab adventu domini usque ad consulatum eundem quotiens persecutio 'Christianorum vel a quibus designatis temporibus facta est'. persecutiones easdem modo dixi eodem loco legi in libro Tiliano.

f. 45' 'item ex eisdem cronicis ordo Latinorum regum breviter ablatum. Latinis 'qui postea Romani nuncupati sunt' cet.

f. 45' 'item obitus Romanorum regum a Romulo usque ad Valentem'.

f. 46 'abhinc consules fuerunt per annos CCCLX et eo amplius. deinde Gaius 'Iulius Cesar primus apud Romanos' cet. haec est altera epitomarum Hieronymianarum quae sunt in libro Utinensi.

f. 48 'explicit cronica Eusebii Ieronimi. item que ex cronica Marcellini defloravi- 'mus. Prefatio eiusdem. Rubrica. Post mirandum . . . praesentale accepit 'magisterium'.

f. 65 'explicit cronica temporum Eusebii Ieronimi Marcelini. Rubrica. amen. deo 'gratias'.

f. 66 'incipit cronicha Bede presbiteri'.

f. 115 'de septuaginta duabus linguis'.

cum subscriptione f. 116':

'qui legit hunc librum, scriptorem noverit esse
'Baptistam Patavi Sansonis nomine dictum.'

Liber descriptus sine dubio ex praecedenti iam eius hiatus explet.

3. Vindobonensis n. 138 (antea hist. prof. 599), aliquando Matthiae Corvini, deinde Iohannis Fabri, tum Philippi de Croy, postea Ambrasianus (cf. Lambecius bibl. Vindob. 2 p. 874; Montfaucon bibl. bibl. p. 565; Endlicher n. 409), scriptus saec. XV continet Marcellinum, Gennadium, Isidorum de viris illustribus, alia. — Hunc adhibuit Iohannes Cuspinianus, qui annalibus suis ('de consulibus Romanorum commentarii') editis Basileae a. demum 1553, sed aliquantum antea scriptis (obiit auctor a. 1529) inseruit sub singulis ad quos pertinent annis Marcelliniana. eorum 'copiam', inquit, 'mihi fecit Ioannes Gremperus amanuensis meus . . . . unicum habui depravatum 'et lacerum exemplar multisque in locis fenestratum', cogitans opinor non tam de statu membranarum (verba enim apud eum relata non hiant), sed de annis, quorum numerus in margine libri adnotatus est manu ut videtur ipsius Cuspiniani, in epitoma omissis. mendae huic libro propriae p. 61, 6 omissum voc. *continuo*, p. 76, 1 omissum voc. *altercationem* (cuius loco Cuspinianus p. 527 inserit *historiam* post *Christiani*), p. 93, 8 omissum comma *supra scriptis consulibus mense Februario*, p. 103, 78 omissio anni 531 omnes redeunt apud Cuspinianum.

4. Venetus bibliothecae Marcianae Lat. VI, 135 (Valentinello X, 109), cum subscriptione ad Marcelliniana hac: '*opus absolutum ad petitionem Ioan. Marcanovae art. et med. dot.* [sic] *Pat. anno gratiae M.CCCC.LXV.B*' ut reliqui libri Marcanovae aliquando fuit Patavii in bibliotheca S. Iohannis in virdiario (Tomasinius bibliotheca Patavina ms. Utini 1639 p. 18 plut. XIII). continet volumen continuitque iam cum Tomasinius vidit fasciculos tres ex maiore compagine sublatos, secundum antiquas numerationes f. 139—190 Platonis epistulas a Leonardo Aretino versas a. 1466; f. 191—208 passionem sancti Hippolyti similiaque carmina; f. 99—133 Marcellinum praemisso tem-

porum conspectu[1]), quem tamen magis crediderim ad praecedentia pertinuisse: nam partem iam deficientem probabile est continuisse Hieronymi et Prosperi chronica; certe ex Patavina illa bibliotheca volumen Eusebium Prosperum Marcellinum continens commemorat Montfaucon bibl. bibl. p. 485. simillimus est Vindobonensi nec tamen ex eo descriptus, ut praeter alia adest annus 531 in Vindobonensi omissus servavitque Venetus p. 91, 19 *oppidulo,* ubi *oppido* est in Vindobonensi. e contrario deest in Veneto annus 461 qui non desideratur in Vindobonensi et in universum magis corruptus est.

5. Oxoniensis Canonicianus script. eccl. n. 193 saec. XV, ubi praecedunt Hieronymus et Prosper. contulit Pertz. memoratur a Waitzio *Neues Archiv* 4 p. 382.

6. Oxoniensis Canonicianus script. eccl. n. 96 saec. XV. memoratur a Waitzio *Neues Archiv* 4 p. 382.

7. Vaticanus Urbinas n. 382 (olim 606) scriptus a. 1449. praecedunt Hieronymus et Prosper, sequuntur Matthaeus Palmerius, Isidorus de viris illustribus, Isidori et Bedae chronica.

8. Vaticanus Palatinus n. 818 saec. XV, olim Ianozii Manettii. praecedunt Hieronymi et Prosperi chronica, sequitur illius liber de viris illustribus.

9. Florentinus bibliothecae Mediceae Leopoldinae Faesulanae n. 58 saec. XV. praecedunt Hieronymus et Prosper.

10. Mediolanensis Ambrosianus C. 290 inf. 'Gerardus Cerasius Florentinus scripsit 1463' (cf. Montfaucon bibl. bibl. p. 520). praecedunt Hieronymi et Prosperi chronica, sequitur illius liber de viris illustribus.

Reperiri non potuerunt codices hi:

11. Parisinus S. Victoris citatus in altera editione Sirmondiana (supra p. 48) una cum Claromontano, nostro *T*, et Chiffletiano, nostro *R*, quamquam diligentissime quaesitus ab amicis Parisinis reperiri non potuit, videndumque ne subsit error; nam ea aetate qui in bibliotheca illa fuerunt scripti libri omnes quo pervenerint fere exploratum est. quae afferuntur in editione supra citata nec ad certos libros redigi potuerunt, omnia vulgaria sunt et inutilia.

12. Venetus monasterii S. Michaelis de Torcello n. 329, scriptus a Daniele Victurio patricio Veneto saec. XV, continens Hieronymum et Marcellinum (Mittarelli codd. S. Michaelis p. 726).

13. Inter libros Alexandri Petavii dicuntur fuisse 'Marcellini comitis chronica a Theodosio iuniore ad Henricum iuniorem' signata n. 635. 1000 (Montfaucon bibl. bibl. a. 1739 p. 85). in Vaticana reginae eiusmodi volumina ego non repperi.

Epitomam eam, cuius libros modo enumeravimus, ex ipso libro hodie Oxoniensi descendere inde potissimum colligitur, quod cum hic desinat in medio anno 548 mutilus, epitomator item subsistit in anno 547 spreta, ut consentaneum erat, anni sequentis enarratione imperfecta. rem confirmat quae supra p. 51 de computo deducto ad a. 442, item p. 50 de persecutionum laterculo adnotavimus; confirmant item lectiones non raro ita comparatae, ut Oxoniensis liber et epitomati in falsis consentiant contra Omerensem. subieci exempla quaedam quae nullo negotio augeri poterunt:

	S	*TUR*
p. 61, 7	*Siagrii*	*Euagrii*
p. 67, 6	*IIII id. apr.*	*III id. Apr.*
p. 83, 9	*depactas olim pecunias*	*despectas olim pecunias*
p. 102, 10	*anno . . . . CCCCLXXXV*	*anno . . . . CCCCLXXV.*

E contrario nullum locum deprehendi, ubi epitomati in meliore lectione cum Omerensi

1) Incipit 'Anno a constitutione mundi VCLXXXXVIIII peracto natus est dominus Iesus Christus', finit 'ab unctione David usque ad nativitatem Christi a. MLXXV. sunt ergo ab Adam usque ad nativitatem Christi anni VCLXXXXVIIII'.

contra Tilianum starent. potuerunt igitur abici epitomati *UR*: nihilominus retinui, ut consensus eorum cum *T* declararetur.

Haec sunt subsidia a libris scriptis suppeditata[1]). de editionibus, quas dederunt Antonius Sconhovius a. 1546 (supra p. 48), Iohannes Cuspinianus († 1529) a. 1553 publicatione postuma (supra p. 51), Onuphrius Panvinius (Panevino) a. 1558[2]) (supra p. 42), Iacobus Sirmondus a. 1619 (supra p. 48), antea diximus; posteriores, quae sunt repetitiones merae, non curamus.

Restant excerpta ex Marcellino facta. et Cassiodorum quidem in chronicis editis a. 519 Marcelliniana non adhibuisse consentaneum est. Iordanes deinde scribens in Illyrici monasterio aliquo a. 551 num usus sit Marcellino, quaeritur, de qua quaestione illum edens (praef. p. XXIX cf. p. XXXIX) dixi hoc loco me acturum esse. usurpavit autem; nam non solum passim ad verbum cum Marcellino conveniunt quae leguntur in Iordanis Romanis, cuius consensus exempla adferre supervacuum est, sed etiam quae Marcellino propria est nec facile ad auctorem ab eo adhibitum reici potest contaminatio relationum ex consularibus petitarum et excerptorum Orosianorum, ad Iordanem se propagavit, quamquam hic ipsum quoque Orosium adhibuit et multa inde compilavit a Marcellino non recepta. subieci exempla quaedam.

Orosius 7, 34:	*Marcellinus* a. 379:	*Iordanes* R. 315:	*[Victor]* epit. 48, 5:
Gratianus . . . Theodosium . . Hispanum virum . . apud Sirmium purpura induit Orientisque et Thraciae simul praefecit imperio . . . hic propagator ecclesiae.	Theodosius Hispanus Italicae divi Traiani civitatis a Gratiano Augusto apud Sirmium XXXVIIII post Valentis interitum imperator creatus est XVIIII k. Febr. Orientalem dumtaxat rem publicam recturus, vir admodum religiosus et catholicae ecclesiae propagator.	Theodosius Spanus Italicae divi Traiani civitatis a Gratiano Augusto apud Sirmium post Valentis interitum factus est imperator . . . . ammodumque religiosus ecclesiae innituit propagator reipublicaeque defensor eximius. nam Hunnos et Gothos qui eam sub Valente defatigassent diversis proeliis vicit *cet.*	Fuit Theodosius propagator rei publicae atque defensor eximius. nam Hunnos et Gothos, qui eam sub Valente defatigassent, diversis proeliis vicit *cet.*

Orosius 7, 36, 11:	*Marcellinus* a. 398:	*Iordanes* R. 320:
Gildo et ipse fugam molitur . . . post aliquot dies strangulatus interiit.	Gildo fugiens propria manu se strangulavit.	Gildo . . . propria se manu peremit.

Orosius 7, 37:	*Marcellinus* a. 406:	*Iordanes* R. 321:
Adsunt Uldin et Sarus Hunorum et Gothorum duces	Huldin et Sarus Hunnorum Gothorumque reges	quem (Radagaisum) Huldin et Sarus Hunnorum

---

1) Quae adservantur Bernae in bibliotheca publica (Hagen cat. p. 537) ad exemplum editionis Sconhovianae adscriptae observationes Bongarsii, eae ex parte variam lectionem continent ex Historia miscella depromptam, ex parte ipsius coniecturas. 2) Errore Holder-Egger (*Neues Archiv* 2 p. 51) ait Panvinium Marcellinum non edidisse in editione priore fastorum a. 1557, edidisse in altera a. 1558: edidit in priore, quae prodiit non a. 1557, sed 1558.

Orosius 7, 37:	*Marcellinus* a. 406:	*Iordanes* R. 321:
praesidio Romanorum *et post multa:* tanta multitudo captorum Gothorum fuisse fertur, ut vilissimorum pecudum modo singulis aureis passim greges hominum venderentur.	Radagaisum continuo devicerunt ipsius capite amputato captivos eius singulis aureis distrahentes.	Gothorumque reges superantes omnes captivos, quos retulerant, singulis aureis vendiderunt.

Attamen praeter Marcelliniana chronica Iordanes altera adhibuit simillima iis et pleniora; nam non raro inter excerpta Marcelliniana quaedam reperiuntur a Marcellino aliena, sed ita cum eis coniuncta, ut difficile separentur. exempli causa de Basilisco, de Illo, de Vitaliano quae narrantur apud Iordanem, hic illic ampliora sunt quam quae respondent apud Marcellinum. in conspectu cladium factarum imperante Anastasio apud Iordanem c. 356 cum reliqua aperte breviata sint ex Marcellinianis, Pompei proelium ad Hadrianopolim neque a Marcellino neque alibi memoratur. ad a. 529 quae narrantur apud utrumque, subscripsi.

Marcellinus:	*Iordanes:*
(a. 529) Parthis bella moventibus arma Romanus paravit exercitus finesque suos rebellans tutatus est. haec expeditio nostrorum paene per quinquennium tenuit *(de pace refertur ad a. 533).*	Iustinianus . . Parthos bella moventes destinato exercitu compescuit et fines proprios tutans Parthos saepe multos adflixit. postea vero facientibus peccatis in die sabbati sancti paschae inito certamine exercitui et non ducis instinctu in fluvio Eufrate Romanus numerosus ruit exercitus.

Propter haec similiaque loca cum possis suspicari aut pro Marcellino a Iordane adhibita esse chronica pleniora a Marcellino epitomata aut Marcelliniana ad nos pervenisse hic illic breviata, illam explicationem supra iam dixi parum mihi probari, nec magis placet altera, cum praesertim satis concordent nostrorum librorum archetypa duo ad auctoris aetatem proxime accedentia et vix ulla breviationis vestigia in altero utro offendantur. quapropter modestiore suggestione proposuerim Iordanem una cum Marcellinianis adhibuisse chronica altera, fortasse ea ipsa a quibus pendet Marcellinus et adhibitis iis Marcelliniana aliquoties auxisse.

Id ipsum cadit etiam magis in continuationem a. 534 seq., quam supra ostendi non esse Marcellini. haec quoque cum Iordanianis non tantum in rebus enarrandis conspirat, sed etiam in verbis ita, ut de communi auctore dubitari nequeat: exempli causa verba a. 536: *Matesuentham* (Theodahadus) *sibi plus vi copulat quam amore* et a. 542 *malo Italiae* de Totila pariter adsunt apud utrumque. at hic certe Iordanes non expilavit auctarium Marcellinianum, sed adhibuit uterque auctor eandem belli Gothici per annos digestam narrationem, plenius Marcellini continuator quam Iordanes, sed ut hic quoque quaedam habeat ab illo omissa, sicut ostendit locus quem subieci.

Iordanes c. 378. 379:	*Marcellini continuator:*
Egrediente Belesario consule ab Italia et ut diximus rege regina opesque palatii ad principem reportante	Gothi trans Padum residentes Oraio Vitigis nepote et Heldebado ductantibus
Gothi qui trans Padum in Liguria consistebant recrudiscentes animos ad bella consurgunt et ordinato sibi regulo Heldebado militi existunt adversi.	(a. 540) Vitigis regem cum regina opibusque palatii nec non et Gothos audientes sedibus propriis pulsos Orientemque per Belisarium abductos

Iordanes c. 378. 379:	*Marcellini continuator:*
	rebellare disponunt.
contra quos dum non unius, sed diversorum temptat varius apparatus,	contra quem debellaturus Bessa patricius Placentiam a Ravenna conscendit, Constantino Ravennam de Dalmatiis ut praeesset exercitui ab imperatore directo.
illi fortiores effecti persistunt.	. . . .
annique spatio vix emenso Heldebadus interficitur et loco eius succedit Erarius.	(a. 541) Gothi Heldibado occiso Erarium sibi ordinant regem.
	. . . .
qui et ipse vix anno expleto peremptus est et in regno malo Italiae Baduila iuvenis nepus asciscitur Heldebadi.	(a. 542) Gothi Erario rege occiso Totilam in regnum manciparunt. qui malo Italiae
	mox Padum transit
qui mox et sine mora Faventino in oppido Emiliae soli proelio commisso Romanum superavit exercitum.	et ad Faventiam Aemiliae civitatem Romanorum exercitum superat
	duces effugat, Caesenam et Urbinum, Montem feretris et Petra pertusa occupat, huc illucque discurrens devastat Italiam.
et nec diu post haec item per suos ad Mucellos annonariae Tusciae feliciter dimicans iudices fugat.	Rursus in annonaria Tuscia ad Mucellos per Ruderit et Viliarid Bledamque duces suos Romanum exercitum superat. quo proelio Bessa patricius vulneratus evadit: ceteri vero fugientes per quaqua salvati sunt.

Consularia scilicet Constantinopolitana per singulos annos fere continuata utrique scriptori praesto fuerunt habemusque eorum hic rursus duas epitomas invicem se explentes.

Post saeculum sextum Marcellinum usurparunt Beda et Paulus diaconus. et illum quidem ad chronica maiora adhibuisse Marcelliniana ab ipso principio ad a. 534 supra p. 47 iam vidimus, ubi ostendimus Bedanum exemplum simile fuisse nostri Sanctomerensis. etiam in eiusdem auctoris historia ecclesiastica gentis Anglorum quaedam inveniuntur ex Marcellino desumpta. Paulo in historia Romana conscribendo Marcellini copiam fuisse negat qui eam edidit Iohannes Droysen (praef. ad Eutropium p. LVII) parum recte: ad eum enim auctorem apud Paulum redire videtur l. 13 c. 11 patricii dignitas Aetio tributa (vide vol. I p. 375), ut facit Marcellinus (p. 78, 21 cf. p. 86, 2), certo redeunt et l. 15 c. 1: *eodem tempore egresso inopinato igni magna Constantinopolis aedium strage cremata est,* quod est incendium sub a. 465 a Marcellino relatum, et l. 15 c. 19: *dum haec in Italia geruntur, a Bulgaris universa Thracia crudeliter devastatur: Constantinopolis etiam ipsis diebus maximo conflagravit incendio,* quae narrantur a Marcellino sub a. 491, cum praesertim chronicis Italicis, quae Paulum legisse constat nostris pleniora (vol. I p. 252), haec nullo modo conveniant. habuit autem sine dubio Marcellinum ad a. demum 534 sine auctario codicis Oxoniensis, cum in narratione belli Gothici nulla inde excerpta inveniantur.

Medii aevi scriptores Marcellinum raro adhibuerunt. schola Suebica, scilicet Alamannus is, a quo pendent et chronicon quod dicitur universale et Hermannus Contractus Reichenaviensis (vide vol. I p. 363), Constantinopolitanum scriptorem num habuerit,

dubium est [1]. unus Lambertus Audomarensis canonicus libro *quem de diversorum auctorum floribus deo sanctoque Audomaro contexuit* a. 1120 et *Floridum intitulavit* (codices enumerat Bethmann MG. SS. 9 p. 308; cf. 5 p. 65; quae contineantur enarrat Zacher in Serapeo a. 1842 p. 113) capiti CXXXVII, quo recensentur imperatores Romani, usus sine dubio codice monasterii sui adhuc Omerensi (supra p. 47), post Orosiana excerpta inseruit Marcelliniana, quae sic incipiunt: *hucusque Orosius de imperatoribus, hoc est in annum dominicae incarnationis CCCCXLVI. deinde chronica Marcellini comitis de reliquis regibus. Theodosius iunior imperator Eudochiam macthiam duxit. Archadio patri suo* cet. (v. a. 421). postea (n. 132 Zacher) plura affert inscripta *de terrae motu signisque diversis excerpta ex Marcellino de gestis Francorum*, vel, ut est in libro Parisino 8865 (antea 10, 2; inspexit cum mea causa P. F. Girard) *in chronicis Marcellini in gestis Francorum.* incipiunt ea a. 390: *signum in celo quasi columpna pendens,* finiunt a. 526: *adempto eius capite combusto simul obruit.* — Praeterea inter passiones sanctorum codicis bibliothecae capitularis Veronensis n. XCVI (90) saec. XI reperitur f. 223 *inventio capitis sancti Iohannis Babtiste ex cronica Marcellini comitis* petita ex Marcellini a. 453 forma mutata.

Crisis libelli praeter pauca ex Iordane accedentia pendet a codicibus duobus altero Tiliano Oxoniensi *T* saeculi VI, altero Sanctomerensi saec. XI, quorum cum recentior non ad antiquiorem redeat, consentientibus ambobus archetypum repraesentatur auctori ipsi, qui scripsit a. 534, fere aequale. nihilominus inveniuntur loci aliquot licet rari in utroque exemplari pariter corrupti, ut 89, 15 *deterruit* — 92, 20 *foret* pro *ferret* — 100, 16 *iussa* — 102, 19 *mittente* simileve vocabulum omissum.

Ubi dissentiunt libri duo, id quod passim et in gravioribus quoque non raro evenit, quod expectes auctorem saeculi sexti medii recte traditum esse in codice saeculi eiusdem exeuntis, id lectionum comparatio refellit. nimirum comparent in libro Tiliano mendae non paucae emendandae ex Sanctomerensi, ut 82, 20 *priore maius S, peior renovatus T* (quamquam hoc poterit fortasse defendi) — 83, 9 *depectas*] *depactas S, despectas T* — 83, 31 *adelfii S, adileii T* — 84, 2 *regente S*, om. *T* — 88, 3 *facieque S, faciendoque T* — 92, 17 *super carpentum teli acumine et pavescentis S* cum Iordane, om. *T*. ad hos calami errores meros accedunt loci quidam breviati consilio, ut praefationis verba quibus auctor nominatur (supra p. 43), item p. 100, 16 verba *regionis Gavisae quod Sarnonto dicitur* omissa magis sunt quam casu praeterita. interpolationem prae se ferunt loci p. 71, 6, ubi ex verbis *cum septingentis et tribus milibus navium* firmatis ab Orosio et Iordane Tilianus effecit *cum septingentis navibus et tribus milium militibus* (voluit *militum milibus*) — 87, 22: *fletu carmine T*, *eglogo carmine S*, ubi Gennadius scripsit *elego carmine* — 93, 16 *confitendas S* cum Gennadio, *confitendas esse T* — 93, 23 *interea rex T*, ubi *interrex S* confirmatur loco altero ibi citato. denique verba 90, 12 de Gennadio Constantinopolitano: *et Pauli epistulas omnes exposuit* cum absint ut ab *S* ita a Gennadio nostro, insiticia sint necesse est. etiam infra ubi orthographica tractantur videbimus librarium passim vitia archetypi suo studio emendavisse.

At prae his Tiliani libri naevis nec paucis nec levibus Sanctomerensis multo

---

1) Inter Hermanni Contracti auctores quod refertur Marcellinus (MG. SS. 5, 68), nititur unico loco ad a. 398: *sanctus Ambrosius Mediolanensis archiepiscopus doctor ecclesiae mirificus ad dominum migravit* (nam ad a. 483 quae Hermannus habet de Theoderico descendunt ex Iordane Rom. 348), erravique opinor ego quoque (vol. 1 p. 755) adsentiens, cum Hermannus sequi potuerit in ea re laterculum Dionysianum nostris paullo pleniorem (l. c.) vel etiam biographum Ambrosii Paulinum. certe si Marcelliniana habuisset, multo plura inde in suum usum vertisset.

saepius et vitiatus est et interpolatus. meros errores, qui sunt sescenti, ut mittamus, ponemus aliquot ad interpolationem prope accedentes.

	T:	*S:*
61, 33	eoas nationes	saevas nationes
62, 23	ciecta	sepulta
83, 12	regis soror	uxor regis soror
83, 27	Pulcheriae	pulcherrimae
85, 14	fidei Arrianae	perfidiae Arrianae
94, 16	Scythico ferro	Getico ferro *propter* 99, 2: cultro Getico.

Episcopi vocabulum fere omnibus locis ubi invenitur auctor tam pius quam ineptus *sancti* adiectivo decoravit similique religione vituperia adversus episcopos p. 77, 7 suppressit. frequenter verba inseruit aut emendandi causa aut temere, 81, 20 *vi longa,* 86, 6 *patricius,* 86, 7 *quondam,* 86, 20 *tractus discerptusque* pro *discerptus;* e contrario aliquot locis (60, 18. 66, 26. 67, 17) dies suppressit, et breviavit narrationem de Hieronymo p. 63, 5—22 et gesta a. 519 p. 101, 5—24, cum alibi quae deficiunt (ut p. 103, 21 *ecclesia . . . renovari*) casu videantur excidisse. denique res traditas quoque suis interpolationibus corrupit. fastos consulares alios librarium habuisse et ad eos exegisse Marcellinianos inde colligitur, quod ad a. 446, ubi in Tiliano est *Valentiniani VII et Aetii III* errore opinor auctoris (nam huius anni consules sunt Aetius III et Symmachus, consulatus Valentiniani VII anni est 450), hic legitur *Symmachi VII et Aetii III* errore animadverso et imperfecte emendato. eadem ratione etiam a. 443 Maximo videtur addidisse iterationem, a. 518 consuli Magno nescio quem collegam Florentium. item 63, 3 locum de Arbogaste inseruit aperte ex Orosio depromptum et 96, 25 pro *Horreo Margi* substituit *Margum planum,* quod vocabulum cum praeterea non reperiatur nisi in Geticis Iordanis, ad eum libellum Marcellinum librarius codicis Sanctomerensis videtur interpolasse. ea quoque quae de Dara oppido narrantur p. 100, 20 seq. quamquam per se egregia neque ab alio ullo auctore pari modo relata cum locum teneant post narrationem de temporibus Anastasianis in ipso fine chronicorum editionis prioris, probabile est aliena esse a Marcellino et adscripta ab aequali quodam ad id eorum exemplar, ex quo pendet codex Sanctomerensis.

Vitia sermonis plura offenduntur quam expectes a cancellario patricii Constantinopolitani aetatis Iustinianae: indicabo potiora, distinguens uncis circumpositis quae reperiuntur in auctario auctoris alterius.

cum praepositio cum accusativo: *cum numerosa iumenta* 96, 17 — [*cum suos milites* 105, 38] — [*cum Gepidas* 106, 13].

de praepositio cum accusativo: *de Hispanias* 75, 13.

accusativi absoluti: *plurimaque loca igne cremata . . . remansit* 93, 20 — *adsumpta . . milia armatorum . . advenit* 98, 30 — [*utrosque comprehensos Guntharium occidit, Iohannem . . transmittit* 108, 11].

pluriores 65, 17.

pro pepigendo foedere 96, 21.

Septembrius cet. more Graeco fere constanter.

interrex pro usurpatore, sed ut differat a tyranno, 93, 23. 103, 14.

vestibulum . . eminentiorem clarioremque . . . redintegravit 102, 29.

oboliscum gen. neutr. 62, 24.

fornix feminine 97, 1 (recte 92, 9).

devastari deponens 96, 3, *contemplari* passive 62, 25.

detectus dolo suo 64, 22; *pravitate sua detectus* 85, 19.

Orthographia codicis Oxoniensis (nam alterius vitia praetermittimus solita saeculi eius) ut memorabilis propter aetatem, ita librarii potius est quam auctoris; saepenumero enim

vitia archetypi vel proprietates quae displicerent secunda scriptura ab eo tolluntur, numeralia quoque ita scribuntur vocabulis suis, ut passim (e. c. p. 91, 25) appareat in archetypo ea notis expressa fuisse. nihilominus nos secundam libri primarii scripturam ubi fieri potuit secuti sumus; ab ea ubi discessimus, aut ex adnotatione id elucebit aut ex orthographicorum huius codicis conspectu eo qui sequitur ita pleno, ut quae in eo non compareut, maxime quae pertinent ad nomina propria, adsint in adnotatione nostra. errores a manu prima emendati distinguuntur asterisco praeposito.

Vocales.

ae et *e*.

ae pro *e* in vocabulo extremo plerumque correctum: *adprimae* 392 — *annuae* 172 — *paenae* 123 — *quae* encliticc *433. *453 bis. *459. *501. *514 — *sepae* *502 — *urbae* *434. contrarium vitium *e* pro *ae* in fine vocabuli non reperitur exceptis vocabulis compositis *aqueductus* et *terremotus*, quae constanter sic scribuntur sine diphthongo.

prae pro *pre* passim: *interpraetatio* 392, *interpraetem* 392 — *praecibus* 525 — *praesbyter* constanter (uno loco excepto 453; *a* deletur altero 459) — *comprachensus* 519. 547, *deprachensus* 549. 523 — *praetium* 547 — *depraessus* 548, *repraessit* 536; e contrario *pre* pro *prae* item passim: *precipitium* 499 — *precipuus* 429 — *preco* 512 — *preda* 539, *depredatus* 482 — *preparavit* 501.

ae pro *e* praeterea: *caeciderunt* 452 — *denaegata* *536 — *digraeditur* *399 — *aequites* 515 — *graeminum* 512 — *paenuria* 409 — *saepelivit* 453 — *saeveritas* 528 — *spraeto* 408.

e pro *ae* raro in Latinis, ut in genetivis *Emetzene* 453 — *Europe* 394 — *Rome* 411 — *torride* 518, item *Emiliae* 512 — *extuans* 472 — *ceruleus* 501 — *lesio* 447, *inlesus* 432 — *pelices* 514 — **sepae* 501 — (semper *paene*), passim in Graecis: *Chaldeicus* 392 — *inceniae* 443 — *Grecia* 395 — *Hebreus* 392 — *Manichei* 519 — *Mattheus* 392 — *Palestina* 418. 419.

e et *i*.

e pro *i*: *omelia* 470 — *preuignus* *390 — *interemunt* 512 — *treginta* *451. *521.

i pro *e*: *Asclipiodotus* 423 — *divastari* constanter (sic etiam *S*) — *obiliscus* 526 (*oboliscum* 390) — *Filice* 382 — *Hirculianus* *452 — *octoginarius* 516. 518. recte scribitur *relegatus*.

i pro *ii*: in genetivis sing. decl. 2 nominum propriorum raro offenditur (*Basili* 511. 545. 546 — *Florenti* 429 — *Honori* 410 — *Triari* 431) et tollitur aliquoties emendatione, ut in archetypo adfuisse videatur. idem evenit in *idem* pro *iidem* (429) et in perfectis qualia sunt *petit*. haec in apparatum recepta sunt.

o et *u*.

o pro *u* rarum (semper *epistula*): *consolatus* saepe, non constanter.

u pro *o*: *cupiae* 510 (fortasse corr.) — *formidulosus* 480 — *urbem* 458.

oe et *e*: *oe* mutatum in *e* vel *ae* rarum: *Mesia* 482 — *prel-* *379. *499, *prael-* 505, plerumque recte *proelium*.

e vel *ae* mutatum in *oe*: *moetus* 489 — *poenitentia* *392.

uu non reperitur nisi ex correctione (cf. p. 105, 14. 18); semper *Vandali*.

y et *i*.

i pro *y* non rarum: *Bizantium* 484 — *Dionisius* 429 — *Eutichianus* 459 — *Hieronimus* constanter — *Hierosolima* 453 — *Illiric-* plerumque — *martir* 439 — *Olibrius* 464. 526, non semper — *praesbiter* semel 428, plerumque recte — *Simmachi* 522.

y pro *i* rarum: *Yllyricianus* 499 — *Syricius* 383.

Consonantes.

b et *p*: *optinere*, *optulit* constanter.

b et *v*:

b pro *v* aliquoties: *cibitas* *398 — *octab-* 472. 498 — *Nobembris* 512 — *olibetum* corr. ex *oliu-* 419 — *properabit* 394 — **benerabile* 453 — *Bienna* 391 et corr. m. 1 ex *Vienna* 411.

v pro *b* semel: *uellum* *398.

c et *t* nullo loco permutantur.

d et *t*: *adque* plerumque (*atque* 494. 495. 501. 505) — *capud* 453 bis; at *aput* 409. 484. 515. — *haut* constanter.

f pro *ph* in Graecis passim, ut monstrat editio; in Latinis semel est *Ruphinus* 516.

h in principio vocabuli male omissa: *abitacula* *453 — *actenus* 390. 403. 454 — *omelia* 470, item *exortans* 432; male adiecta *honus* *453 — *Horestes* constanter — *Horosius* 416 — *humerus* 453.

ch pro *c*: *Archadius* plerumque (recte *Arcadius* 395 semel. 402) — *Machedon-* 381. 429 — *parocchia* 486 — *Schyta* 514 — *Trachia* plerumque (*Thracia* 452, *Tracia* 515) —; vocabula *Theodorichus* similiaque indicantur in adnotatione. — E contrario *c* pro *ch* raro: *Anthiocus* 381. 398 — *coclidem* 489 — *Manicei* *519.

p pro *ph*: *ampitheatrum* 521.

th pro *t* passim: *Anatholius* 440 — *Anthioc-* 381. 398 — *Anthon-* 382. 398. 429 — *Gethae* semel 530 — *thomus* 458 bis. 462. 511 — *thorus* 462 — E contrario *t* pro *th*: *Boetius* constanter (*Βοέτιος* etiam Procopius) — *Cartago* 535 — *catolicus* 379 — *Schyta* 514 — *Trachia* (vide supra).

Iohannes constanter.

m et *n* male insertae in vocabulo medio: *damnamtio* *430 — *mentati* *512 — *semptem* 416.

m in fine vocabuli ubi adiciatur vel dematur, in apparatum relatum est; reperitur exempli causa male adiecta *iubentem* *512 — *utrumquem* *453: e contrario male dempta *diutina* *453 — *octabu* 472.

-um mutatum in *-o* in casibus ubi reperitur, ut *in semet ipso* *392 — *armato ducens milite* *504 — *ad Horeo margo* 505 — *monasticum habitu* *512, formas corruptas fuisse in archetypo confirmatur adhibito libro altero *S*: similiter *in imperio collocare* scripsit T^b, ubi in *imperium* consentiunt T^aS.

p omissa inter *m* et *t*: *interemtus* 447.

s impura: *hispado* 455.

s pro *x*: *Eudosia* *422. *455 — *iusta* *407; item *x* pro *s*: *extuans* 472.

x et *cx*: *extincxerunt* 420.

x simplex, non *xs*, constanter (errore p. 77, 2 editum est *exsulati* pro *exulati*).

geminatio consonantium raro neglegitur: *aparuit* 497 — *eclesia* 380. 398 — *Flacilla* 397 — *Iohanes* semel 453 — *Luculanum* 476 — *quatuor* semel 518 — *quinquenalia* *406. *439, *tricenalia* 430 — *Salustius* 423 — *succesor* 516. — semper *milia*.

etiam rarius male admittitur: *centessimus* *528 — *excissus* *447. *452 — *macchina* 521 — *macchedonii* 511 — *nunccupatus* *424 — **perra* 453, 2 — *vessania* *398.

adsimilatio praepositionum ita formatur, ut eam exhibet editio: plerumque evitata ea scribitur *adlatus* (*allatus* 401), *adprime*, *adreptus* (sed *ammonitus*) — *conlapsus* (sed *combustus* 491 — *comprachensus* 519) — *inlatus* (etiam *inber* 518, sed *impopulum* 521) — *subponi* (praef.).

PRAEFATIO.

Post mirandum opus, quod a mundi fabrica usque in Constantinum principem Eusebius Caesariensis, huius saeculi originem tempora annos regna virtutesque mortalium et variarum artium repertores omniumque paene provinciarum monumenta commemorans, Graeco edidit stilo, noster Hieronymus cuncta transtulit in Latinum et usque in Valentem Caesarem Romano adiecit eloquio. igitur uterque huius operis auctor quinque milium et quingentorum septuaginta novem annorum hunc mundum tunc fore miro computavit ingenio. ego vero vir clarissimus Marcellinus comes simplici dumtaxat computatione, Orientale tantum secutus imperium, per indictiones perque consules infra scriptos centum quadraginta annos, a septima videlicet indictione et a consulatu Ausonii et Olybrii, quibus etiam consulibus Theodosius Magnus creatus est imperator, enumerans et usque in consulatu Magni indictione undecima colligens, eorundem auctorum operi subrogavi.

Itemque alios sedecim annos a consulatu Iustini Augusti primo usque in consulatum Iustiniani Augusti quartum suffeci, id sunt simul anni centum quinquaginta sex, et meum rusticum opus subposui.

379 VII INDICTIONE. CONSVLATV AVSONII ET OLYBRII.

1 Theodosius 'Hispanus' Italicae divi Traiani civitatis a Gratiano Augusto apud Sirmium tricensimus nonus post Valentis interitum imperator creatus est XIIII kalendas Februarias, Orientalem dumtaxat rem publicam recturus, vir admodum religiosus et catholicae 'ecclesiae propagator' omnibusque Orientalibus principibus praeponendus, nisi quod Marcianum tertium post se principem imitatorem habuerit. *Const. 379. cf. Oros. 7, 34, 1–3.*

2 Halanos, Hunnos, Gothos, gentes Scythicas magnis multisque proeliis vicit. *Oros. 7, 34, 5.*

380 VIII. GRATIANI AVGVSTI V ET THEODOSII AVGVSTI.

Gregorius Nazianzenus facundissimus Christi sacerdos et Hieronymi nostri praeceptor ecclesia nostra aput Byzantium ab Arrianis capta plebem catholicam in beatae *Hier. v. ill. 117. cf. Socrates hist. eccl. 5, 7.*

TSUR 379, 1 = *Iordanes R.* 315 *et Beda* 380 = *Beda.*

Propter titulum vide p. 43 transtulut *U* 5 huius operis *bis S* 6 quinque T^a nouem] iiii *S* 7 ingenio] eloquio *S* vir clarissimus marcellinus comes] *S*, *om. TUR (vide supra p. 43)* 10 olibri *S* 11 consulatu magni indictione undecima] *T*, consulatum magni ausonis *(sic)* undecime *S*, *cuius archetypum qui scripsit, fortasse Magnum hunc habuit pro poeta Decimo Magno Ausonio* 11/12 eorum *S* 13 sedecim] xuii *S* iustini *om. S* augustum primum S^a 13/14 consulatum i. a. quartum (quattuor S^a)] *S*, consulatu (-tum T^b) i. a. quarto *T* 14 id] hii *UR* 15 et meum rusticum opus] meoque rustico operi *S* *post* subposui *ins.* explc. praefatio (prefactio *R*) item *UR* 16 *sic T*, indictione consulatu *om. S* et] e T^a 17 hispanos *S* diui] duri *R* 18 tricensimus nonus] *T*, triginta octo *S* quartudecimn kalendas februarias *T*, *om. S* 19 orientale *T* uir *om. TUR* 21 principe *T* *post* habuerit *ins.* et duos reliquerit filios *S* 22 halanos] *TU*, alanos *S* hunnos] *TU*, hunos *S* gentes] getes *S* magni T^1 23 u] secundo *UR* augusti] T^a, augusti primo T^bSUR 24 nancanzenus T^1, nazanzenus *S* praeceptori U^a 25 ecclesia] T^2S, et clesia T^1, et ecclesia *UR*

Anastasiae oratorio catholico cottidiana adlocutione continuit. saepe namque pravorum conviciis insectatus est: sed gratia Christi praeditus usque ad id tempus, quo eadem ecclesia sui praesentia nostris est reddita, perfidiis obstitit Arrianis. nam his consuli- *cf. Oros. 7, 34, 6.* bus Theodosius Magnus postquam de Scythicis gentibus triumphavit, expulsis continuo de orthodoxorum ecclesia Arrianis, qui eam per quadraginta ferme annos sub Arrianis imperatoribus tenuerant, nostris catholicis orthodoxus restituit imperator mense Decembrio.

381 VIIII. EVCHERII ET SVAGRII.

1 Sanctis centum quinquaginta patribus urbe Augusta congregatis adversus Macedonium in sanctum spiritum naufragantem ab iisdem episcopis sancta synodus confirmata est: Damaso videlicet sedem beati Petri tenente, Constantinopoli vero per Timotheum Alexandrinum perque Meletium Antiochenum et Cyrillum Hierosolymitanum episcopos Nectario ex pagano protinus baptizato et in praefata synodo pontifice ordinato.

2 Athanaricus rex Gothorum, cum quo Theodosius imperator foedus pepigerat, Con- *Oros. 7, 34, 6. '' Const. 381.* stantinopolim 'mense Ianuario' venit 'eodemque mense' morbo periit.

382 X. ANTONII ET SYAGRII.

1 Divi Valentiniani magni cadavere Theodosius princeps ab Italia reportato apud *Const. 381.* comitatum regio in sepulchro recondidit.

2 Eodem anno universa gens Gothorum Athanarico rege suo defuncto Romano sese *Oros. 7, 34, 7.* imperio dedit 'mense Octobrio'. *'' Const. 382.*

3 Damasus Romanae ecclesiae exceptis Liberio et Felice tricensimus quintus epis- *cf. Hier. Abr. 2395.* copus anno pontificatus sui octavo decimo in domino requievit.

383 XI. MEROBAVDIS II ET SATVRNINI.

1 Romanae ecclesiae Siricius tricensimus sextus antistes factus vixit annos quindecim.

2 Arcadius patri suo Theodosio Augusto consors imperii septimo ab urbe miliario *Const. 383.* coronatus est.

3 Gratianus imperator Maximi tyranni dolo apud Lugdunum occisus est VIII kal. *Ital. 383.* Septembris.

384 XII. RICHEMERIS ET CLEARCHI.

1 Legati Persarum Constantinopolim advenerunt pacem Theodosii principis postu- *Oros. 7, 34, 8. Const. 384.* lantes.

2 Eodem tempore Honorius alter Theodosio natus est filius mense Septembrio. *Const. 384.*

385 XIII. ARCADII ET BAVTONIS.

Theodosius imperator aliquantas eoas nationes per legatos suos suo utpote imperio *cf. Oros. 7, 34, 9.* subdidit.

TSUR (*hi duo om.* 383. 384) 380. 381. 383 = *Beda.*

1 catholico cottidiana] *TRU*, catholica cotidie *S* 2 conuicii T^a gr. chr.] *TRU*, chr. gr. *S* praedictus *T* 3 perfidiis] *S*, perfidis *TUR* obstit T^1 4 scythicis] scythis *S* 5 de] ab *S* 6 decembri *S* 7 uiiii *post* euagrii *T* k. *supra* eucherii (tucerii *R*) *add.* T^b et siagrii *S*, euagrii T^a, et euagrii T^b*UR* 9 sanct. spir.] *TUR*, sp. sanct. *S* hisdem *libri* episcopis copis T^a synodis S^a, sydus *UR* firmata *UR* 10 uidelicet] scilicet *UR* constantinopolim *libri* 11 melitium *S*, miletium *TU*, milenum *R* anthiocenum *libri* hierusolimitanum *SUR* 12 nectarium *UR* baptizatum *UR* pr(a)efato *UR* pontificem *UR* 13 foedus *om. TUR* 15 syagrii] *T*, siagrii *SUR* 16 cadauere th. pr. ab i. reportato] *TUR*, cadauer th. pr. ab i. reportatum *S* 17 regi *S* 18 sese] se *UR* 19 octobrio] *T*, octubrio *UR*, octobre *S* 20 liberi T^a filice *T* 22 merobaudis] *T*, merobaudi *S* 23 syricius *T* antestis *S* 24 patri] *T*, a patre *S* 26 imperatori maximo T^a 28 richemeris] *T*, richomeri *S* cleoarchi *T* 29 theodosii principis] *T*, theodosio principe *S* 31 septembrio] *T*, septembere S^a, septembre S^b 33 eoas] *T*, saeuas *S*: in Oriente subactis barbarorum gentibus *Orosius* suo *om. S* utpute *S*

386 XIV. HONORII CAESARIS ET EVODII.

1 Invasam princeps Theodosius ab hostibus Thraciam vindicavit 'victorque cum Arcadio filio suo urbem ingressus est'. Oros. 7, 34, 9. '' Const. 386.

2 Galla Theodosii regis altera uxor his consulibus Constantinopolim venit[1]).

387 XV. VALENTINIANI III ET EVTROPII.

1 Arcadius Caesar cum patre suo Theodosio sua quinquennalia celebravit. Const. 387.

2 Theodosius Magnus Italiam contra Maximum tyrannum pugnaturus accessit. Oros. 7, 35, 2.

388 I. THEODOSII AVGVSTI II ET CYNEGII.

1 Valentinianus Gratiani frater et Theodosius imperatores Maximum tyrannum 'et Victorem filium eius apud Aquileiam' rebellantem vicerunt. Oros. 7, 34, 10. c. 35, 8. '' Const. 388.

2 Andragathius comes morte Maximi cognita praecipitem sese e navi in undas dedit ac suffocatus est. Oros. 7, 34, 5.

389 II. TIMASII ET PROMOTI.

1 Theodosius imperator cum Honorio filio suo Romam mense Iunio introivit, congiarium Romano populo tribuit 'urbeque egressus est kal. Septembris'. Const. 389. '' Ital. 389.

2 Per idem tempus grando crepitans per biduum continuum pro pluvia cecidit, pecudum arborumque pernicies.

3 Stella a septentrione gallicinio surgens et in modum luciferi ardens potius quam splendens apparuit, vicensimo sexto die esse desiit.

4 Templum Serapis apud Alexandriam Theodosii imperatoris edicto solutum est.

390 III. VALENTINIANI AVG. IIII ET NEOTERII.

1 Signum in caelo quasi columna pendens ardensque per dies triginta apparuit. Ital. a. 390.

2 Galla Theodosii uxor ab Arcadio privigno suo eiecta est.

3 Oboliscum in circo positum est: columna haut longe ab ecclesia constituta est, quae argenteam Theodosii Magni statuam ferens hactenus contemplatur.

391 IIII. TATIANI ET SYMMACHI.

1 Theodosius imperator Italia decedens Constantinopolim remeavit[2]).

2 Valentinianus imperator apud Viennam dolo Arbogasti strangulatus interiit idibus Martiis. Oros. 7, 35, 10.

3 Eugenius Arbogasti favore confisus imperium sibimet usurpavit.

TSUR (*hi duo om.* 385—388).

1 caesaris *om. S* 2 trachiam *S* 6 sua] sa T^a 10 aquilegiam *S* 11 andragatius T^a, andragazius *S* 13 timaxii *R* 15 urbeque] T^a, urbemque T^b*SUR* kalendas septembris *T*, kal. septembris (*em.* -bres) *S* 17 pecudum] *T*, pecodum *UR*, pecorum *S* 19 sexto *om. S* dies *UR* desiuit *S* 20 serapii *T* edito *R* 23 eiecta] *T*, electa *UR*, sepulta *S* 24 oboliscum] *TUR*, obo liscus *S* positus *S* constituta est] constituta *S* 25 argentea T^a*S* magni] imaginis *S* 26 tatani *S* 28 biennam *TUR* arbocasti R^a, arbogastis *S* strangulatus int. idib. martiis (idus martias *TU*, idus martii *S*) eugenius arbogasti (-tis *S*) *om. R*

1) Chron. Pasch. ad a. 385 cum matre Galla, quam hoc anno nupsisse Theodosio significat Marcellinus, filiam eorum Gallam Placidiam confundens (vide vol. 1 p. 258 not. 1) hanc ait eo anno cum patre venisse Constantinopolim: unde intellegitur Marcellinum hic pendere a chronicis Constantinopolitanis. 2) In consularibus Constantinopolitanis tam Latinis quam Graecis vol. 1 p. 245 adlatis cum haec adnotatio desideretur, servarunt eam praeter Marcellinum Socrates hist. eccl. 5, 18: *Θεοδόσιος . . . καταλείπει μὲν ἐν τῇ Ῥώμῃ Οὐαλεντινιανὸν βασιλεύοντα· αὐτὸς δὲ ἅμα τῷ υἱῷ Ὁνωρίῳ ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐπορεύθη εἰς αὐτήν τε εἰσέρχεται ἐν ὑπατείᾳ Τατιανοῦ καὶ Συμμάχου τῇ δεκάτῃ τοῦ Νοεμβρίου μηνός* et Theophanes ad a. 5881 (de quo loco vol. 1 p. 298 not. 2 non recte indicavi), hic Theodosii ingressum in urbem Romam a. 388, Honorium factum Augustum a. 393, reditum Theodosii Constantinopolim a. 395 male referens uno tenore.

392 V. ARCADII II ET RVFINI.

1 Arbogastes Valentiniano imperatore extincto et Eugenio Caesare facto innumeras invictasque copias undique in Gallias contraxit, Occidentale sibi imperium utpote vindicaturus. *Oros. 7, 34, 11. 12.*

2 Hieronymus noster litteris Graecis ac Latinis Romae adprime eruditus, presbyter quoque ibidem ordinatus est. porro ad Bethleem oppidum iuvenis advenit, ubi prudens animal ad praesepe domini se mox optulit permansurum. inter cetera studiorum suorum opuscula usque ad hunc Theodosii quartum decimum imperii annum a beato Petro sumens exordium usque in semet ipsum de viris inlustribus scribit. innumeris praeterea libris apostolorum prophetarumque constructionibus editis immobilem catholicae turrem ecclesiae contra perfidorum iacula consummavit, litteris quoque Hebraicis atque Chaldaicis ita edoctus, ut omnes veteris testamenti libros ex Hebraeorum scilicet codicibus verteret in Latinum, Danihelem quoque prophetam Chaldaeico stilo locutum et Iob iustum Arabico in Romanam linguam utrumque auctorem perfecta interpretatione mutaverit [1]). Matthaei nihilominus euangelium ex Hebraeo fecit esse Romanum. namque mentis corporisque virginitatem et delictorum paenitentiam praedicans atque custodiens solus omnium Romanorum omnes sedecim prophetarum commentatus est libros iunctis praeterea librorum suorum prologis. ita se luculentissimum interpretem et immensa epistularum suarum volumina nervosum catholicis exhibuit lectoribus, ut nec perfidis quandoque pepercisse nec invidis cessisse videatur. nonagenarius ferme, ut perhibent, postea in domino requievit. quem Stridon oppidum genuit, Roma inclita erudivit, Bethlem alma tenet. *Gennadius auctus.*

393 VI. THEODOSII III ET ABVNDANTII.

Honorium pater suus Theodosius in eodem loco quo fratrem eius Arcadium Caesarem fecit, id est septimo ab urbe regia miliario. tunc quippe hora diei tertia tenebrae factae sunt. *Ital. 393.*

TSUR 392, 2 = *Beda.*

1 ii *om. S* rufinii T^a, rusini *R* 2 ugenio *S* 3 inuictissimasque *S* uindicaturos T^a *post* uindicaturos *ins.* uir barbarus animo consilio manu audacia potentiaque nimius: contraxit undique innumeras copias uel romanorum praesidiis vel auxiliis barbarorum alibi potestate alibi cogitatione (cognatione *Oros.*) subnixus *S*, *quae cum redeant ex parte in Marcellinianis genuinis, insiticia esse patet.* 5—22 *haec sic mutavit S:* usque hunc quarto decimo Theodosii imperii annum beatus Hieronimus post ascensionem domini nostri Iesu Christi a Petro apostolo incipiens et in semet ipsum desinens CXXXV virorum inlustrium ecclesiastica contra Porphyrium et Iulianum Augustum volumina descripsit, apud Bethleem oppidum degens, ubi et monasterium sibi condidit et multa alia ecclesiastico *[sic]* litteris quoque Hebraicis edoctus [eductus S^a] scripsit finemque vitae suae admodum senior fecit ibique sepultus est. catholicis quidem inexpugnabilis ecclesiae turris [turbis *S*], haereticis autem omnibus infatigabilis hostis est tam proposito vitae suae quam librorum suorum a se editorum assertionibus depugnans [designans *S*]: *Beda epitomavit sic:* Hieronimus sacrae interpres historiae librum, quem de inlustribus ecclesiae viris scribit, usque ad XIIII totius imperii Theodosii annum perducit. 6 bethe-leem *R* prudens] prandens T^a 7 se mox] se mos T^a, sese *Gennadius (cod. Paris. 12161)* studiorum] operum *Gennadius* 8 hunc *om. Gennadius* quartu T^a 9 ipso T^a scribta *R*, scripsit *Gennadius* 10 edicis T^a 11 habraicis T^a atque *om. R* 12 doctus *R* ueteris *om. Gennadius* 13 chaldeico *T* 15 romanom T^a 16 dictorum *Gennadius* 18 iunctis] in cunctis *Gennadius* 19 immensa] in inmensa *Gennadius* *post* uolumina *fortasse excidit* condens neruosum] neseruosum *R* exhibet *Gennadius* 20 nec iuu.] ne inu. T^a secessisse *R* 22 *post* tenet *addit Gennadius:* spiritum aula caelestis suscepit. amen. claruit maxime sub Theodosio principe et filiis eius Archadio et Honorio 24 honorius *S* 25 fecit] fecerat principem constituit id est *UR* urbem T^a

1) Cf. Hieronymus praef. in Danielem (opp. vol. 9 p. 1361 Vall.): 'sciendum quippe Danielem maxime 'et Ezram Hebraicis quidem litteris, sed Chaldaico sermone conscriptos et unam Ieremiae *περικοπὴν*, Iob 'quoque cum Arabica lingua habere plurimam societatem'. idem praef. in Iob (ib. p. 1097): 'haec translatio 'nullum de veteribus sequitur interpretem, sed ex Hebraico Arabicoque sermone et interdum Syro nunc verba, 'nunc sensus, nunc simul utrumque resonabit'.

394 VII. ARCADII III ET HONORII II.

1 Theodosius Augustus adsumpto Honorio Caesare eodemque filio contra Arbogasten, qui Eugenium tyrannum imperatorem facere ausus est, iterum properavit.

2 Bello commisso Eugenius victus atque captus interfectus est. Arbogastes sua se manu perculit. *Oros. 7, 35, 19.*

3 Terrae motu a mense Septembrio in Novembrium continuo inminente aliquantae Europae regiones quassatae sunt.

4 Thermae Arcadianae ex conditoris sui nomine nomen acceperunt.

395 VIII. OLYBRII ET PROBINI.

ἰνδ. η΄. ὑπ. Ὀλυβρίου καὶ Προβίνου.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων γάμους ἐπετέλεσεν Ἀρκάδιος Αὔγουστος μηνὶ Ξανθικῷ πρὸ ε΄ καλανδῶν Μαίων. *Oros. 7, 35, 23. Const. 395.*

1 Theodosius Magnus apud Mediolanum vita decessit. imperavit annos decem et septem.

2 Corpus eius eodem anno Constantinopolim adlatum atque sepultum.

καὶ ἐν τῷ αὐτῷ ἔτει εἰσῆλθε τὸ σκήνωμα τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου ἐν Κωνσταντινουπόλει μηνὶ Δίῳ πρὸ ε΄ ἰδῶν Νοεμβρίων καὶ ἀπετέθη πρὸ ε΄ ἰδῶν Νοεμβρίων.

3 Arcadius et Honorius germani utrumque imperium divisis tantum sedibus tenere coeperunt.

4 Rufinus patricius Arcadio principi insidias tendens Alaricum Gothorum regem missis clam pecuniis infestum rei publicae fecit et in Graeciam misit.

5 Porro detectus dolo suo Rufinus ab Italicis militibus cum Gaina comite Arcadio missis ante portas urbis merito trucidatus est. caput eius manusque dextra per totam Constantinopolim demonstrata.

Καὶ ἀνῃρέθη Ῥουφῖνος ἔπαρχος πραιτωρίων ἐν τῷ Ἑβδόμῳ ὑπὸ τοῦ ἐξερκέτου.

396 VIIII. ARCADII IIII ET HONORII III.

ἰνδ. θ΄. ὑπ. Ἀρκαδίου Αὐγούστου τὸ δ΄ καὶ Ὁνωρίου Αὐγούστου τὸ γ΄.

1 Rufini uxor et filia exulata.

2 Eutropius sacri palatii cubicularius omnes opes abripuit avaritiamque transgressus est.

3 Terrae motus per dies plurimos fuit caelumque ardere visum est.

TSUR 395. 396, 1 = *Iordanes R.* 318—319.

1 iii] iiii S^a ii *om.* *S* 2 adsupto T^a 3 ausus] nisus *S* properabit *T* 4 interfectusque *S* 6 a *om.* *S* mens T^a nouembrio U^a, nouembride *R* continuum *UR* 9 olibri T^a, olibrii T^b 11 uite *TUR* 12 septe T^a 14 ablatum *R*, allatum est *S* 16 diuisi *UR* 18 patricius] clam *S* 19 halarichum g. regem *T*, alarico g. rege *UR* 21 missis] *TUR Iord.*, missis ei *S* 22 detectus] *SUR*, detectum *T*: detectus Rufinus *Iord.*: *cf. a. 453, 3*: pravitate sua detectus 23 cum] *TUR* *cum Iord.*, olim cum *S* gaina] catina *S* 24 trucidatus] truncatus *UR*: detruncatus *Iord.* 25 dextera *S* per totam (tota T^b, toto T^a) constantinopolim] tota constantinopoli *UR* 28 uxor] *S*, uxore *TUR*: uxoremque eius exulatam *Iord.* 30 arripuit *S* 32 plurimos] singulos plurimos U^a 33 uisus *U*, uissus *R*

397 X. CAESARII ET ATTICI.

His consulibus Flaccilla Arcadio nata est filia.

ἰνδ. ι'. ὑπ. Καισαρίου καὶ Ἀττικοῦ.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐγγεννήθη Φλάκκιλλα ἐπιφανεστάτη νέα μηνὶ Δαισίῳ πρὸ ιε' καλανδῶν Ἰουλίων.

398 XI. HONORII IIII ET EVTYCHIANI.

ἰνδ. ια'. ὑπ. Ὁνωρίου Αὐγούστου τὸ δ' καὶ Εὐτυχιανοῦ.

1 Romanae ecclesiae Anastasius tricensimus septimus episcopus ordinatus vixit annos quattuor.

2 Ambrosius Mediolanensis, virtutum episcopus, arx fidei, orator catholicus, ad Christum dominum commigravit.

cf. Palladius de vita Chrysostomi. 3 Iohannes Antiochiae natus ibique a Meletio eiusdem civitatis episcopo eodemque confessore lector ecclesiae ordinatus per singulos officii gradus ascendit. ubi per quinquennium continuum diaconus multos divinosque edidit libros: presbyter quoque factus per duodecim annos pluriores confecit. tanta dehinc opinione ubique merito propagatus Constantinopolim in locum Nectarii pontifex suffectus est: ubi plurima dulciaque divinarum scripturarum volumina suo operi catholico addidit, hosque episcopos habuit inimicos: Theofilum Alexandrinum, Epiphanium Cyprium, Acacium Beroensem, Antiochum Ptolomensem. Severianum Gabaliensem et Severum Calchedonensem.

Oros. 7, 36, 2—12. 4 Gildo comes idemque paganus, qui mortuo Theodosio principe Africae praeerat, dum Arcadio et Honorio adhuc pueris regnantibus invidet Africamque nititur optinere, frater eius Mascezel cognita eius vesania relictisque duobus aput Africam filiis in Italiam remeat. Gildo utrumque fratris filium dolo trucidat. Mascezel fratris scelere cognito, cum quinque milibus suorum contra Gildonem cum septuaginta milibus armatorum sibimet obviantem infestus accedit Gildonemque parricidam

---

TSU (*deficit v.* 20 *in* pontifex) *R*   398, 4 = *Iordanes R.* 320.

1 artici *R*   2 flacilla *T*, flaccia *S*   nat. est fil. arch. *UR*   5 tricensimus septimus (sept. *om.* T^a)] triginta septem *S*   6 episcopis *S*   8 mediolanesis *T*   uirtututum *S*   episcopus] ep. sanctus *S*   11/12 melectio T^a, melitio *S*, melexio *R*   13 lector* *S*   14 grados *T*   ubi] ibi *UR*   19/20 nectarii *om. R*   20 suffectus] subiectus *S*   22 operi catholico (*sic S*, catholicis *TR*) addidit] *fortasse scr.* opere catholicis edidit   hosque] hos quoque *R*   23 teophilum *S*   24 ciprum *S*, cyprum *R*   accacium *S*   25 beroensem] T^bS, berocensem T^a, berogensem *R*   anthiocum *T*, anthiochium *R*   25/26 euerianum *S*   26 gabalensem *S*   26/27 chalcidonensem *T*, calcedonensem *R*, caldonensem *S*   28 idemque] identi *R*   31 africamque] affricam *R*   32 masezel *R*   conita *T*   33 uersania T^a, uescena *R*   36 cognito] cognita T^bR, committo T^a

ieiuniis et orationibus, immo beati Ambrosii in somnis ammonitu auxiliantibus fugavit. Gildo fugiens propria se manu strangulavit: sicque Masceczel sine bello victoriam meruit ac sine caede vindictam.

399 XII. THEODORI ET EVTROPII EVNVCHI.

ἰνδ. ιβ΄. ὑπ. Θεοδώρου μόνου.

1 Hic Eutropius omnium spadonum primus adque ultimus consul fuit: de quo Claudianus poeta ait: *in Eutrop. 1, 8.*

Omnia cesserunt eunucho consule monstra.

2 Pulcheria Arcadio altera filia nata est.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐγεννήθη Πουλχερία ἐπιφανεστάτη μηνὶ Αὐδυναίῳ πρὸ ιδ΄ καλανδῶν Φεβρουαρίων.

3 Gaina comes apud Constantinopolim ad praeparandum civile bellum barbaros suos occulte ammonet: ipse valitudinem simulans urbe digreditur. coepto adversum Byzantios proelio plurimi hostium cadunt, ceteri fugientes ecclesiae nostrae succedunt ibique detecto ecclesiae culmine iactisque desuper lapidibus obruuntur.

400 XIII. STILICHONIS ET AVRELIANI.

ἰνδ. ιγ΄. ὑπ. Στελίχωνος καὶ Αὐρηλιανοῦ.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἡ ἐπιφανεστάτη Εὐδοξία ἐπήρθη Αὔγουστα μηνὶ Αὐδυναίῳ πρὸ ε΄ ἰδῶν Ἰανουαρίων,

καὶ ἐγγεννήθη Ἀρκαδία ἐπιφανεστάτη μηνὶ Ξανθικῷ πρὸ γ΄ νωνῶν Ἀπριλίων.

Bellum navale contra Gainam tyrannum inter Cherronesum et Hellespontum gestum est: multa milia Gothorum caesa vel demersa sunt. Gaina comes de hoc bello fugiens evasit: ipso tamen anno occisus est mense Februario.

Καὶ αὐτῷ τῷ ἔτει ἐσφάγησαν Γότθοι πολλοὶ ἐν τῷ Λαιμομακελλίῳ. καὶ ἐκάη ἡ ἐκκλησία τῶν Γότθων σὺν πολλῷ πλήθει Χριστιανῶν μηνὶ Πανέμῳ πρὸ δ΄ ἰδῶν Ἰουλίων. καὶ κατεποντίσθησαν Γότθοι ἐν τῇ θαλάσσῃ τῶν στενῶν ἐν Χεῤῥονήσῳ μηνὶ Ἀπελλαίῳ πρὸ ι΄ καλανδῶν Ἰανουαρίων.

401 XIIII. VINCENTII ET FRAVITAE.

ἰνδ. ιδ΄. ὑπ. Βικεντίου καὶ Φλαβίτου.

1 Caput Gainae hastili praefixum Constantinopolim allatum est.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐπόμπευσεν ἡ κεφαλὴ Γαϊνᾶ τοῦ Γότθου μηνὶ Αὐδυναίῳ πρὸ γ΄ νωνῶν Ἰανουαρίων.

TSR 399, 3. 400 = *Iordanes R.* 320.

1 ieiuniis] i. suis *S* beat T^a ambroxii *R* 3 stranguilauit *T* 6 euthropii *S* 7 euniehi *R* 8 euthropius *S* 12 pulchria T^a, pulcherrima *S* 13 gagana *S* 15 monet R^a uatudine *R* 16 aduersus *R* 17 bizanzios *R*, baptizatis *S* 19 retecto *S* 21 stiliconis *S*, etilichonis T^a, estiliconis *R* auliani *TR* 22 gaianam *S* 23 cheronissum T^bS, cherosnissium T^a, cheronisium *R* 24 multa milia] multitudo ibidem *S* 25 gaiana *S* 26 ipso (ipro T^a) t. a. . . . februario *om. S* 28 frauiti *S* 29 gaianae *S* hastile *T*

2 Maris Pontici superficies ita gelu frenata est, ut per triginta dies soluta tandem glacies instar montium per Propontidem superne portata decurreret.

2 Καὶ αὐτῷ τῷ ἔτει ἐπάγη ἡ θάλασσα ἐπὶ ἡμέρας κ' σχήματι κρυστάλλου.

3 Theodosius iunior patre Arcadio natus est IIII idus Apriles.

1 Καὶ αὐτῷ τῷ ἔτει ἐγεννήθη Θεοδόσιος ἐπιφανέστατος υἱὸς Ἀρκαδίου Αὐγούστου μηνὶ Ξανθικῷ πρὸ δ' ἰδῶν Ἀπριλίων.

402 XV. ARCADII V ET HONORII V.

ἰνδ. ιε'. ὑπ. Ἀρκαδίου Αὐγούστου τὸ ε' καὶ Ὁνωρίου Αὐγούστου τὸ ε'.

1 Romanae ecclesiae Innocentius tricensimus octavus creatus antistes vixit annis quindecim.

2 Theodosius iunior in loco quo pater patruusque suus Caesar creatus est.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐπήρθη Θεοδόσιος νέος Αὔγουστος ἐν Κωνσταντινουπόλει εἰς τὸ Ἕβδομον ἐν τῷ τριβουναλίῳ ὑπὸ Ἀρκαδίου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ μηνὶ Αὐδυναίῳ πρὸ δ' ἰδῶν Ιανουαρίων.

3 Constantinopolim ingens terrae motus fuit.

403 I. THEODOSII IVNIORIS ET RVMORIDI.

ἰνδ. α'. ὑπ. Θεοδοσίου νέου Αὐγούστου καὶ Ῥομορίδου.

1 Marina patre Arcadio nata III idus Febr.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐγεννήθη Μαρῖνα ἐπιφανεστάτη μηνὶ Περιτίῳ πρὸ δ' ἰδῶν Φεβρουαρίων.

2 Eudoxiae Arcadii uxoris super porfyreticam columnam argentea statua iuxta ecclesiam posita hactenus sistit.

3 Iohannem Constantinopolitanae civitatis episcopum, cui supradicti sex antistites incassum aemuli fuere aliosque triginta sibimet episcopos conscivere, nolente Arcadio principe in Cuccusum Armeniae oppidum exulem miserunt eumque post annum in villam, quae Comana in regione Pontica dicitur, de exilio in exilium relegarunt. hunc ibidem mortuum religiosa orthodoxorum plebs in atrio Basilisci episcopi idemque martyris ab eodem martyre in somnis ammonita in novum moxque repertum sepulchrum recondidit.

TSR

1 pontifici *R*, pontii *S* 3 instar] inter *T* 4 super reportata *TR* 6 quarto] *S cum Chr. pasch. et Socrate 6, 6,* tertiu *TR* aprilis *T* 8 innocenus *R* tricensimus] *T*, trigesimus *S* 11 theodosius iunior *S* 16 rumeridi *S*, reiomoridi *TR* 17 matrina *T*ᵃ*R* iii (tertiu *T*) id. februarias *om. S* 20 argenteam *S*¹*R* 23 sex] *T*ᵇ*S*, rex *T*ᵃ, *om. R* 25 consuere uolente *S* 26 cuccussum *T*, cucussum *R*, cusum *S* armoeniae *S* 27 annum] *T*ᵃ*S*, annum unum *T*ᵇ*R* 28 uillam] *T*ᵃ, uilla *T*ᵇ*RS* cumana *TR*, commana *S* pontifica *T*ᵃ 29 religarunt *S* 30 hunc] nunc *TR* 31 basilisci *R*, basilicae *S* episcopi] ep. sancti *S* 33 que *om. R* 34 recondidit] condidit *S*

404 II. HONORII VI ET ARISTAENETIS.

ἰνδ. β'. ὑπ. Ὁνωρίου Αὐγούστου τὸ ς' καὶ Ἀρισταινέτου.

1 Ecclesiam Constantinopolitanam flamma ignis, quae de beati Iohannis throno quondam episcopi nata fuit, subito conflagravit vicinamque ecclesiae urbis faciem serpens nihilo minus exussit.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐξεώσθη Ἰωάννης ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως, καὶ αἰφνιδίως ἐκάη ἡ μεγάλη ἐκκλησία σὺν τῷ σενάτῳ ὑπὸ τῶν κρατούντων αὐτῆς τῶν λεγομένων Ξυλοκερκητῶν ἡμέρᾳ δευτέρᾳ ὥρᾳ ς'. καὶ ἐγένετο Ἀρσάκιος ἐπίσκοπος ἐν τοῖς Ἀποστόλοις μηνὶ Δαισίῳ πρὸ ς' καλανδῶν Ἰουλίων ἡμέρᾳ δευτέρᾳ.

Τούτῳ τῷ ἔτει ὁ θεὸς χάλαζαν ἔβρεξεν ἐν Κωνσταντινουπόλει εἰς τύπον λίθων μεγέθει καρύων μηνὶ Ὑπερβερεταίῳ ἡμέρᾳ παρασκευῇ ὥραν ὀγδόην.

2 Eudoxia uxor Arcadii diem obiit.

καὶ ἐτελεύτησεν Εὐδοξία Αὔγουστα μηνὶ τῷ αὐτῷ Ὑπερβερεταίῳ πρὸ α' νωνῶν Ὀκτωβρίων ἡμέρᾳ ε', καὶ ἐτέθη ἐν τοῖς ἁγίοις Ἀποστόλοις μηνὶ Ὑπερβερεταίῳ πρὸ δ' ἰδῶν Ὀκτωβρίων ἡμέρᾳ δ'.

405 III. STILICHONIS II ET ANTHEMII.

ἰνδ. γ'. ὑπ. Στελίχωνος τὸ β' καὶ Ἀνθημίου.

Isauri per montem Tauri discursantes ingens dispendium rei publicae inportarunt: quibus Narbazaicus legatus maius continuo rependit incommodum.

406 IIII. ARCADII VI ET PROBI.

ἰνδ. δ'. ὑπ. Ἀρκαδίου Αὐγούστου τὸ ς' καὶ Πρόβου.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐκάησαν αἱ θύραι τοῦ Ἱππικοῦ σὺν τῇ Πρανδιάρᾳ καὶ οἱ προσπαρακείμενοι ἔμβολοι μηνὶ Ὑπερβερεταίῳ πρὸ η' καλανδῶν Νοεμβρίων ὥρᾳ τρίτῃ τῆς νυκτός.

Καὶ αὐτῷ τῷ ἐνιαυτῷ ἐκομίσθη τὰ λείψανα τοῦ ἁγίου Σαμουὴλ ἐν Κωνσταντινουπόλει διὰ τῆς Χαλκηδονησίας σκάλας μηνὶ Ἀρτεμισίῳ πρὸ ιδ' καλανδῶν Ἰουνίων, προηγουμένου Ἀρκαδίου Αὐγούστου καὶ Ἀνθημίου ἐπάρχου πραιτωρίων καὶ ἀπὸ ὑπάτων Αἰμιλιανοῦ ἐπάρχου πόλεως καὶ πάσης τῆς συγκλήτου. ἅπερ ἀπετέθη πρός τινα χρόνον ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ.

Oros. 7,37,4. 1 Theodosius iunior quinquennalia dedit.

2 Radagaisus paganus et Scytha cum ducentis milibus suorum totam Italiam inundavit.

TSR (*om. a.* 406) 405. 406 = *Iordanes R.* 321; 410 = *Beda.*

1 ui] uii *TR* aristenetis *S*, aristheneti $T^{b}R$, aristhenem T^{a} 4 confraglauit *T*, confragauit *R* 5 ecclesiae *om. R* 7 eudinaa *R* 10 impotarunt *R* 12 replendit T^{a} 15 scyta *T*, scitha *S*

Oros. 7, 37, 12—16. 3 Huldin et Sarus Hunnorum Gothorumque reges Radagaisum continuo devicerunt, ipsius capite amputato, captivos eius singulis aureis distrahentes.

407

V. HONORII VII ET THEODOSII IVN. II.

ἰνδ. ε΄. ὑπ. Ὀνωρίου Αὐγούστου τὸ ζ΄ καὶ Θεοδοσίου νέου Αὐγούστου τὸ β΄.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐπετελέσθη κυϊνκεννάλια Θεοδοσίου νέου Αὐγούστου ἐν Κωνσταντινουπόλει μηνὶ Αὐδυναίῳ πρὸ γ΄ ἰδῶν Ἰανουαρίων.

Καὶ αὐτῷ τῷ ἔτει ἐγένετο βροχὴ μεγάλη σὺν βρονταῖς καὶ ἀστραπαῖς καὶ σεισμῷ μηνὶ Ξανθικῷ καλανδαῖς Ἀπριλίαις πρωθυπνίῳ, ὥστε ἀνασκευασθῆναι τὰς κεράμους τὰς χαλκᾶς τοῦ φόρου Θεοδοσίου ἐπὶ Καινούπολιν καὶ τὸ σιγνόχριστον τοῦ Καπετωλίου πεσεῖν καὶ πολλὰ πλοῖα παθεῖν καὶ ἐκριφῆναι σκηνώματα οὐκ ὀλίγα ἐν τῷ Ἑβδόμῳ.

Τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ ἀνοικοδομήθη ἡ ἀναβάθρα τοῦ Ἱππικοῦ ἡ ἐπὶ τὴν στοάν.

Cisterna maxima iuxta porfyreticam Constantini imperatoris columnam in foro eius sub plateae transitum constructa est.

408

VI. BASSI ET PHILIPPI.

ἰνδ. ϛ΄. ὑπ. Βάσσου καὶ Φιλίππου.

Oros. 7, 38. 1 Stilico comes, cuius duae filiae Maria et Thermantia singulae uxores Honorii principis fuere, utraque tamen virgo defuncta, spreto Honorio regnumque eius inhians, Halanorum, Suevorum, Vandalorum gentes donis pecuniisque inlectas contra regnum Honorii excitavit, Eucherium filium suum paganum et adversus Christianos insidias molientem cupiens Caesarem ordinare; qui cum eodem Eucherio dolo suo detecto occisus est.

Ital. 408 2 Romae in foro Pacis per dies septem terra mugitum dedit.

3 Arcadius imperator vitae finem fecit: regnavit post obitum patris sui Theodosii annos tredecim.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐτελεύτησεν Ἀρκάδιος Αὔγουστος ἐν τῷ παλατίῳ Κωνσταντινουπόλεως μηνὶ Ἀρτεμισίῳ καλανδαῖς Μαΐαις, καὶ ἀπετέθη ἐν τοῖς Ἀποστόλοις.

TSR (*om. a.* 407) 408, 1. 3 = *Iordanes R.* 322.

1 saurus *S* 2 defecerunt *S* 6 iun. *om. S* 7 iusta T^a porpyreticam *S* 9 plateae transitum *SR*, platea et transitum (trusitum T^a) *T* 11 stilco S^b, stilo S^a 12 thermantia] *R*, tharmantia *S*, hermantia *T Iord.* 13/14 defuncto *S* 14 regnum regnumque *S*, regnamque T^a eius *om. SR* 15 inhans T^a, inihans T^b halamannorum *R* sueuorum] *RS*, suaeuorum *T*: Suavorum *Iordanes* uandalorum] *TR*, uuandalorumque *S Iordanes* 16 donis pecuniisque] *T Iord.*, pecuniisque (*om.* donis) *S* 18 aduersum *S* 21 detectus *S*: detecto dolo *Iord.* 26 annis *S*

καὶ αὐτῷ τῷ ἔτει ἐγένετο βροχὴ μεγάλη σὺν βρονταῖς καὶ ἀστραπαῖς καὶ σεισμῷ μηνὶ Πανέμῳ πρὸ γʹ νωνῶν Ἰουλίων ἡμέρᾳ δευτέρᾳ ὥρᾳ αʹ.

409 VII. HONORII VIII ET THEODOSII IVN. III.

ἰνδ. ζʹ. ὑπ. Ὁνωρίου Αὐγούστου τὸ ηʹ καὶ Θεοδοσίου νέου Αὐγούστου τὸ γʹ.

Aput Constantinopolim magna populi exarsit seditio, panis videlicet penuria sibimet ingruente.

410 VIII. VARANAE SOLIVS.

ἰνδ. ηʹ. ὑπ. Οὐαρανᾶ μόνου.

Oros. 7, 39, 1. 15. Halaricus trepidam urbem Romam invasit partemque eius cremavit incendio, sextoque die quam ingressus fuerat depraedata urbe egressus est, *Oros. 7, 40, 2.* Placidia Honorii principis sorore abducta, quam postea Athaulfo propinquo suo tradidit uxorem.

411 IX. HONORII VIIII ET THEODOSII IIII.

ἰνδ. θʹ. ὑπ. Ὁνωρίου Αὐγούστου τὸ θʹ καὶ Θεοδοσίου νέου Αὐγούστου τὸ δʹ.

1 Theodosius iunior decennalia, Honorius Romae vicennalia dedit.

Oros. 7, 40, 4. 7. 2 Constantinus apud Gallias invasit imperium filiumque suum ex monacho Caesarem fecit.

Oros. 7, 42, 3. 4. 3 Ipse apud Arelatum civitatem occiditur, Constans filius apud Viennam capite plectitur.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων εἰσῆλθεν Ἀλλάριχος καὶ ἐποίησεν ἀντᾶραι Ἄτταλον ἔπαρχον πόλεως.

καὶ αὐτῷ τῷ ἔτει τὰ λείψανα τοῦ ἁγίου προφήτου Σαμουὴλ ἀπετέθη ἐν τῷ προφητείῳ αὐτοῦ τῷ πλησίον τοῦ ἁγίου Ἰωάννου Ἰουκουνδιανῶν μηνὶ Ὑπερβερεταίῳ πρὸ γʹ νωνῶν Ὀκτωβρίων.

412 X. THEODOSII IMP. V SOLIVS.

ἰνδ. ιʹ. ὑπ. Θεοδοσίου νέου Αὐγούστου τὸ εʹ μόνου.

Ἐπὶ τῆς παρούσης ὑπατείας ἐκάη τὸ πραιτώριον Μοναξίου ἐπάρχου πόλεως ἀπὸ τοῦ δήμου Κωνσταντινουπόλεως διὰ τὴν ἔνδειαν τοῦ ἄρτου, καὶ ἐσύρη ἡ καροῦχα

TSR (om. a. 411, 412) 410 = *Iordanes R.* 323; 411, 2 = l. c. 324; 412, 1 = l. c. 325.

2 iii] ii *TR* uidelicet] scilicet *edd.* 4/5 sibimet *om. R* 6 uaranae] *T*, barane *R*, uariani *S* 9 sextoque die] *sic Marcellini libri cum Beda:* tertio die *Orosius (l. c. et 2, 29, 13, item Orosium compilans Isidorus) auctor Marcellini* honori *T* 12 athaulpho *R* 13 honorii uiiii et *om. S* 21 filius] *T*, filius eius *S* biennam T^{b} 22 theodosii imp. u solius] *T*, theodosii imp. u et honorii uiiii *S*

αὐτοῦ ἀπὸ τῆς πρώτης ῥεγεῶνος ἕως τῶν Δομνίνου ἐμβόλων, καὶ ὑπήντησαν αὐτοῖς οἱ στρατηλάται, Οὐαρανᾶς ὁ ὕπατος καὶ Ἀρσάκιος καὶ Συνέσις ὁ κόμης τῶν λαργιτιώνων, καὶ παρεκάλεσαν αὐτοὺς λέγοντες· ὑποστρέψατε, καὶ ἡμεῖς τυποῦμεν ὡς θέλετε.

Oros. 7, 42, 5. 1 Iovinus ac Sebastianus in Galliis tyrannidem molientes occisi sunt.

Oros. 7, 42, 9. 2 Attalus in mari captus atque Honorio exhibitus truncata manu vitae relictus est.

413

XI. LVCII SOLIVS. — *ἰνδ. ια΄. ὑπ. Λουκίου μόνου.*

Oros. 7, 42, 16—24. Heraclianus Africae comes cum septingentis et tribus milibus nauium mox ad urbem Romam egressus est. occursu Marini comitis territus et in fugam versus adrepta nave solus Carthaginem rediit ibique ilico interfectus est.

414 XII. CONSTANTII ET CONSTANTIS. — *ἰνδ. ιβ΄. ὑπ. Κωνσταντίου καὶ Κώνσταντος.*

1 Pulcheria Theodosii soror Augusta appellata est.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων Πουλχερία ἀδελφὴ Θεοδοσίου νέου Αὐγούστου ἐπιφανεστάτη ἀνηγορεύθη μηνὶ Πανέμῳ πρὸ δ΄ νωνῶν Ἰουλίων.

Καὶ αὐτῷ τῷ ἔτει ἀφιερώθησαν στηθάρια γ΄ ἐν τῇ συγκλήτῳ Ὁνωρίου καὶ Θεοδοσίου Αὐγούστων καὶ Πουλχερίας Αὐγούστης ἀπὸ Αὐρηλιανοῦ δὶς ἐπάρχου τῶν ἱερῶν πραιτωρίων καὶ πατρικίου μηνὶ Ἀπελλαίῳ πρὸ γ΄ καλανδῶν Ἰανουαρίων.

Oros. 7, 43, 12. 2 Valia rex Gothorum facta cum Honorio principe pace Placidiam sororem eius eidem viduam reddidit.

415 XIII. HONORII X ET THEODOSII VI. — *ἰνδ. ιγ΄. ὑπ. Ὁνωρίου τὸ ι΄ καὶ Θεοδοσίου νέου Αὐγούστου τὸ ϛ΄.*

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων κυϊνκεννάλια Θεοδόσιος νέος Αὔγουστος ἐπετέλεσεν ἐν Κωνσταντινουπόλει μηνὶ Αὐδυναίῳ πρὸ γ΄ ἰδῶν Ἰανουαρίων.

καὶ ἐδηλώθη θάνατος Θερμουντίας γαμετῆς τοῦ δεσπότου Ὁνωρίου τοῦ Αὐγούστου

TSR (*om. a.* 413. 414) 413. 414, 2 = *Iordanes R.* 326. 327.

1 ac] et *S* sebasteanus *T* 6/7 cum septingentis et tribus milibus nauium] *S* (*cum Orosio:* habuisse tunc tria milia septingentas naves dicitur *et fere cum Iordane:* cum septingentis et tribus navibus), cum septingentis navibus et tribus milium militibus (*sic*) *T* 8 romam egressus est occ. mar. comitis *om. S* 10 naue] *T*, naui *S* 12 constantis] constae *T* 13 pulcheria] p. et *S* 15 uali∗a *S* 16 pladiam T^a, placidam *S* 18 honorio T^a sii ui *deficiunt charta lacera S*

μηνὶ Πανέμῳ τῇ πρὸ γ' καλανδῶν Αὐγούστου ἡμέρᾳ παρασκευῇ.

Καὶ αὐτῷ τῷ ἔτει μηνὶ Γορπιαίῳ τῇ πρὸ η' καλανδῶν Ὀκτωβρίων ἡμέρᾳ παρασκευῇ ἐδηλώθη ἀνῃρῆσθαι Ἀταοῦλφον βάρβαρον ἐν τοῖς ἄνω μέρεσιν ὑπὸ τοῦ δεσπότου Ὁνωρίου. καὶ γενομένης λυχναψίας τῇ ἑξῆς ἱππικὸν ἤχθη, ὡς καὶ πομπὴν εἰσελθεῖν.

1 Ecclesia Constantinopolitana dudum igne cremata his consulibus restaurata dedicataque est Attico episcopo eandem regente ecclesiam.

Τῷ αὐτῷ ἔτει ἐπετελέσθη τὰ ἐγκαίνια τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως μηνὶ Γορπιαίῳ πρὸ ς' ἰδῶν Ὀκτωβρίων ἡμέρᾳ κυριακῇ. καὶ ἐκομίσθη ἐν Κωνσταντινουπόλει διὰ τῆς Χαλκηδονησίας σκάλας λείψανα Ἰωσὴφ τοῦ υἱοῦ Ἰακὼβ καὶ Ζαχαρίου τοῦ πατρὸς τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ μηνὶ Γορπιαίῳ πρὸ ς' νωνῶν Σεπτεμβρίων ἡμέρᾳ σαββάτῳ, βασταζόντων τὰ αὐτὰ λείψανα ἐν γλωσσοκόμοις δυσὶν Ἀττικοῦ πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως καὶ Μωσέως ἐπισκόπου Ἀνταράδου Φοινίκης, καθεζομένων αὐτῶν ἐν βουριχαλίοις· ἅτινα ἀπέθεντο ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, προπέμποντος Οὔρσου ἐπάρχου πόλεως καὶ πάσης τῆς συγκλήτου.

Καὶ ἀφιερώθη ἀνδριὰς χρυσοῦς ἐν τῇ συγκλήτῳ τοῦ δεσπότου Θεοδοσίου νέου Αὐγούστου ὑπὸ Αὐρηλιανοῦ δὶς ἐπάρχου πραιτωρίων καὶ πατρικίου.

Gennadius 47: ' ' narratio Luciani (supra p. 44 n. 2).

2 Lucianus presbyter vir sanctus, cui revelavit deus 'his consulibus' locum sepulchri et reliquiarum corporis sancti Stephani primi martyris, scripsit ipsam relationem Graeco sermone ad omnium ecclesiarum personam.

416 XIIII. THEODOSII AVG. VII ET PALLADII.

ἰνδ. ιδ'. ὑπ. Θεοδοσίου νέου Αὐγούστου τὸ ζ' καὶ Παλλαδίου.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐκ τοῦ πορφυροῦ κίονος, ἐν ᾧ ἐπέστη Κωνσταντῖνος ὁ μέγας βασιλεύς, ἀπὸ τοῦ κατωτέρου λίθου ἀπέσπασεν λίθος μέγας νυκτὸς μηνὶ Δύστρῳ τῇ πρὸ ε' καλανδῶν Ἀπριλίων, ἐπιφωσκούσης ἡμέρας τρίτης· καὶ αὐτῷ τῷ ἔτει ἐδέ-

---

TSR 415, 2 = *Beda.*

1 igni *S* 3 artico *R* regentem T^a 6 consulibus] consotiis suis *S*, temporibus Honorii et Theodosii Augustorum *Gennadius* 9 relationem] *T*, reuelationem *SR* 10 personam] *libri et Marcellini et Gennadii*, personas *edd.* 11 aug. uii] *S*, uii aug. *TR* 12 palladi T^a, palladio T^b

θησαν οἱ πάντες σφόνδυλοι τοῦ αὐτοῦ κίονος.

Καὶ ἐπετελέσθη θέατρον θεωρήσαντος Οὔρσου ἐπάρχου πόλεως ὑπὲρ τῶν ἐπινικίων τῶν κατὰ Ἄτταλον τὸν τύραννον μηνὶ Δαισίῳ τῇ πρὸ δ' καλανδῶν Ἰουλίων ἡμέρᾳ δ'. καὶ ἤχθη καὶ ἱππικὸν περὶ τῶν αὐτῶν ἐπινικίων μηνὶ Πανέμῳ νώναις Ἰουλίαις.

Καὶ αὐτῷ τῷ ἔτει εἰσῆλθεν ὁ δεσπότης Θεοδόσιος νέος ἀπὸ Ἡρακλείας εἰς Κωνσταντινούπολιν μηνὶ Γορπιαίῳ πρὸ α' καλανδῶν Ὀκτωβρίων ἡμέρᾳ σαββάτῳ, κομισάμενος κατὰ τὴν συνήθειαν τὸν χρυσοῦν στέφανον ἐν τῷ Θεοδοσιακῷ φόρῳ ὑπὸ Οὔρσου ἐπάρχου πόλεως καὶ τῆς συγκλήτου.

Gennad. 40. 1 Orosius presbyter Hispani generis septem libros historiarum descripsit. missus ab Augustino episcopo idem Orosius pro discenda animae ratione ad Hieronymum presbyterum reliquias beati Stephani tunc nuper inventas rediens primus intulit Occidenti.

Gennad. 53, 2. 2 Atticus Constantinopolitanus episcopus scripsit ad reginas Arcadii imperatoris filias de fide et virginitate librum valde egregium, in quo praeveniens Nestorianum dogma inpugnat.

417 XV. HONORII XI ET CONSTANTII II.

ἰνδ. ιε'. ὑπ. Ὁνωρίου τὸ ια' καὶ Κωνσταντίου τὸ β'.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων σεισμὸς ἐγένετο μέγας ἑσπέρας ἡμέρᾳ παρασκευῇ μηνὶ Ξανθικῷ πρὸ ιβ' καλανδῶν Μαΐων. ἦν δὲ κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν τὸ πάθος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

1 Tenebrae in die factae sunt.

2 Cibyra Asiae civitas aliquantaque praedia terrae motu demersa.

3 Romanae ecclesiae Zosimus XXXVIIII episcopus ordinatus vixit annos tres.

418 I. HONORII XII ET THEODOSII VIII.

ἰνδ. α'. ὑπ. Ὁνωρίου τὸ ιβ' καὶ Θεοδοσίου νέου Αὐγούστου τὸ η'.

1 Plinta comes idemque rebellio aput Palaestinam provinciam deletus est.

TSR 416, 1 = *Beda.*

1 horosius *libri* hispani] *S*, spani *TR* 3 horosius *libri* 5 presbyterum] episcopum et presbyterum *R* 7 tunc *om. R* 12 inpugnant *S* 13 constantii (*om.* ii) *S*, constantini ii *TR* 15 cybera *TS*, cibera *R* 15/16 praedia] presidia etiam *R* 17 cosimus *R* xxxuiii *S* 18 ep.] ep. sanctus *S* ord.] ord. est *R* annos iii *S*, annis (*om.* T^a) tribus *T* 20 eidemque rebellium *S* 21 deletus] *S*, delectus *T*, deiectus *R*

Ital. 418. 2 Solis defectio facta est.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων γέγονεν ἔκλειψις ἡλίου μηνὶ Πανέμῳ πρὸ ιδʹ καλανδῶν Αὐγούστων ἡμέρᾳ παρασκευῇ ὥραν γʹ.

3 Stella ab oriente per septem menses surgens ardensque apparuit.

419 II. MONAXII ET PLINTAE.

ἰνδ. βʹ ὑπ. Μοναξίου καὶ Πλίνθα.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἡμέρᾳ κυριακῇ εἰσελθόντες Ἀετίου ἐπάρχου πόλεως μετὰ τοῦ σχήματος ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ μηνὶ Περιτίῳ πρὸ ζʹ καλανδῶν Μαρτίων ἐπὶ τῷ εὐξάμενον αὐτὸν ἀπελθεῖν κληθέντα ἐν τῷ παλατίῳ, Κυριακός τις γέρων βαλὼν μάχαιραν μεγάλην εἰς χάρτην, ὡσανεὶ λίβελλον αὐτῷ προσφέρων, ἔκρουσεν αὐτῷ κατὰ τοῦ δεξιοῦ μέρους τοῦ στήθους, ὥστε τὸ πενόλιον αὐτοῦ καὶ τὴν τόγαν τρηθῆναι.

1 Valentinianus iunior apud Ravennam patre Constantio et Placidia matre V nonas Iulias natus est.

2 Multae Palaestinae civitates villaeque terrae motu conlapsae.

3 Dominus noster Iesus Christus semper ubique praesens et super montem oliveti Hierosolymae vicinum sese de nube manifestavit. multae tunc utriusque sexus vicinarum gentium nationes tam visu quam auditu perterritae atque credulae sacro Christi fonte ablutae sunt omniumque baptizatorum in tunicis crux salvatoris divinitatis nutu extemplo inpressa refulsit.

420 III. THEODOSIO VIIII ET CONSTANTII III.

ἰνδ. γʹ ὑπ. Θεοδοσίου νέου Αὐγούστου τὸ θʹ καὶ Κωνσταντίου τὸ γʹ.

1 Romanae ecclesiae Bonifatius quadragensimus episcopus ordinatus vixit annos tres.

2 In Oriente tumultum milites excitarunt ductoremque suum Maximinum nomine extinxerunt.

3 In Persida Christianis persecutio desaeviit.

TSR (om. a. 420) 419, 1 = *Beda.*

1 defectus solis factus *S* 2 per] prae T^a 3 surgenr *(sic)* T^a 4 *consules eranuerunt S* 6 placida T^a quintu *T* 7 iulii *S* 9 moto *T* 11 praesens] *TR*, totus *S* 13 tunc] et tunc *S* 17 saluatoris] *T*, christi saluatoris *S* christi *S* 18 inpressa] pressa *S* 19 uiiii] iii *T* 22 ep.] ep. sanctus *S* 25 doctoremque *S* 27 persida] *S*, persidam *T* 27/28 desaeuit T^aS

421 IIII. EVSTATHII ET AGRICOLAE.

ἰνδ. δʹ ὑπ. Εὐσταθίου καὶ Ἀγρεκόλα.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐνεβλήθη τὸ ὕδωρ τῆς κιστέρνης τῆς δεσποίνης Πουλχερίας Αὐγούστας μηνὶ Περιτίῳ πρὸ αʹ ἰδῶν Φεβρουαρίων παρόντος τοῦ δεσπότου Θεοδοσίου Αὐγούστου.

1 Theodosius imperator Eudociam Achivam duxit uxorem.

Τούτῳ τῷ ἔτει γάμους ἐπετέλεσε Θεοδόσιος Αὔγουστος λαβὼν γυναῖκα Ἀθηναΐδα τὴν καὶ Εὐδοκίαν μηνὶ Δαισίῳ πρὸ ζʹ ἰδῶν Ἰουνίων, καὶ ἐπετελέσθη ἱππικὸν τῶν αὐτῶν γάμων τῷ αὐτῷ Δαισίῳ μηνὶ πρὸ δʹ ἰδῶν Ἰουνίων, ὁμοίως καὶ θεάτρον τοῦ αὐτοῦ ἱππικοῦ. καὶ ἔσχεν ἐξ αὐτῆς Ἀθηναΐδος τῆς καὶ Εὐδοκίας θυγατέρα Εὐδοξίαν ὀνόματι.

2 Patri suo Arcadio in foro eius super inmanem columnam ingentem statuam idem Theodosius dedicavit.

Τούτῳ τῷ ἔτει ἀφιερώθη ἀνδριὰς Ἀρκαδίου ἑστὼς ἐπάνω τοῦ Κοχλίου τοῦ κίονος ἐν τῷ Ἀρκαδιακῷ φόρῳ ἐν τῷ καλουμένῳ Ξηρολόφῳ μηνὶ Πανέμῳ πρὸ ϛʹ ἰδῶν Ἰουλίων ἡμέρᾳ σαββάτῳ.

3 Cisterna Aetii constructa est.

4 Romani cum Persis conflixere.

Τῷ αὐτῷ ἔτει ἐδηλώθη νίκη κατὰ Περσῶν μηνὶ Γορπιαίῳ πρὸ ηʹ ἰδῶν Σεπτεμβρίων ἡμέρᾳ γʹ.

422 V. HONORII XIII ET THEODOSII X.

ἰνδ. εʹ ὑπ. Ὁνωρίου τὸ ιγʹ καὶ Θεοδοσίου Αὐγούστου τὸ ιʹ.

1 Theodosius imperator Eudoxiam filiam genuit.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐφάνη ἐν τῷ οὐρανῷ ἀστὴρ πέμπων ἀκτῖνα πάνυ ἐπιμήκη λευκὴν μηνὶ Δύστρῳ ὡς ἐπὶ νύκτας ιʹ μετὰ ἀλεκτρυόνα.

καὶ αὐτῷ τῷ ἔτει ἐγένετο σεισμός.

2 In tricennalia Honorii Maximus tyrannus et Iovinus ferro vincti de Hispanias adducti atque interfecti sunt.

3 Hunni Thraciam vastaverunt.

4 Persae cum Romanis pacem pepigere.

423 VI. ASCLEPIODOTI ET MARINIANI.

ἰνδ. ϛʹ Ἀσκληπιοδότου καὶ Μαρινιανοῦ.

1 Caelestinus Romanae ecclesiae quadragensimus primus antistes creatus vixit annos novem.

TSR (*om. a.* 421. 422) 422, 2 = *Iordanes R.* 326.

1 eusthatii *T*, eustasii *S* 2 cudochiam moechiam *S* 3 uxorem *om. S* 4 patri suo arc.] *T*, arch. p. s. *S* 7 constricta *S* 9 x *om. S* 10 eudosiam *T*ᵃ 13 uincti] uicto *S* 14 de hispanias adducti] *T*, abducti de hispaniis *S* 15 traciam *S*, trachiam *T* 17 asclipiodoti *T*, aclepiodoti *R* mariani *S*, marini *TR* 19 antistes *om. S* creatus] *TR*, cr. est *S* 20 annis *S*

Gennadius 51.

2 Euagrius scripsit altercationem Iudaei Simonis et Theofili Christiani, quae paene omnibus nota est.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἀνηγορεύθη ἡ Εὐδοκία Αὔγουστα μηνὶ Αὐδυναίῳ πρὸ δ' νωνῶν Ἰανουαρίων.

3 Terrae motus multis in locis fuit et frugum inedia subsecuta.

καὶ πολλοὶ σεισμοὶ ἐγένοντο ἡμέρᾳ δευτέρᾳ ὥραν δεκάτην μηνὶ Ξανθικῷ πρὸ ζ' ἰδῶν Ἀπριλίων.

4 Philippus et Sallustius philosophi morbo perierunt.

5 Stella saepe ardente crinita Honorius imperator fatale munus implevit.

424

VII. VICTORIS ET CASTINI.

ἰνδ. ζ' ὑπ. Βίκτωρος καὶ Καστίνου.

1 Placidia mater Valentiniani Augusta nuncupata est.

2 Valentinianus Caesar creatus Theodosii imperatoris Eudoxiam filiam sibimet desponsavit.

3 Iohannes regnum Occidentale Honorio defuncto invasit.

425

VIII. THEODOSII XI ET VALENTINIANI CAESARIS.

ἰνδ. η' ὑπ. Θεοδοσίου Αὐγούστου τὸ ια' καὶ Οὐαλεντινιανοῦ Καίσαρος.

1 Suprafatus Iohannes dolo potius Ardaburis et Asparis magis quam virtute occiditur.

2 Valentinianus iunior apud Ravennam factus est imperator.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐπήρθη ὑπὸ Θεοδοσίου νέου Αὐγούστου Οὐαλεντινιανὸς νέος Αὔγουστος μηνὶ Ὑπερβερεταίῳ πρὸ ι' καλανδῶν Νοεμβρίων.

426

VIIII. THEODOSII XII ET VALENTINIANI II.

ἰνδ. θ' ὑπ. Θεοδοσίου Αὐγούστου τὸ ιβ' καὶ Οὐαλεντινιανοῦ νέου Αὐγούστου τὸ β'.

Sisinnius vir sanctae simplicitatis et simplicis sanctitatis Constantinopolitanus episcopus factus est.

427

X. HIERII ET ARDABVRIS.

ἰνδ. ι' ὑπ. Ἱερίου καὶ Ἀρδαβουρίου.

1 Pannoniae, quae per quinquaginta annos ab Hunnis retinebantur, a Romanis receptae sunt.

2 Thermae Theodosianae dedicatae.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐνεκαινίσθη τὸ δημόσιον τὸ ποτὲ μὲν Κωνσταντινιαναί, νῦν δὲ Θεοδοσιαναί, τελέσαντος αὐτὸ Ἱερίου

TSR (*om. a.* 424—427) 423, 4 = *Iordanes R.* 326; 424, 1 = *Iordanes R.* 327 *et Beda*; 424, 2. 3 = *Iordanes l. c.*; 425, 1 = *Iordanes l. c.*; 425, 2 = *Iordanes R.* 328 *et Beda.*

6 salustius *libri* 8 horius *T*ᵃ 11 nalentiani *S* 13 caesaris *om. S* 21 uirtute] uirtute Aetii *Iordanes interpolans* 25 ualentini *T* 27 simplicis] simplex *T* constantinopolitanis *T* 29 hieri *S* 31 hunis *S* recepta *T*ᵃ

τοῦ δὶς ἐπάρχου καὶ ὑπάτου μηνὶ Ὑπερβερεταίῳ πρὸ ε΄ νωνῶν Ὀκτωβρίων.

428 XI. FELICIS ET TAVRI.

ἰνδ. ια΄ ὑπ. Φήλικος καὶ Ταύρου.

1 Nestorius Antiochia natus, vir satis quidem eloquentiae, sapientiae vero parum, Constantinopolitanis ammodum adnitentibus ex presbytero episcopus ordinatus est.

2 Beatissimi Iohannis episcopi, dudum malorum episcoporum invidia exsulati, apud comitatum coepit memoria celebrari mense Septembrio die XXVI.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων Οὐάνδαλοι εἰσῆλθον εἰς Ἀφρικήν.

429 XII. FLORENTII ET DIONYSII.

ἰνδ. ιβ΄ ὑπ. Φλωρεντίου καὶ Διονυσίου.

1 Orthodoxi nostri Macedonianorum ecclesiam extra muros urbis positam abstulerunt, quoniam iidem Macedoniani Antoninum Germis catholicum episcopum interfecerunt.

2 Beatissimus Augustinus Hipponiensis ecclesiae elegantissimus Christi sacerdos doctorque praecipuus placida morte quievit.

430 XIII. THEODOSII XIII ET VALENTINIANI III.

ἰνδ. ιγ΄ Θεοδοσίου Αὐγούστου τὸ ιγ΄ καὶ Οὐαλεντινιανοῦ νέου Αὐγούστου γ΄.

1 Theodosius imperator tricennalia gessit.

f. Ital. 430. 2 Felix apud Ravennam occiditur.

3 Caelestinus Romanae arcis pontifex Nestorio pravitatis episcopo per epistulam suam datis eidem decem dierum indutiis vel paenitenti veniam vel dissentienti damnationem denuntiat. idem Nestorius ecclesiae Constantinopolitanae perfidus antistes, a quo et Nestoriana perfidia pullulavit, apud Ephesum ducentorum sanctorum patrum sententia in synodo condemnatus est, Caelestino Cyrillum Alexandriae civitatis episcopum pro tempore vicarium denuntiante.

TSR (*om. a.* 428) *U* (*inc.* 23 Romanae).

2 anthiochiae *S* 3 quidam S^a eloquentia *S* patrum T^a, parum habens *edd.* 5 praebitero T^a ep.] ep. sanctus *S* 7 ep.] ep. sancti *S* malorum episcoporum inuidia] *T*, episcoporum *S* 8 meure T^a 9 septembrio die] septembrae *S* 10 florenti *TS* dionisii *T*, dionisi *S* 11 mached- *libri* 12 muris *S* 13 idem *TR*, de *S* mached- *libri* antoninm *S* 14 ep.] ep. sanctum *S* agustinus *S* 16 hyponiensis *R*, hipponensis *S* 18 morte pl. *S* 19/20 ualentiani *S* 25 induitiis *T* 26 damn. (damnamtionem T^a) den.] den. damn. *UR* 28 constantinopoli *TUR* antistes] antes T^a 29 pullulat *S* 30 sactorum T^a 31 sententia *om. S* 32 cyrillum] c. sibi *S* alexandrinae *S* 33 temporem T^a

in locum Nestorii Maximianus episcopus subrogatus.

431 XIIII. ANTIOCHI ET BASSI.

ἰνδ. ιδ' ὑπ. Ἀντιόχου καὶ Βάσσου.

1 Flaccilla Theodosii Augusti filia extremum spiritum fudit.

2 Barbari urbe augusta enutriti ad ecclesiam nostram hostili ritu confluunt: ignem in ecclesiam ad comburendum altare dum infesti iaciunt, invicem sese resistente deo trucidant.

3 Hoc tempore dum ad horrea publica Theodosius processum celebrat, tritici in plebem ingruente penuria imperator ab esuriente populo lapidibus inpetitur.

Ἐν ἔτει να' τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀναλήψεως τοῦ κυρίου καὶ τῆς Θεοδοσίου νέου Αὐγούστου βασιλείας ἔτους κγ' καὶ τῶν προκειμένων ὑπάτων ἐγένετο ἡ τρίτη σύνοδος ἐν Ἐφέσῳ τῶν σ' ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων κατὰ Νεστορίου τοῦ δυσσεβοῦς *cet.*

432 XV. VALERII ET AETII.

ἰνδ. ιε' ὑπ. Οὐαλερίου καὶ Ἀετίου.

1 Romanae ecclesiae Xystus quadragensimus secundus episcopus ordinatus vixit annos octo.

2 Placidiae matris Valentiniani imperatoris instinctu ingens bellum inter Bonifatium et Aetium patricios gestum est.

3 Aetius longiore Bonifatii telo pridie sibimet praeparato Bonifatium congredientem vulneravit inlaesus, tertioque mense Bonifatius vulnere quo sauciatus fuerat emoritur, Pelagiam uxorem suam valde locupletem nulli alteri nisi Aetio nupturam fore exhortans.

433 I. THEODOSII AVG. XIIII ET MAXIMI.

ἰνδ. α' ὑπ. Θεοδοσίου Αὐγούστου τὸ ιδ' καὶ Μαξίμου.

Maxima urbis regiae pars septentrionalis per tres dies continuos incensa conlapsaque est mense Augusto.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐγένετο πυρκαϊὰ μεγάλη ἀπὸ τοῦ νεωρίου· καὶ ἐκάησαν τὰ ὅρια καὶ τὸ δημόσιον ὁ Ἀχιλλεὺς μηνὶ Λῴῳ πρὸ ιβ' καλανδῶν Σεπτεμβρίων.

TSUR (*hi duo om. a.* 432)

1 maximianus] *T*ᵇ*S*, maxianus *T*ᵃ, maximinianus *UR* 2 subrogatus] *T*, subrogatur *UR*, est subrogatus *S* 3 anthiochii *UR* 4 flacilla *T* 6 augustae *T*ᵃ 8 in] ad *S* 9 infesti] festi *S* 13 imperator (imperato *T*ᵃ) *ante* (tritici triciei *T*ᵃ) *S* 13/14 in plebem] *S*, in plebe *T*, plebe *UR* 14 esuriente] oriente *S* impetitus est *S* 16 xystus] *T*, xistus *S* 19 placidae *T*ᵃ 19/20 imperator intinctu *S* 21 patricium *S* 26 pelaiam *S* 28 fore] *T*, forte *S* 29 theodoxii *S* aug. *om.* *S*

434 II. AREOBINDI ET ASPARIS.

Honoria Valentiniani imperatoris soror ab Eugenio procuratore suo stuprata concepit, palatioque expulsa Theodosio principi de Italia transmissa Attilanem contra Occidentalem rem publicam concitabat.

ἰνδ. β' ὑπ. Ἀρεοβίνδου καὶ Ἄσπαρος.

435 III. THEODOSII XV ET VALENTINIANI IIII.

1 Forum Theodosii imperatoris in loco qui Heliane dicitur aedificatum est.

2 Sebastianus Bonifatii quondam patricii gener urbe augusta fugit atque in Africa interemptus est.

ἰνδ. γ' ὑπ. Θεοδοσίου Αὐγούστου τὸ ιε' καὶ Οὐαλεντινιανοῦ νέου Αὐγούστου τὸ δ'.

436 IIII. ISIDORI ET SENATORIS.

Theodosius imperator Cyzicum civitatem navibus petiit multaque eidem civitati munificentia praestita urbem augustam renavigavit.

ἰνδ. δ' ὑπ. Ἰσιδώρου καὶ Σενάτορος.

437 V. AETII II ET SIGISVVLDI.

Valentinianus imperator Roma digressus ad copulandam sibi in matrimonium Eudoxiam Theodosii principis filiam, quam dudum desponsaverat, Constantinopolim advenit eaque sibi nupta aput Thessalonicam Italiam repetens hiemavit.

ἰνδ. ε' ὑπ. Ἀετίου τὸ β' καὶ Σιγισβούλδου.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων εἰσῆλθεν ἐν Κωνσταντινουπόλει Οὐαλεντινιανὸς νέος Αὔγουστος μηνὶ Ὑπερβερεταίῳ πρὸ ιβ' καλανδῶν Νοεμβρίων. καὶ ἐπετέλεσε τοὺς αὐτοῦ γάμους, λαβὼν Εὐδοξίαν τὴν θυγατέρα Θεοδοσίου καὶ Εὐδοκίας Αὐγούστων, μηνὶ Ὑπερβερεταίῳ πρὸ δ' καλανδῶν Νοεμβρίων.

438 VI. THEODOSII XVI ET FAVSTI.

ἰνδ ς'. ὑπ. Θεοδοσίου Αὐγούστου τὸ ις' καὶ Φαύστου.

1 Contradis praedo cum piratis suisque comitibus captus interfectusque est.

2 Reliquiae beatissimi Iohannis augustae urbis quondam episcopi eidem redditae civitati ibique sepultae mense Ianuario die vicensimo octavo.

cf. Ital. 438. 3 Valentinianus imperator cum Eudoxia uxore Ravennam ingressus.

TSUR (*hi duo om. a.* 434—437) 434 = *Iordanes R.* 328; 437 = *Iordanes R.* 329.

1 *consules om. in sp. vac. T* 4/5 principe *T*ª 5 attilanem] male enim *S* 6 cogitabat *S* 10 helianae *T* 11 seb. u. a. f. a. in afr. bon. q. patr. generis *(sic)* int. est *T* 16 petit *libri* 17 augusta *T*ª 19 ii] secundi *T*, *om. S* sigisbuldi *S* 20 digressus] d. est *S* 23 disponsauerat *S* 26 xui] xu *R* 27 contradis] *T*ª*S*, cotradis *T*ᵇ*RU* 30 eidemque *S* 32 uigesimo octauo *S*, uicesima octaua *U* 34 rauenna *S* *post* ingressus *ins.* Prosper Regiensis (Regineusis *Cusp.*) episcopus contra librum Cassiani de protectione dei conscripsit, in quo illum liberum arbitrium multum extulisse exprobravit (probavit *Cusp.*) *ed. Panviniana ex Cuspiniano p. 538.*

439 VII. THEODOSII XVII ET FESTI.

ἰνδ. ζ' ὑπ. Θεοδοσίου Αὐγούστου τὸ ιζ' καὶ Φήστου.

Ἐν τούτῳ τῷ ἔτει ἐκέλευσε Θεοδόσιος Αὔγουστος τὰ τείχη κύκλῳ γενέσθαι ἐν ὅλῳ τῷ παραθαλασσίῳ Κωνσταντινουπόλεως.

1 Theodosius imperator octava quinquennalia edidit.

2 Eudocia uxor Theodosii principis ab Hierosolymis urbem regiam remeavit, beatissimi Stephani primi martyris reliquias, quae in basilica sancti Laurentii positae venerantur, secum deferens.

3 Hoc tempore Ginsiricus rex Vandalorum Africae civitates Carthaginemque metropolim cum suis satellitibus occupavit X kalendas Novembris.

καὶ αὐτῷ τῷ ἔτει εἰσῆλθεν ἐν Καρθαγένῃ Ζινζίριχος ὁ βασιλεὺς τῶν Οὐανδάλων μηνὶ Ὑπερβερεταίῳ.

καὶ αὐτῷ τῷ ἔτει πειρᾶται τὴν Σικελίαν ἐρήμωσαν.

440 VIII. VALENTINIANI V ET ANATOLII.

ἰνδ. η' ὑπ. Οὐαλεντινιανοῦ Αὐγούστου τὸ ε' καὶ Ἀνατολίου.

1 Paulinus magister officiorum in Caesarea Cappadociae iubente Theodosio principe interemptus est.

2 Romanae Ecclesiae Leo quadragensimus tertius papa creatus vixit annos viginti unum.

441 VIIII. CYRI SOLIVS.

ἰνδ. θ' ὑπ. Κύρου μόνου.

1 Persae, Saraceni, Tzanni, Isauri, Hunni finibus suis egressi Romanorum sola vastaverunt. missi sunt contra hos Anatolius et Aspar magistri militiae pacemque cum his unius anni fecerunt.

2 Iohannes natione Vandalus magisterque militiae Arnigiscli fraude in Thracia interemptus est.

Ἐπὶ τούτου ἐσφάγη Ἰωάννης Οὐάνδαλος ἐν τῇ Θράκῃ.

3 Hunnorum reges numerosis suorum cum milibus Illyricum irruerunt: Naisum, Singidunum aliasque civitates oppidaque Illyrici plurima exciderunt.

442 X. EVDOXII ET DIOSCORI.

ἰνδ. ι' ὑπ. Εὐδοξίου καὶ Διοσκόρου.

1 Stella quae crinita dicitur per plurimum tempus ardens apparuit.

TSUR (*hi duo om. a.* 440. 441) 439, 2 = *Beda.*

4 eudocia] *TS*, eudoxia *UR cum Beda* theodoxii *R* 5 urbe regia *T*, ad urbem regiam *UR* 7 basilicam *T* laurenti *T* 8 deferen T^{a} 9 ginsirichus *TUR*, gensericus *S* 9/10 uandalorum *S* 10 affrice ciuitatis *R*, africam prouinciam *S* 12 decimu *T* 13 ualentini (*om.* u) *S* 14 anatholii *T*, anatoli *S* 15 magister] m. est *S* 16/17 princ. int. est *om. S* 19 tertius] octauus *S* annis *S* 22 pensae sarraceni zanni *S* 23 uastarunt *S* 24 anatholius *TS* 25 his *T*, suis *S* 27 iohannis *S* 28 arnitiscli *T*, arnegisli *S*: *cf. a. 447, 5:* Arnegiselus *Iordanes R. 331* trachia $T^{b}S$, trachiam T^{a} 31 illyricum] in illiricum *S* naisium ingidunum *S*

2 Bleda et Attila fratres multarumque gentium reges Illyricum Thraciamque depopulati sunt.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐπέρασαν οἱ Οὖννοι καὶ τὸ Ἰλλυρικὸν ἠρήμωσαν Ἀττίλας καὶ Βλίδας.

443 XI. MAXIMI ET PATERII.

ἰνδ. ια' ὑπ. Μαξίμου τὸ β' καὶ Πατέρνου.

1 His consulibus tanta nix cecidit, ut per sex menses vix liquesci potuerit: multa hominum et animalium milia frigoris rigore confecta perierunt.

2 Theodosius imperator ex Asiana expeditione urbem rediit.

2. καὶ εἰσῆλθεν Θεοδόσιος ὁ Αὔγουστος ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀπὸ τοῦ ἐξπεδίτου τῆς Ἀσίας μηνὶ Λώῳ πρὸ ς' καλανδῶν Σεπτεμβρίων.

3 Thermarum quae Achilleae dicuntur encaeniae factae.

1. Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐνεκαινίσθη τὸ δημόσιον λουτρὸν ὁ Ἀχιλλεὺς μηνὶ Αὐδυναίῳ πρὸ γ' ἰδῶν Ἰανουαρίων.

444 XII. THEODOSII XVIII ET ALBINI.

ἰνδ. ιβ' ὑπ. Θεοδοσίου Αὐγούστου τὸ ιη' καὶ Ἀλβίνου.

1 Theodosius princeps nona quinquennalia dedit.

2 Arcadia soror Theodosii vivendi finem fecit.

3 Aliquanta Bithyniae oppida atque praedia continuarum pluviarum et fluviorum inundatione crescentium sublabsa dissolutaque perierunt

4 Severum presbyterum et Iohannem diaconum Eudociae reginae apud Aeliam urbem ministrantes missus ab imperatore Theodosio Saturninus comes domesticorum occidit. Eudocia nescio quo excita dolore Saturninum protinus obtruncavit, statimque mariti imperatoris nutu, regiis spoliata ministris, apud Aeliam civitatem moritura remansit.

445 XIII. VALENTINIANI VI ET NOMI.

ἰνδ. ιγ' ὑπ. Οὐαλεντινιανοῦ Αὐγούστου τὸ ς' καὶ Νόμου.

1 Bleda rex Hunnorum Attilae fratris sui insidiis interimitur.

2 Aput Byzantium populari orta in circo seditione multi sese invicem occiderunt

---

TSUR (*hi duo om. a.* 445) 442. 445, 1 = *Beda chr. et h. eccl.* 1, 13.

1 bleda] *T Iord.*, blacdla *S Beda*, blaetla *U*, blaela *R* 2 trachiamque *TS* 4 maximi] *TUR*, maximi ii *S emendans opinor* 5 per] super *UR* 6 liquescere *UR* potuerint *U*[b] 10 urbem] *libri*, in urbem *edd.* rediit] *S*, redit *TU*, reddit *R* 11 achillae *T*[a], achileae *S* 12 inceniae *TUR*, encheniae *S* 15 dona *U*, donna *R* 19 aliquanto *U*[a] bythiniac *T*, bithinia *S* 20 continuarum] c. ui longa *S* 23 24 diaconem *S* 24 eudoxiae *UR* heliam *TSU* 27 eudoxia *UR* excitata *S* 30 heliam *TSUR* 30/31 rem. mor. *S* 32 nomi] ausonii *T* 33 bleda] bella *S* 34 interemitur *T* suis *S* 36 multis *S* sese] ses *T*[a]

multaque intrinsecus hominum pecudumque morbo corpora perierunt.

446 XIV. VALENTINIANI VII ET AETII III.

ἰνδ. ιδ' ὑπ. Λεοντίου τὸ γ' καὶ Συμμάχου.

1 His consulibus magna fames Constantinopolim invasit, pestisque ilico subsecuta.

2 Templum regiae civitatis igne crematum.

447 XV. ARDABVRIS ET CALEPII.

ἰνδ. ιε' ὑπ. Ἀρδαβουρίου καὶ Ἀλυπίου.

1 Ingenti terrae motu per loca varia inminente plurimi urbis augustae muri recenti adhuc reaedificatione constructi cum quinquaginta septem turribus corruerunt. saxa quoque ingentia in foro Tauri dudum super sese in aedificio posita statuaeque plurimae sine ullius videlicet laesione conlapsae sunt, plurimis nihilominus civitatibus conlapsis: fames et aerum pestifer odor multa milia hominum iumentorumque delevit.

3. *Καὶ αὐτῷ τῷ ἔτει ἐγένοντο σεισμοὶ μεγάλοι, ὥστε τὰ τείχη πεσεῖν. ἐκράτησαν γὰρ ἐπὶ χρόνον, ὥστε μὴ τολμᾶν τινα ἐν οἴκῳ μένειν, ἀλλ' ἔφυγον ἔξω τῆς πόλεως πάντες λιτανεύοντες ἡμέρας καὶ νυκτός· γέγονε γὰρ ἀπειλὴ μεγάλη, οἵα οὐ γέγονεν ἀπ' ἀρχῆς· τινὲς δὲ ἔλεγον καὶ πῦρ ἐν τῷ οὐρανῷ τεθεᾶσθαι. ὅθεν καὶ ἡ ἀνάμνησις κατ' ἔτος ἐπιτελεῖται μέχρι νῦν τῆς λιτανείας ὑπὲρ τῆς τοῦ φιλανθρώπου θεοῦ μακροθυμίας ἐν τῷ Τρικόγχῳ πρὸ η' ἰδῶν Νοεμβρίων. ἐν γὰρ τῇ τοσαύτῃ ἀπειλῇ οὐκ ἐθανάτωσέν τινας.*

2 Ingens bellum et priore maius per Attilam regem nostris inflictum paene totam Europam excisis invasisque civitatibus atque castellis conrasit.

3 Eodem anno urbis augustae muri olim terrae motu conlapsi intra tres menses Constantino praefecto praetorio operam dante reaedificati sunt.

4 Attila rex usque ad Thermopolim infestus advenit.

1. *Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων Μαρκιανούπολις παρελήφθη.*

5 Arnigisclus magister militiae in ripense Dacia iuxta Utum amnem ab Attila rege viriliter pugnans plurimis hostium interemptis occisus est.

2. *καὶ ἐσφάγη Ἀνάργισκος στρατηλάτης Θρᾴκης.*

TSUR 446, 1. 447, 1. 2. = *Beda h. eccl.* 1, 13; *ad* 447, 4 *cf. Iordanes R.* 331.

1 extrinsecus *S* hominem pecuduque *S* 3 xu *U* ualentiniani uii] *TUR*, symmachi uii *S* (*vide p.* 56): Aetio III et Symmacho *Sirmondus perperam* 7 igni *S* 8 xu] xii *U* calipii *TUR*, callepii *S* 9 loca uaria] locaria *S* 10 plurimi u. a. muri] *S*, plurimi u. a. muris *T*, pluri mis u. a. muris *UR* 11 ahuc *T* cumstructi *S* 12 septem *om. UR* 14 super *om. TUR* 16 plurimi *T* 20 priore maius] *S*, peior renouatus *TUR fortasse recte* 21 inflictus *TUR* 22 inuasis *om.* T^a 23 castella *TUR* conrasit] *T*, conrosit *S cum Beda* (*h. eccl.* 1, 13: totam paene Europam excisis invasisque civitatibus atque castellis conroderet), contraxit *UR* 25 conlapsu *S* 26 praetorii *UR* 27 reaedificatae *S* 28 thernopolim T^a, termopolim *S* 30 arnigisglus *TUR*, arngislus *S* (*cf. a.* 441, 2) ripensi] ripens in *S* 31 annem *S* attilam *U*

448 I. ZENONIS ET POSTVMIANI.

1 Provincia India Theodosio principi tigrim domitam pro munere misit.

2 Utramque porticum Troadensem turresque portarum utrasque ignis subitus exussit: qua ruina continuo repurgata Antiochus praefectus praetorio in pristinam erexit speciem:

3 legatis Attilae a Theodosio depectas olim pecunias flagitantibus.

ἰνδ. α' ὑπ. Ζήνωνος καὶ Ποστουμιανοῦ.

449 II. PROTOGENIS ET ASTVRII.

1 Marina Theodosii regis soror fati munus implevit.

2 Flavianus episcopus in secunda aput Ephesum synodo vi Dioscori Alexandriae episcopi et Saturnini spadonis in Epipam exulatus est.

3 Ariobinda et Taurus patricii communi vita defuncti sunt.

ἰνδ. β' ὑπ. Πρωτογένους καὶ Ἀστερίου.

ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐτελεύτησεν Μαρῖνα Αὔγουστα, γυνὴ Οὐαλεντινιανοῦ Αὐγούστου, μηνὶ Λώῳ πρὸ γ' νωνῶν Αὐγούστου.

2. *Τούτοις τοῖς ὑπάτοις* (a. 450) *ἡ ἐν Ἐφέσῳ δευτέρα σύνοδος ἐγένετο καὶ καθῃρέθησαν ὑπὸ Διοσκόρου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας Δόμνος ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας καὶ Φλαβιανὸς ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως καὶ Ἴβας καὶ Θεοδώρητος καὶ ἄλλοι πλείονες.*

450 III. VALENTINIANI VII ET AVIENI.

1 Theodosius imperator vivendi finem fecit: regnavit post mortem Arcadii patris sui annos XLII.

2 Loco eius Marcianus imperium adeptus est.

3 Chrysafius eunuchus Pulcheriae Theodosii sororis nutu sua cum avaritia interemptus est.

1. *ἰνδ. γ' ὑπ. Οὐαλεντινιανοῦ Αὐγούστου τὸ ζ' καὶ Ἀβιήνου.*

4. *Καὶ αὐτῷ τῷ ἔτει ἐπήρθη Μαρκιανὸς Αὔγουστος ἀπὸ τοῦ Κερκησίου ἐν τῷ Ἑβδόμῳ μηνὶ Λώῳ πρὸ η' καλανδῶν Σεπτεμβρίων ἡμέρᾳ πέμπτῃ.*

3. *Καὶ αὐτῷ τῷ ἔτει ἐσφάγη Χρυσάφις ὁ σπαθάριος εἰς τὴν πόρταν Μελαντιάδος.*

451 IIII. MARCIANI AVGVSTI ET ADELFII.

ἰνδ. δ' ὑπ. Μαρκιανοῦ Αυγούστου καὶ Ἀδελφίου.

Πουλχερία ἡ γυνὴ Μαρκιανοῦ τοῦ βασιλέως τῶν ἁγίων τεσσαράκοντα τῶν ἐν Σε-

---

TSUR (*hi duo om. a.* 449. 450).

2 indie *R* 2/3 pro mun. tigr. dom. *S* 5 utrasque *bis S* 6 qua] *TUR*, quarum *S* 7 practorii *UR* 9 depectas] *scripsi*, depactas *S*, despectas *TUR* 11 protogenii *T*, protegenis *S* 12 regis soror] uxor regis soror *S* 14 in *om. S* 15 synodum *T* ui] in *T* alexandrini *S* 16 Epipa *praeterea ignota item nominatur inter militum Syrorum potissimum patrias in laterculo saeculi opinor secundi C. I. L.* VIII S 18084 17 est *om. S* 18 ariobinda *S*, harcobinda *T* commune *T*, commoni *S* 21 abieni *TS* 23 morte T^a 24 anno quadragensimo secundo *T* 25 locum *TS* martianus *S semper* imperium] imperator *T* 27 chrysafius] *T*, chrisaphius *S* pulcherrimae *S* 36 marcianus augustus T^a 31 adelfii] *S*, adileii *TUR*

βαστείᾳ μαρτυρησάντων κατ' ὀπτασίαν εὑρίσκει τὰ λείψανα κατακρυπτόμενα εἰς τὸν οἶκον τοῦ ἁγίου Θύρσου ὀπίσω τοῦ ἄμβωνος. καὶ ἀνεδομήσατο αὐτῶν οἶκον ἔξω τῶν τειχῶν τῶν Τρωαδησίων Καισάριος ὕπατος καὶ ἔπαρχος.

Leone pontifice sedem beati Petri regente sexcentorum triginta patrum sancta et universalis synodus contra Eutychetem nefandissimorum praesulem monachorum apud Calchedonam in basilica sanctae Eufemiae firmata est: solus Dioscorus Alexandrinae ecclesiae episcopus dissensit statimque ab iisdem catholicis patribus sacerdotio abdicatus est.

2. Ἔτους υκβ' (a. 452) τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀναλήψεως τοῦ κυρίου γέγονεν ἡ τετάρτη σύνοδος ἐν Χαλκηδόνι τῶν χλ' ἁγίων πατέρων κατὰ τῶν μιαρῶν Εὐτυχοῦς καὶ Διοσκόρου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας τῶν καὶ καθαιρεθέντων.

452

V. SPORACII ET HERCVLANII.

1. ἰνδ. ε' ὑπ. Σφωρακίου καὶ Ἑρκουλάνου.

1 Marcianus Augustus suis statuit decretis, ut hi qui consules fieri cupiebant nihil aeris in populum spargerent, sed statutam pecuniam ad reparandum urbis aquae ductum dependerent.

2 Hoc tempore tres magni lapides e caelo in Thracia ceciderunt.

cf. Ital. 452. 3 Aquileia civitas ab Attila Hunnorum rege excisa est.

453

VI. VINCOMALI ET OPILIONIS.

ἰνδ. ς' ὑπ. Βινκομάλου καὶ Ὀπιλίωνος.

1 Iohannes praecursor domini et baptista caput suum, quod olim Herodias impia nefandaque postulatione ab umeris amputatum et in disco positum accepit proculque a truncato eius corpore sepelivit, duobus Orientalibus monachis ob adorandam apud Hierosolymam Christi domini resurrectionem introeuntibus revelavit, ut ad Herodis quondam regis habitaculum accedentes ammoniti requirerent fideliter
2 humo extollerent. hoc ergo caput fide repertum suaque hispida in mantica conditum dum ad propria remeantes habitacula pervehunt, quidam Emetzenae figulus civi-

2. Ἐπὶ τῶν προκειμένων ὑπάτων Βινκομάλου καὶ Ὀπιλίωνος, βασιλευόντων Οὐαλεντινιανοῦ καὶ Μαρκιανοῦ Αὐγούστων μηνὶ Περιτίῳ πρὸ ιβ' καλανδῶν Μαρτίων τῇ μέσῃ ἑβδομάδι τῶν νηστειῶν ἔτους Συρομακεδόνων ψξγ', Ἀντιοχέων φα', καὶ υκε' ἔτους ἀφ' οὗ ἀπετμήθη ὁ ἅγιος πρόδρομος προφήτης καὶ βαπτιστὴς Ἰωάννης, ηὑρέθη ἡ τιμία αὐτοῦ κεφαλὴ ἐν τῇ Ἐμεσηνῶν πόλει.

TSUR 453 = *Beda.*

1 leonem *T*a 2 regente] *S*, praesidente *UR*, *om. T* sextingentorum *S* 2/3 sancta et] sancte *T*a, sancta *T*b 3 eutichetem *S*, eutychiano *T*, euthichianum *UR* 4 praesule *TR* 5 calchedonam] *TS*, calcedonam *UR* basilicam s eufimiae *T* 6 solius dioschorus *S* 6/7 alexandriae *TUR* 7 dissensit] descendit *S* 8 ab (ad *T*a) hisdem *TS* 10 herculiani *T*b, hirculiani *T*a, herculanii *S* statuti *R* 12 hii *TR* 17 thraciam *T*, traciam *UR*, trachiam *S* 22 herodes *S* 25 a *om. S* 27 hierosolimum *T* 28 rei uelauit *U* ut] et *UR* 30 ammoniti (admonita *S*) requirerent fideliter] *TS*, ammoniti sunt ut requirerent et fideliter *UR* 31 fidei *S* 34 emetzene *TUR*, emisene *S*

tatis diutinam imminentemque sibi fugiens paupertatem sese his exhibuit comitem: quique dum nescius peram sibi creditam cum sacro capite portat, ab eo cuius caput vehebat noctu ammonitus utrumque comitem fugiens dereliquit, statimque Emetzenam urbem cum sancto levique onere introgressus est, ibique dum advixit, praecursoris Christi veneratus est caput moriensque sorori suae rerum nesciae signatum in

3 vasculo tradidit recolendum. illa vero successori suo repositum signatumque ut erat dereliquit. porro Eustochius quidam occultus Arrianae fidei presbyter talem tantumque thesaurum indignus optinuit gratiamque, quam Christus dominus per Iohannem Baptistam infirmo populo tribuebat, is eam ac si suam dumtaxat in vulgo disseminabat. hinc pravitate sua detectus

4 Emetzena civitate expulsus est. hoc deinde antrum, in quo beatissimi Iohannis caput in urnam missum sub terraque reconditum erat, quidam monachi pro habitaculo habere coeperunt. Marcellus demum presbyter totiusque monasterii praesul dum in eodem specu vita inreprehensibili habitat, idem beatus Iohannes Christi praecursor sese eidem suumque ostendit caput, ibidemque sepultum multis praefulgens virtutibus patefecit. hoc igitur venerabile caput sub Uranio memoratae episcopo civitatis per Marcellum praefatum presbyterum constat inventum Vincomalo et Opilione consulibus mense Februario die vicensimo quarto media ieiuniorum paschalium septimana, imperatoribus vero Valentiniano et Marciano regnantibus.

5 Pulcheria Augusta Marciani principis uxor beati Laurentii atrium inimitabili opere consummavit beatumque vivendi finem fecit.

1. Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐτελεύτησεν ἡ δέσποινα Πουλχερία.

TSUR

1 diutina *T*ᵃ sibit *T* 3 nesciens *S* 5 utrumquem *T*ᵃ 6 dereliquit *om. S* emetzenam] *TUR*, emisenam *S* 8 aduexit *S* 11 recolendum] colendum *S* 12 repositum] positum *S* 13 euthochus *S* 14 fidei] perfidiae *S* tale *libri* 15 indignum *S* 17 his *S* 19 hic *S* 20 emetzena] emisena *S* ciuitate] urbe *S* deinde] inde *S* 21 capito *U* 25 nonasterii *T*ᵃ 27 christique *S* praecurso *T*ᵃ 28 cap. ost. *S* 30 sub] luli *S* 31/32 praef. marc. *S* 34 uigesimo *S* 38 pulcheria] p. autem *UR* 39 laurenti *T* inimitabile *TUR*

454 VII. AETII ET STVDII. ἰνδ. ζ' ὑπ. Ἀετίου καὶ Στουδίου.

1 Attila rex Hunnorum Europae orbator provinciae noctu mulieris manu cultroque confoditur. quidam vero sanguinis reiectione necatum perhibent.

2 Aetius magna Occidentalis rei publicae salus et regi Attilae terror a Valentiniano imperatore cum Boethio amico in palatio trucidatur, atque cum ipso Hesperium cecidit regnum nec hactenus valuit relevari.

Τούτῳ τῷ ἔτει βασιλεύοντος Ἀνθήμου ἐν Ῥώμῃ ἐκτίσθη ὑπ' αὐτοῦ ὁ οἶκος τοῦ ἁγίου Θωμᾶ, πλησίον τοῦ Βοραιδίου, ἐπιλεγόμενον τὸ Ἀποστολεῖον.

455 VIII. VALENTINIANI VIII ET ANTHEMII. ἰνδ. η' ὑπ. Οὐαλεντινιανοῦ Αὐγούστου τὸ η' καὶ Ἀνθήμου.

1 Valentinianus princeps dolo Maximi patricii, cuius etiam fraude Aetius perierat, in campo Martio per Optilam et Thraustilam Aetii satellites iam percusso Heraclio spadone truncatus est.

Τούτῳ τῷ ἔτει ἐσφάγη Οὐαλεντινιανὸς Αὔγουστος ἐν Ῥώμῃ μέσον δύο δαφνῶν καὶ ἐπήρθη βασιλεὺς Μάξιμος, καὶ ἐσφάγη αὐτὸς τῷ αὐτῷ ἔτει.

2 Idem Maximus invasit imperium tertioque tyrannidis suae mense membratim Romae a Romanis discerptus est.

3 Gizericus rex Vandalorum, ab Eudoxia Valentiniani uxore epistulis invitatus ex Africa Romam ingressus est eaque urbe rebus omnibus spoliata eandem Eudoxiam cum duabus filiabus secum rediens abduxit.

καὶ εἰσῆλθεν Ζινζίριχος βασιλεὺς τῶν Ἄφρων εἰς Ῥώμην καὶ παρέλαβεν Εὐδοξίαν τὴν γυναῖκα Οὐαλεντινιανοῦ καὶ τὰς δύο αὐτῆς θυγατέρας, Πλακιδίαν καὶ Ὀνωρίαν, ἃς μετ' ὀλίγον ἀγοράζει ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας Λέων ὁ βασιλεύς. τὴν δὲ Ὀνωρίαν νύμφην ἐκράτησεν Ζινζίριχος εἰς Ὁνάριχον υἱὸν αὐτοῦ.

456 IX. VARANAE ET IOHANNIS. ἰνδ. θ' ὑπ. Οὐαρανᾶ καὶ Ἰωάννου.

1 His consulibus innumera lucustarum agmina fructum Phrygiae vastaverunt.

Gennad. 64. 2 Eucherius Lugdunensis ecclesiae pontifex multa scripsit tam ecclesiasticis quam monasticis studiis necessaria.

TSUR (*hi duo om. a.* 454) 455 = *Iordanes R.* 334.

1 aetii *evanuit S* (actii *Brux.*) 2 europae orbator] *T*, et his hortabatur *S*, Actii hortatu *Sconhovius* 4 reiectione] cum regectione *S* 5 perhibet T^a 6 aetius] *T*, laetius patricius *S* (*cf. a.* 432, 2) 7 regi] *T*, regi quondam *S* a *om. S* 8 boetio *libri* 12 antemii *libri* 15 optilam] *TR Iord.*, optilan *U*, ostilam *S* 15/16 thraustilam] *TUR*, traustilam *S*, thraufistilam *Iord.* 16 peicuso *S* 17 hispadone *T*, spatone *UR* 18 inuaxit *R* 20 discerptus] *TUR Iord.*, tractus discerptusque *S* 21 gizericus] *Iord.*, gyzerichus *T*, gyzericus *U*, giccricus *R*, gensericus *S* uuatidalorum *R* eudosia T^a 22 uxori S^a 23/24 eamque urbem r. o. spoliatam *TUR Iord.* 26 uaranae et iohannis T^a, uaranis et iohannis T^b*UR*, iohannis et uaranis *S* 27 lucustarum] T^1, locustarum T^2*SUR* 28 frigiae *SUR* 29 lugdonensis *T* pontifex *etiam Gennadii liber Corbei.*, presbyter *reliqui libri Gennadiani* 30/31 tam eccl. (tam et eccl. T^a) quam monasticis (monasteriis *S*)] tam mon. q. eccl. *R*

457 X. CONSTANTINI ET RVFI.

1 Marcianus imperator bonis principibus conparandus vitae spiritum amisit: imperavit annos sex menses sex. Leo eidem defuncto successit.

2 Cuius voluntate Maiorianus aput Ravennam Caesar est ordinatus.

ἰνδ. ι' ὑπ. Κωνσταντίνου καὶ Ῥούφου.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐτελεύτησεν Μαρκιανὸς Αὔγουστος, ὢν ἐτῶν ξε'. ἐπήρθη Λέων ὁ μέγας βασιλεὺς ὑπὸ τοῦ ἐξερκέτου μηνὶ Περιτίῳ πρὸ ζ' ἰδῶν Φεβρουαρίων.

458 XI. LEONIS AVG. ET MAIORIANI.

Leo imperator pro tomo Calchedonense per universum orbem singulis orthodoxorum episcopis singulas consonantesque misit epistulas, quo sibi quid de eodem tomo sentirent cuncti suis rescriptionibus indicarent. horum omnium episcoporum ita conspirantes suscepit epistulas, ut eas putares uno tempore uniusque viri eloquio fuisse dictatas.

ἰνδ. ια' ὑπ. Λέοντος Αὐγούστου καὶ Μαϊουρίνου.

459 XII. PATRICII ET RICIMERIS.

ἰνδ. ιβ' ὑπ. Ῥεκιμέρου καὶ Πατρικίου.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων προήχθη ἔπαρχος πόλεως Θεοδόσιος. καὶ ἔκτισεν τὸ Αὐγουσταῖον ἐκ πλαγίων τῆς μεγάλης ἐκκλησίας.

Τούτῳ δὲ τῷ ἐνιαυτῷ ἤρξατο Ἄσπαρ ὁ στρατηλάτης κτίζειν τὴν μεγίστην κιστέρναν πλησίον τοῦ παλαιοῦ τείχους.

Gennad. 67. Isaac Antiochenae ecclesiae presbyter scripsit Syro sermone multa praecipuaque adversus Nestorianos et Eutychianos. ruinam etiam Antiochiae elego carmine planxit, quemammodum Ephrem diaconus Nicomediae lapsum.

460 XIII. APOLLONII ET MAGNI.

Cyzicus civitas terrae motu concussa murorumque suorum ambitu interrupto sese suosque diu deplanxit.

ἰνδ. ιγ' ὑπ. Ἀπολλωνίου καὶ Μάγνου.

461 XIIII. DAGALAIFI ET SEVERINI.

1 Romanae ecclesiae Hilarus quadragensimus quartus pontifex factus vixit annos sex.

ἰνδ. ιδ' ὑπ. Διαγαλαΐφου καὶ Σευηριανοῦ.

TSUR (hi duo om. a. 457. 459) 457 = *Iordanes R.* 332 *et* 335; 458 = *Beda.*

1 rufi *evanuit in S* 9 chacedonense T^a 10 urbem *T* 11/12 mipit T^a 13 suis] sui sibi *S* 15/16 putaret *UR* 16 uir *S* 18 ricimeris] *S*, remiceri *T* 19 pr. ant. eccl. *libri Gennadiani praeter Corbeiensem* 20 praecipue *Sconhovius:* praecipua tamen cura aduersus nest. et eut. *Gennadius* 21 nesterianos *S* eutichianos *T*, euthicianos *S* 22 elego] *Gennadius* (*Veron.*, eleganti *Corb.*), fletu *T*, eglogo *S* 23 effrem *S* 26 cyzzicus *T*, quizicus *S* 27 interrupto sese] T^b, interruptos esse T^a, iuterrupta sese *S* 29 degalafii *S* 30 hilarius *S*

Ital. 461. 2 Maiorianus Caesar apud Dertonam iuxta fluvium, qui Hira dicitur, interemptus. locum eius Severus invasit.

462 XV. LEONIS AVG. II SOLIVS. — *ἰνδ. ιε' ὑπ. Λέοντος Αὐγούστου τὸ β' καὶ Σερπεντίου.*

Iacobus natione Achivus, religione paganus, medicinae artis peritia tam ingenio quam litteratura perclaruit. hic ob medendum Leonem Augustum febre defetigatum sacrum palatii cubiculum vocatus intravit statimque in sella iuxta torum imperialem posita sine ullo Augusti nutu consedit, sicque medicas adhibuit manus. porro meridie ad eundem sacrum pulvinar reversus sublatum sui propter solium, in quo matutinus resederat, protinus intellexit spondamque tori regiam intrepidus supersedit, veterumque studii sui repertorum praeceptionibus monitum id sese gessisse, non temere praesumpsisse aegrotantem docuit principem.

463 I. VIVIANI ET FELICIS. — *ἰνδ. α' ὑπ. Βιβιανοῦ καὶ Βασιλείου.*

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων λεῖψις γέγονεν τοῦ ἄρτου, ὥστε πραθῆναι τὸν ἕνα ἄρτον φόλεων τριῶν.

Gennad. 85. Prosper homo Aquitanicae regionis sermone scholasticus et adsertionibus nervosus multa composuisse dicitur. epistulae quoque papae Leonis adversus Eutychen de vera Christi incarnatione ad diversos datae ab isto dictatae creduntur.

464 II. RVSTICI ET OLYBRII. — *ἰνδ. β' ὑπ. Ῥουστικίου καὶ Ὀλυβρίου.*

Ital. 464. Beorgor rex Halanorum a Ricimere rege occiditur.

465 III. BASILISCI ET ARMENARICI. — *ἰνδ. γ' ὑπ. Βασιλίσκου καὶ Ἀρμεναρίχου.*

1 Constantinopolis magno invasa incendio facieque foedata deplanxit.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων Μηνᾶς, νυκτέπαρχος ὤν, κατηγορηθεὶς ἐπὶ φαύλοις πράγ-

---

TSUR (*hi duo om. a.* 464. 465).

1 dercouam T^a, terdonam *R*, desthonam *S* 2 hira] *T*, hyra *URS* interemptus] i. est *S* 4 ii] secundi *T* solus *UR* 5 natio T^a achiuus] *T*, archiuus *UR*, achaius *S* 8 defetigatum] *T*, defatigatum *SUR* 9 uocitus *S* 10 in sella] *TUR*, regia in sella *S* imperiale *SR* 12 sique T^a 14 solum *S* 15 matutinis *T*, matutini U^a residerat *libri* 16 chori *T* 17 ueterumque] ueterum *S* sui *om. S* repertorem *UR* 18 raeceptionibus *T* sese] se *R* 19 praesumpitse T^a 20 principe *S* 21 bibianii *U*, hibiani *R* 22 neruosus] uerbosus *S* 25 papae *om. S* eutychen] *T*, euticen *S*, eutichen *U*, euthichem *R* 26 ad diuersos *om. S* 26/27 datae ab isto dictatae creduntur] *sic Gennadius Corbeiensis*, datae et ab isto dictatae dicuntur *Gennadiani libri alii* 28 rusticii *T*, rustici *S* 29 halanorum] *T*, alanorum *S* 31 armenarici] *T*, herminerici *S* 32 constantinopoli T^a magna *T* 33 facieque] *S*, faciendoque *T*

μασιν, ἠρωτήθη ἐν τῷ Ἱππικῷ ἀπὸ τῆς συγκλήτου, καὶ κατὰ κέλευσιν τοῦ βασιλέως ἐπὶ τῆς βαθείας τοῦ Ἱππικοῦ καμπτοῦ παιδίον αὐτὸν ἐσκέλισεν καὶ ἔῤῥιψεν ἐπὶ πρόσωπον, καὶ λαβὼν αὐτὸν ὁ δῆμος ἤρξαντο σύρειν. ἰδόντες δὲ οἱ ἄρχοντες τὸ γεγονὸς φοβηθέντες ἀνεχώρησαν. καὶ ἔσυραν ἐκεῖνον ἕως τῶν οἴκων τοῦ Στουδίου· καὶ λαβὼν εἷς Γότθος λίθον ἔδωκεν αὐτὸν κατὰ τῆς ἀκοῆς καὶ ἐθανάτωσεν αὐτόν. καὶ ἐσύρη ἀπὸ τοῦ δήμου τὸ σκήνωμα αὐτοῦ ἕως θαλάσσης.

Μεθ' ἡμέρας δὲ τριάκοντα ἐκάησαν τῆς πόλεως ἀπὸ θεομηνίας ῥεγεῶνες η' μηνὶ Γορπιαίῳ Σεπτεμβρίου β', ἡμέρᾳ δ', ἰνδικτιῶνος γ' ἐν τῇ συνάξει τοῦ ἁγίου Μαμᾶ.

Ital. 465. 2 Severus, qui Occidentis arripuit principatum, Romae interiit.

466 IIII. LEONIS AVG. III SOLIVS. — ἰνδ. δ' ὑπ. Λέοντος Αὐγούστου τὸ γ' μόνου.

Gennad. 89. Theodoritus episcopus Cyri civitatis scripsit de incarnatione domini adversus Eutychem presbyterum et Dioscorum Alexandriae episcopum, qui humanam in Christo carnem fuisse denegant.

467 V. PVSAEI ET IOHANNIS. — ἰνδ. ε' ὑπ. Πουσαίου καὶ Ἰωάννου.

Τῷ αὐτῷ ἔτει ἐφάνη ἐν τῷ οὐρανῷ σημεῖον μέγιστον ἀπό τινων λεγόμενον σάλπιγξ, ἀπό τινων δὲ λογχίας καὶ ἀπό τινων δοκίς· ἐφάνη δὲ ἐπὶ ἡμέρας τινάς.

1 Leo imperator Anthemium patricium Romam misit imperatoremque constituit.

Τῷ αὐτῷ ἔτει ἐβασίλευσεν Ἀνθήμιος καὶ ἀπῆλθεν εἰς Ῥώμην· καὶ εἰσῆλθεν τὰ λαβρᾶτα αὐτοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει ὑπὸ Διαφερεντίου ἐπάρχου πόλεως.

2 Romanae ecclesiae Simplicius quadragensimus quintus pontifex creatus vixit annos quindecim.

3 Ravennam civitatem terrae motus deterruit.

468 VI. ANTHEMII AVG. II SOLIVS. — ἰνδ. ς' ὑπ. Ἀνθημίου Αὐγούστου τὸ β' μόνου.

Οὗτος Ἀνθήμιος δομεῖται τὸν οἶκον τοῦ

TSUR (*hi duo om. a.* 465. 468).

1. 2 *post consules a. 466 S* occidente *S* 3 iii solius] iiii solus *UR* 4 ep.] ep. sanctus *S* cyri] *S fortasse emendans,* syriae *TUR,* cyriae (cyri *reliqui libri*) *Gennad. Corbeiensis* 6 eutychem] *T,* eutichem *UR,* eutichen *S* presbyterum *om. S* disoscorum *T*ª 7 alexandriae] *TUR,* alexandrinae ecclesiae *S* epis (= episcopis) *S* 8 fuisse denegant] *TUR,* negant *S* 9 pusei *libri* 12 romanae . . . 14 quindecim *om. S* 15/16 deterruit] *libri: fortasse scr.* deteruit *pro* detrivit 17 antemii *S*

ἁγίου Θωμᾶ τοῦ ἀποστόλου, τὰ λεγόμενα Ἀνθημίου, πλησίον τῶν Βοῤῥαΐδου.

cf. Ital. 468. Marcellinus Occidentis patricius idemque paganus dum Romanis contra Vandalos apud Carthaginem pugnantibus opem auxiliumque fert, ab iisdem dolo confoditur, pro quibus palam venerat pugnaturus.

469 VII. ZENONIS ET MARCIANI.

His consulibus caput Denzicis Hunnorum regis Attilae filii Constantinopolim adlatum est.

2. ἰνδ. ζ' ὑπ. Ζήνωνος καὶ Μαρκιανοῦ.

1. Ἐπὶ τούτου τοῦ προκειμένου ὑπάτου Δινζίχιρος υἱὸς Ἀττίλα ἐσφάγη ὑπὸ Ἀναγάστου τοῦ στρατηλάτου Θρᾴκης, καὶ εἰςῆλθεν ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ εἰς Κωνσταντινούπολιν ἱππικοῦ ἀγομένου καὶ ἐπόμπευσεν διὰ τῆς μέσης· καὶ ἀπηνέχθη εἰς τὸν Ξυλόκιρκον καὶ ἐπάγη ἐν ξύλῳ καὶ ἐξῆλθε πᾶσα ἡ πόλις εἰς θέαν αὐτῆς ἐπὶ ἡμέρας ἱκανάς.

470 VIII. IORDANIS ET SEVERI.

Gennad. 90. Gennadius Constantinopolitanae ecclesiae pontifex Danihelem prophetam ex integro ad verbum commentatus est et homilias multas composuit.

471 VIIII. LEONIS AVG. IIII ET PROBIANI.

Aspar primus patriciorum cum Ardabure et Patriciolo filiis, illo quidem olim patricio, hoc autem Caesare generoque Leonis principis appellato, Arrianus cum Arriana prole spadonum ensibus in palatio vulneratus interiit.

472 X. MARCIANI ET FESTI.

1 Vesuvius mons Campaniae torridus intestinis ignibus aestuans exusta evomuit viscera nocturnisque in die tenebris incumbentibus omnem Europae faciem minuto contexit pulvere. huius metuendi memoriam cineris Byzantii annue celebrant VIII idus Novemb.

Ital. 472. 2 Anthemius imperator Romae a Recimero genero suo occiditur. loco eius Olybrius substitutus septimo mense imperii sui vita defunctus est.

3 In Asia aliquantae civitates vel oppida terrae motu conlapsa sunt.

473 XI. LEONIS AVG. V SOLIVS.

Ital. 473. 1 Glycerius apud Ravennam plus praesumptione quam electione Caesar factus est.

2 Constantinopoli seditione in circo orta multi Isaurorum a populo interempti sunt.

TSUR (*hi duo om. a.* 468. 469. 471. 473).

4 hisdem *TS* 7 capu T^a densicis *S* 11 pontifex] *sic Gennadius Corb.*, episcopus *eius libri plerique* 12 *post* composuit *add.* et pauli epistulas omnes exposuit *TUR contra S et Gennadium* 13 leone aug. iiii et probiani (-no T^2) *T* 16 proles S^1 17 festo *S* 18 uesubius *UR* exuste uomit *S* 19 noturnisque T^a euerope *R* faciei *S* 20 byzantie *UR*, bizancii *S* annue] ianue *S* 20/21 octabuidus nouembris *T* 22 anthemus *S* a recimero] T^b, a regimero *UR*, ricimeri (*om.* a) T^a, a ricimere *S* 24 moto *U* 26 glicerius *S* 27 constantinopolim *T* interfecti *S*

474 XII. LEONIS IVNIORIS SOLIVS.

1 Leo senior imperator Leone iuniore a se iam Caesare constituto morbo periit, tam sui imperii annis quam huius Leonis regni mensibus computatis annis decem et septem mensibus sex. Zenonem Leo iunior imperator idemque filius principem regni constituit.

2 Glycerius Caesar Romae imperium tenens a Nepote Marcellini quondam patricii sororis filio imperio expulsus in Portu urbis Romae ex Caesare episcopus ordinatus est et obiit. *Ital. 474.*

475 XIII. ZENONIS AVGVSTI II SOLIVS.

1 Zeno imperator Verinae socrus suae et Basilisci fratris eius insidiis circumventus cum Ariagne uxore sua profugus in Isauriam tetendit. regnum Zenonis Basiliscus tyrannus invasit.

2 Nepos, qui Glycerium regno pepulerat, Romae elevatus est imperator. Nepote Orestes protinus effugato Augustulum filium suum in imperium conlocavit. *Ital. 475.*

476 XIIII. BASILISCI ET ARMATI.

1 Basiliscus tyrannus Marco filio suo Caesare facto, dum contra fidem catholicam Nestoriana perfidia intumescens conatur adsurgere, ante inflatus crepuit quam paenitens stare potuerit. Basiliscus cum filio suo et cum Zenonida uxore sua, iam Zenone pristinum ad imperium remeante, in exilium missus est atque in oppidulo, quod Limnis in provincia Cappadociae dicitur, trusus fame extabuit.

2 Odoacar rex Gothorum Romam optinuit. Orestem Odoacer ilico trucidavit. Augustulum filium Orestis Odoacer in Lucullano Campaniae castello exilii poena damnavit. Hesperium Romanae gentis imperium, quod septingentesimo nono urbis conditae anno primus Augustorum Octavianus Augustus tenere coepit, cum hoc Augustulo periit, anno decessorum regni imperatorum quingentesimo vigesimo secundo, Gothorum dehinc regibus Romam tenentibus. *Ital. 476.*

477 XV. SINE CONSVLIBVS.

Bracilam comitem Odoacer rex apud Ravennam occidit. *Ital. 477.*

478 I. ILLI SOLIVS.

Theodolus presbyter in Coelesyria multa conscripsit clarusque habetur. *Gennad. 91.*

479 II. ZENONIS AVG. III.

1 Sabinianus Magnus Illyricianae utriusque militiae ductor creatus curiam fragilem conlapsumque iustum rei publicae censum vel praepaventem fovit vel dependentem

---

TSUR (*hi duo om. a.* 475. 477. 478. 479) 474 = *Iordanes R.* 340; 475, 2 = *Iordanes R.* 341 *et Beda;* 476 = *Iordanes R.* 342; 476, 2 = *Beda.*

1 iunioris] inior *S* solus *UR* 3/4 annis decem et septem menses sex *T*, anno uigesimo septimo mense ui *S*, anni sunt xuii m. ui *UR* 4 idemque filius imperator (-toris *S*) *libri* 6 glicerius *S* romae *om. S* 7 ordinatus] et ord. *S* 8 obit T^a 11 ariagne] *T*, mariagnae *S* tetendit] *scripsi*, tendit *libri* basilicus *S* 13 glicerium *S* eleuatus] et eleuatus T^a 14 horestes *T* imperium] $T^a S$, imperio T^b 18 suo] *S*, *om. TUR* zenodina *S*, zenoida *UR* 19 limnis] liminis *S*, leminis *TUR*, Lemni *Iord.: cf. Ramsay hist. geography of Asia minor p.* 294 20 cappadocia $T^b R$ extabuit] $T^a S$, detabuit $T^b UR$ 21 odoacar *T (hoc loco) UR*, odoacer *T deinceps*, odouacer *S plerumque* (odoacer *p.* 93, 28), Odoacer *Beda* roma T^a horestem *T*, orestum *UR* truncidauit *R* 22 luculano *TS* 23 nono] *TUR*, octauo *S* 24 perit T^a 25 quingentos uiginti duo *T* 26 tenentibus] t. occidit *S* 28 odacer *S* 29 illi] ilii *S*, illuc (*fortasse ex* illi v. c.) *T* 30 theodolus] *sic TS cum Gennadio Corbeiensi* 32 sauinianus *T* fragilem *om. S* 33 conlapsumque] *T*, conlatoremque *S* iustam *S* praepauentem] *T*, praeparantem *S*

tutatus est. disciplinae praeterea militaris ita optimus institutor coercitorque fuit, ut priscis Romanorum ductoribus conparetur.

2 Theodoricum idem Sabinianus regem aput Graeciam debacchantem ingenio magis quam virtute deterruit.

480 III. BASILII SOLIVS.

1 Urbs regia per quadraginta continuos dies adsiduo terrae motu quassata magnopere sese adflicta deplanxit. ambae Troadenses porticus conruerunt: aliquantae ecclesiae vel scissae sunt vel conlapsae: statua Theodosii magni in foro Tauri super cochlidem columnam posita conruit duobus fornicibus eiusdem conlapsis. hunc formidolosum diem Byzantii celebrant VIII kal. Octobris.

2 His consulibus Nepos, quem dudum Orestes imperio abdicaverat, Viatoris et *Ital. 480.* Ovidae comitum suorum insidiis haut longe a Salonis sua in villa occisus est.

481 IIII. PLACIDI SOLIVS.

1 Theodoricus Triari filius rex Gothorum adscitis suis usque ad Anaplum quarto urbis miliario armatus advenit: nulli tamen Romanorum noxius continuo reversus. porro in Illyricum properans dum inter suorum moventia plaustra progreditur, iacentis super carpentum teli acumine et pavescentis equi sui inpulsione fixus transverberatusque interiit.

2 Sabinianum Magnum mors, quae huic peccanti mundo merito imminet, ante ademit quam integrum defetigatae rei publicae subsidium ferret.

482 V. TROCONDI ET SEVERINI.

1 Romanae ecclesiae Felix quadragensimus sextus episcopus ordinatus vixit annos duodecim.

2 Theodoricus cognomento Valamer utramque Macedoniam Thessaliamque depopulatus est, Larissam quoque metropolim depraedatus.

483 VI. FAVSTI SOLIVS.

Idem Theodoricus rex Gothorum Zenonis Augusti munificentiis paene pacatus magisterque praesentis militiae factus, consul quoque designatus creditam sibi Ripensis Daciae partem Moesiaeque inferioris cum suis satellitibus pro tempore tenuit.

484 VII. THEODORICI ET VENANTII.

1 Illus natione Isaurus, dignitate magister officiorum, amputata apud comitatum auricula Orientem Zenoni infestus invasit. porro cum Leontio tyrannidem arripuit.

2 Totam namque per Africam crudelis Hunerici Vandalorum regis in nostros catholicos persecutio inportata est. nam exulatis diffugatisque plus quam trecentis triginta

---

TSUR (*hi duo om. a.* 479. 481. 482. 483) 481, 1 = *Iordanes R.* 346 *et Beda*; 482, 2 = *Beda*; 483 = *Iordanes R.* 348; 484, 1 = *Iordanes R.* 349; 484, 2 = *Beda.*

1 est *om. T* institutom T^a 3 idem sauinianus regem] *T*, regem id est sabinianus *S* dibacchantem *T* 5 solus *UR* 7 troadensis *TSU* 8 eoclidem *TS* 9 cornicibus *UR* eiusdem] eius fori *S* formidulosum *T* 10 celebant *U* octauu kalendas octobres *T* 11 horestes *TSR* 14/15 quartum u. miliarium *S* 15 armatus *om. S* reuersus] *T Iord.*, r. est *S* 16 ilyricum T^1 17 super carp. t. ac. et pauescentis *om. T* 18 interit T^a 19 sauinianum *T* ante] *scripsi*, ante eum *TS* 20 defeetigatae T^a, defatigatae *S* ferret] *scripsi*, foret *TS* 21 trocondii *T* seueri T^b, beueri T^a 24 theodoriehus *T plerumque* (theodoric- *hic v.* 30 *et p.* 93, 28. 29 *bis*), theodoricus *S semper* ualamer *S*, ualamerianus *T* machedoniam *S* 25 quoque] *T*, que *S* 27 idem] id est *S* munificentis T^a 29 mesiacque inferiorioris T^a 31 illius *S* isarus *R* eomitem *T*, *sed lectio incerta* 32 zenonis *UR* leuntio *S* 33 tota T^b hunerichi *TUR*, honorici *S* 34 inporta T^a nam *om. S*

quattuor orthodoxorum episcopis ecclesiisque eorum clausis plebs fidelium variis sub-
3 acta suppliciis beatum consummavit agonem. nempe tunc idem rex Hunericus unius
catholici adulescentis vitam a nativitate sua sine ullo sermone ducentis linguam prae-
cepit excidi, idemque mutus, quod sine humano auditu Christo credens fidem didicerat,
mox praecisa sibi lingua locutus est gloriamque deo in primo vocis suae exordio dedit.
4 denique ex hoc fidelium contubernio aliquantos ego religiosissimos viros praecisis linguis
manibus truncatis apud Byzantium integra voce conspexi loquentes. haec Arrianorum
crudelitas in religiosos Christi cultores supra scriptis consulibus mense Februario coepit
infligi.

485 VIII. SYMMACHI SOLIVS.

Longinus Zenonis frater Augusti post decennalem custodiam, quam eidem Illus apud Isauriam inflixerat, ad germanum suum Constantinopolim advenit.

486 IX. LONGINI SOLIVS.

Iohannes Antiochenae paroeciae ex grammatico presbyter scripsit adversum eos, *Gennad. 93.*
qui in una tantum substantia adorandum adserunt Christum nec adquiescunt duas in Christo confitendas naturas.

487 X. BOETHII SOLIVS.

Theodoricus rex Gothorum Zenonis Augusti numquam beneficiis satiatus cum magna suorum manu usque ad regiam civitatem et Melentiadam oppidum infestus accessit plurimaque loca igne cremata ad Novensem Moesiae civitatem, unde advenerat, remeavit.

488 XI. DYNAMII ET SIFIDII.

1 Leontius interrex et Illus tyrannus in Papyrio Isauriae castello capti decollatique sunt. capita eorum Constantinopolim adlata praefixa hastilibus tabuere.

2 Eodem anno Theodoricus rex omnium suorum multitudine adsumpta Gothorum in Italiam tetendit.

489 XII. EVSEBII ET PROBINI.

Idem Theodoricus rex Gothorum optatam occupavit Italiam. Odoacer itidem rex Gothorum metu Theodorici perterritus Ravennam est clausus. porro ab eodem Theodorico periuriis inlectus interfectusque est.

490 XIII. LONGINI II ET FAVSTI.

Zenon imperator Pelagii gulam in insula quae Panormum dicitur laqueo frangi praecepit.

TSUR (*hi duo om. a.* 485—490) 487 = *Beda;* 488 *cf. Iordanes R.* 353 *et Beda.*

1 episcopis] episcoporum sanctis *S* infidelium R^a uariis subacta] sub uariis acta *S* 2 consum(m)auerunt *UR* hunericus] *R*, hunerichus *TU*, honoricus *S* 3 catholicis *UR* 3/4 praecipit S^a 4 excidi] *T*, abscidi *URS* fide *libri* didicerat] diceret *R* 5 lingua sibi *UR* 6 religiosismos T^a uiros *om. S* 7 manibusque *SUR* bizantium *T* loquentes] *S*, legentes *TUR* 8 supra scriptas *S* 10 simmachii *T*, symachi *S* 11 illus] illius *S*, ullus *T* 14 antichenae T^a paroechiae *T*, parrochiae *S* 15 subtantia *T* adseunt *T* 16 confitendas] *S cum Gennadio*, conf. esse *T* 17 boetii *T*, boeitii *S* 18 cum *om. T* 19 regium *T* 20 moessiae T^a 22 dinamii *TS* 23 lenontius T^a interrex] *S*, *quod tuetur locus p. 103, 14,* interea rex *T* illius T^aS papirio *TS* 24 praefixaque *S cum Iord.* 25 adsupta T^a 26 tendit *TS* 29 moetu *T* est clausus] *T*, ingressus est *S* eadem theodorici *T* 30 interfectusque] interfectus *S* 31 fauti T^a 32 zenon . . . p. 94, 1 imperii *postea add. S* zenon] *T*, zeno *S* plagii *S* panormum] *T*, paganorum *S* 33 praecipit *S*

491 XIIII. OLYBRII SOLIVS.

1 Zenon Augustus vita decessit tam sui imperii annis quam Basilisci tyrannidis mensibus conputatis anno XVII mense sexto. Anastasius ex silentiario imperator creatus est.

2 Bellum plebeium inter Byzantios ortum parsque urbis plurima atque circi igne combusta.

492 XV. ANASTASII AVG. ET RVFI.

Dum bellum paratur Isauricum dumque iidem Isauri imperium sibi vindicare nituntur, in Frygia iuxta Cottiaium civitatem undique confluunt, ibique Lilingis, segnis quidem pede, sed eques in bello acerrimus a Romanis primus in proelio trucidatur, omnesque simul Isauri fugae dediti per montana asperaque loca Isauriam repetunt. hoc bellum Isauricum per sex annos tractum est.

493 I. EVSEBII II ET ALBINI.

1 Bella civilia adversus Anastasii regnum apud Constantinopolim gesta sunt: statuae regis reginaeque funibus ligatae atque per urbem tractae.

2 Iulianus magister militiae nocturno proelio pugnans Scythico ferro in Thracia confossus interiit.

494 II. ASTERII ET PRAESIDII.

1 Anastasius imperator contra orthodoxorum fidei maiestatem intestina coepit proelia commovere: piaculi sui perfidiam prius in Eufemium urbis episcopum sibi pro orthodoxorum fide viriliter resultantem profano manifestavit ingenio.

2 Laudicia, Hierapolis et Tripolis atque Agathicum uno tempore unoque terrae motu conlapsae sunt.

3 Romanae ecclesiae quadragensimus septimus Gelasius episcopus ordinatus vixit annos quattuor.

495 III. VIATORIS SOLIVS.

Eufemius augustae civitatis antistes, de quo superius fecimus mentionem, falso ab Anastasio principe accusatus atque damnatus in exilium ductus est. locum Eufemii Macedonius tenuit.

496 IIII. PAVLI SOLIVS.

1 Augustatico suo dudum Anastasius militibus praestito donativum quoque hoc fratre consule tribuit.

2 India Anastasio principi elephantum, quem Plautus poeta noster lucabum nomine *Casin. v. 846* = 4,
dicit, duasque camelopardalas pro munere misit. 4, 20.

497 V. ANASTASII AVG. II SOLIVS.

1 Solis defectus apparuit.

2 Bellumque Isauricum hoc sexto anno sedatum.

TSUR (*hi duo om. a.* 491. 492. 495) 492 *cf. Iordanes R.* 355.

1 olibrii *T* 2 zeno *S* agustus *T* anuos *T* 5 plebeium] *T*, pleuium *S* 8 idem *T*. *om. S* 9 frigia *TS* cottiaium] *T*, cottiaum *S*: Cotziaium *Iordanes* undique] unde *S* conflunt T^a ibique lilingis (-gi T^a)] *T*, lilii linguis *S* 11 fuga *T* 12 tractus T^a 14 anastasi T^a 15 funibus ligatae] in funibus (*om.* ligatae) *S* urbes *TUR* 16 proelio *om. T* scytico T^b, a scytico T^a, getico *S*; *cf. p. 99, 2* cultro Getico trachia *T* 20 eusimium *UR* 20/21 pro orth. fide] *S*, orth. fide *T*, orth. fidem *UR* 21 profanu T^1 22 laudicia *T*, laodicia *SU*, laoditia *R* et tripolis *om. S* agathicum] *S*, agathaticomiti *TUR*: *Agathicum Ramsayo, quem consului, creditur* Ἀγαθῇ Κώμῃ *sic nominata et in aliis Notitiis episcopiorum et in ea, quam nuper edidit de Boor* (*Zeitschrift für Kirchengeschichte* 20 *p.* 528), *fortasse aequiparanda Themissonio in Notitia Debooriana omisso, sito prope Laodiceam ad Lycum* 24 ep.] ep. santus *S* 25 annis quattuor *T*, annis tres *S* 26 solus *UR* 28 anastasia *S* 31 agustatico *S* 33 elefantem *S* plaustus *T* 34 dicit] dicta *R* camellopardalos *S* pro] ipso *TUR* 35 anastasius T^a aug. *om. R* ii] *S*, *om. TUR* solus *UR*

2 Athenodorus Isaurorum primus in Isauria captus decollatusque est: caput eius Tarsum civitatem adlatum pro portis hastili fixum extabuit.

498 VI. IOHANNIS SCYTHAE ET PAVLINI.

1 Romanae ecclesiae quadragensimus octavus Anastasius pontifex ordinatus vixit annos II.

2 Longinus Isaurus cognomento Selinunteus apud Antiochiam Isauriae civitatem a comite Prisco captus Constantinopolim missus est catenatusque per agentem circumductus Anastasio principi et populo ingens spectaculum fuit, variisque deinde cruciatibus apud Nicaeam Bithyniae civitatem expensus est.

3 Nummis, quos Romani Terentianos vocant, Graeci follares, Anastasius princeps suo nomine figuratis placibilem plebi commutationem distraxit.

499 VII. IOHANNIS GIBBI SOLIVS.

1 Aristus Illyricianae ductor militiae cum quindecim milibus armatorum et cum quingentis viginti plaustris armis ad proeliandum necessariis oneratis contra Bulgares Thraciam devastantes profectus est. bellum iuxta Tzurtam fluvium consertum, ubi plus quam quattuor milia nostrorum aut in fuga aut in praecipitio ripae fluminis interempta sunt. ibique Illyriciana virtus militum periit, Nicostrato, Innocentio, Tanco et Aquilino comitibus interfectis.

2 Hoc anno ingens terrae motus Ponticam concussit provinciam.

500 VIII. PATRICII ET HYPATII.

1 Romanae ecclesiae quadragensimus nonus Symmachus episcopus factus vixit annos quindecim.

2 Anastasius imperator donativum Illyriis militibus per Paulum tribunum notariorum misit.

501 IX. POMPEI ET AVIENI.

1 Constantio praefecto urbis ludos theatrales meridiano tempore spectante pars in eodem spectaculo cerealis parti adversae caeruleae occultas praeparavit insidias. nam enses saxaque in vasis inclusa fictilibus eademque arma diversis pomis desuper cumu-
2 lata sub theatri porticu ritu vendentium statuit. dum residente Constantio ex more civium concrepant voces, ante visa quam audita arma excutiuntur saxaque in incautos cives instar imbrium iaciuntur ensesque vibrantes in amicorum inque vicinorum sanguine obliti suis cum percussoribus debacchantur: nutat et congemescit theatri cavea et refugientium huc atque illuc suorum pedibus conculcata occisorumque foedata cruore
3 deplangit. plus enim quam tria milia civium saxis gladiisque conpressionibus et aquis proscaenii amissos urbs augusta deflevit.

TSUR (*hi duo om. a.* 499. 500) 499 *cf. Iordanes R.* 356.

1 athenodurur *T*a, antenodorus *S* 2 throrsum ciuitate *R* bastili *R* fixum extabuit] xum extabit *T*a 4 octab. (*sic*) *T* 5 annos duo *T* 6 selinanteus *TUR* anthiochiani *S* 7 com. pr.] pr. com. *S* 8 et populo] *T*, populoque *UR*, exspectante populo *S* 9 nichaenam bytyniae *T* 10 nummi *T*, et nummi *UR* terentianos] *TUR*, terrentianos *S*: teruncianos *edd. parum recte, cum praesertim* t *pro* c *non reperiatur in T* follerales *S* anastius *T*a 11 nomine] in n. *S* placibilem] *T*, placabilem *SUR* 12 cibbi *S* (?) 13 yllyricianę *T* militibus *T* 14 necessarii *S* 15 diuastantes *TS* profectus] progressus *S* zurtam *S*: ad zortam *Iordanes* 16 ripae fluminis] *T*, ripe ficae et sine flumine (*ex dittographia fortasse* ripae flumine ficae et sine) *S* 17 perit *T*a tanco] *S*, *om. T* 19 ponti*cam *S* 21 symm. ep.] syrmachus ep. sanctus *S* 23 donatium *T*a illiriis *T*, illyricianis *S* 24 misit] *T*, erogandum misit *S* 25 abieni *T*b*S*, abeni *T*a 26 constantino *S* spectaculum *T*a 27 parti aduersae caeruleae] *scripsi*, parti diuerso ceruleae *T*, patriae ad diuersa caerulae *S* insiuias *S*a 30 concrepat *T*, crepant *S* 31 ciues] *S*, et ciues *T* 32 dibacchantur *T* 33 hoc *T*a 34 conprehensionibus *S* 35 proscaenii amissos] *scripsi*, proscenis amissos *T*, proscemnia missus *S* defluet *S*

502 X. PROBI ET AVIENI.

1 Consueta gens Bulgarorum depraedatam saepe Thraciam, nullo Romanorum milite resistente, iterum devastata est.

2 Amidam opulentissimam civitatem monachorum eius astu proditam Choadis rex Persarum quinto mense, quam expugnare eam coeperat, inrupit, proditoresque eius monachos obtruncavit.

503 XI. DEXICRATIS ET VOLVSIANI.

Tres Romanorum ductores Patricius, Hypatius et Areobindas qui cum quindecim milibus armatorum olim in Persas missi fuerant pugnaturi, iuxta Syficum castellum cum iisdem Persis sine audacia conflixerunt, multis tunc militum ductoribus de proelio fugientibus caesis. inmenso dehinc auri pondere hostibus dato captam rebusque vacuam Amidam civitatem iidem nostri redemere ductores, iam Celere magistro officiorum sibi cum duobus milibus bellatorum in subsidium destinato.

504 XII. CETHEGI SOLIVS.

Interea Celer magister officiorum per Callinicum Mesopotamiae civitatem armatum ducens militem ad devastanda Persarum rura discurrit, plurimos agrestes rusticis intentos laboribus more pecudum trucidat, pastores diversorum pecorum cum numerosa iumenta abducit, castella latere lutoque constructa invadit, usque ad pontem Ferreum sic nomine dictum cuncta vastando progreditur, omnique praeda potitus ad communia castra ditato milite remeat. aliquanta dehinc ob percutiendum foedus cum Persis deliberat, misso ad se pro pepigendo foedere Armonio a secretis.

505 XIII. SABINIANI ET THEODORI.

Idem Sabinianus Sabiniani Magni filius ductorque militiae delegatus contra Mundonem Getam arma construxit. decem milia armatorum sibimet adscitorum plaustraque armis atque commeatibus secum trahens pugnaturus accessit. commissoque ad Horreo Margo proelio multis suorum militibus in hoc conflictu perditis et in Margo flumine enecatis, amissis praeterea plaustris in castellum, quod Nato dicitur, cum paucis fugit. tanta in hoc lamentabili bello spes militum cecidit, ut quantum apud mortales nequaquam potuerit reparari.

506 XIIII. AREOBINDAE ET MESSALAE.

His consulibus Anastasii principis statua in eodem loco, quo dudum Theodosii magni steterat, super inmanem columnam in foro Tauri statuta est.

507 XV. ANASTASII AVG. III.

1 Seditio popularis in circo facta est: miles ei armatus obstitit.

TS 505 *cf. Iordanes R.* 356.

1 abieni *S* 2 conucta *S* depraedata *S* 3 diuastata est *S*, diuastauerat *T* proditur *T* 4 choadis] *S* quadis *T* qundecim *T*ᵃ 5 quinque menses *S* 6 obtruncauit] protinus o. *S* 7 dexecratis *S* 8 hareobindas *T*, areobinda *S* 9 milibus *om. S* in] *T*, contra *S* syficum] *T*, syfream *S* 10 hisdem *TS* multi *S* 11 caesis] caesi sunt *S* 12 idem *T*, id est *S* redimere *TS* iam *om. S* 13 duo milia *S*, duobus militibus *T*ᵃ 14 cettibi *S* 15 calinicum *T*ᵃ 15/16 armato d. milite *T*ᵃ*S* 16 ad] et *S* diuastanda *T* 17 pastore diuersarum *T*ᵃ 18 adducit *S* 19 uastanda *S* omneque *T*ᵃ, omni *S* commonia *S* 21 armonia ad secretis *S* 23 idem] id est *S* sauinianus sauiniani *T* delieatus *S* 24 adseitorum] adsciuit horum *S* 25 conmeatibus] *T*, c. onerata *S* ad horeo margo *T*, iuxta margo plano *S*, *interpolans adhibito Iordane Get. 58, 300:* ad civitatem cognomine Margo planum: ad Margum *Iordanes (Rom.)* 26 praelio *T*, oppido *S* multis] multisque *S* 27 eneeatis *T*ᵃ*S*, necatis *T*ᵇ 28 lamentabile *T* 32 inanem *T* statuta] *T*ᵇ, statua *T*ᵃ, facta *S* 34 ei *potius quam* et *T*, et *S*

2 Gradus circi septentrionalis sua cum fornice incensi conlapsique sunt Anastasio Caesare in processibus commorante.

508 ## I. CELERIS ET VENANTII.

Romanus comes domesticorum et Rusticus comes scholariorum cum centum armatis navibus totidemque dromonibus octo milia militum armatorum secum ferentibus ad devastanda Italiae litora processerunt et usque ad Tarentum antiquissimam civitatem adgressi sunt, remensoque mari inhonestam victoriam, quam piratico ausu Romani ex Romanis rapuerunt, Anastasio Caesari reportarunt.

509 ## II. OPPORTVNI SOLIVS.

1 Orto augusta urbe incendio utramque porticum a foro Constantini usque ad Perdicae tenuissimam statuam ignis in pulverem redegit.

2 Portus Iuliani undis suis rotalibus machinis prius exhaustus caenoque effosso purgatus est.

510 ## III. BOETHII SOLIVS.

1 Simulacrum aeneum in foro Strategii super fornicem residens et cornu copiae Fortunae retinens incendio proflammatum est conbustumque amisit brachium, quod tamen statuarii continuo solidarunt.

2 Appius patricius exulatus est.

3 Constantinus olim magister militiae episcopus Laodiciae ordinatus.

511 ## IIII. SECVNDINI ET FELICIS.

Macedonius augustae urbis episcopus, licet olim Anastasii imperatoris dolis fallaciisque circumventus pravorumque testimoniis eidem Caesari accusatus, quoniam tomum sanctorum patrum apud Calchedonam sancta dudum subscriptione roboratum eidem principi dare distulit, ab eodem Euchaita in exilium deputatus. locum Macedonii Timotheus meridiano tempore ab Anastasio Caesare episcopus ordinatus invasit.

512 ## V. PAVLI ET MVSCIANI.

1 Saepe caelum a septentrionali plaga ardere visum est.

2 Die dominicorum, dum iubente Anastasio Caesare per Marinum perque Platonem in
ecclesiae pulpito consistentes in hymnum trinitatis deipassianorum quaternitas additur,
multi orthodoxorum pristina voce psallentes perfidosque praecones clamoribus obiurgan-
3 tes in eiusdem ecclesiae gremio caesi sunt ductique in carceres perierunt. altera nihilo-
minus die in atrio sancti Theodori maiore caede catholici pro fide unica perculsi sunt.
quapropter commota orthodoxorum agmina die sequenti, id est VIII idus Novemb., in
quo die memoria cineris dudum totam Europam tegentis apud Byzantios celebratur, in
4 foro Constantini undique confluunt. quorum alii quidem, ceteris die noctuque hymnum

TSUR (*hi duo om. a.* 507—510) 509 *cf. Iordanes R.* 356.

1 cum] con *S* incensae *S* 4 comes schol.] comescolae *S* 5 que *om. S* 7 remensoque] inremensaque *S* piratic ausu T^a, piratico casu *S* 9 oportuni *S*, oportuno *T* 11 perdicae tenuissam *T*, iccae tenuissimam *S*: *cf. Codinus de aedif. Constant. p. 94 Rom.: ὁ ἅγιος Ἰουλιανὸς καλούμενος πέρδιξ . . . . ὅτι ἵστατο πέρδιξ χαλκοῦς εἰς μίαν τῶν καμάρων στηλωθεὶς ὑπὸ τοῦ μεγάλου Κωνσταντείνου.* redigit *TS* 12 portu T^a rotabilibus *S* 14 boetii *TS* 15 cupiae *T* (*vel* T^a) 16 amisit *om. S* 19 ordinatus] o. est *S* 21/22 dolis fall. q. circ. *om. S* 22 prauorumque testimoniis (-nis T^a) eidem caesari] pauoremque eiudem (*sic*) caesaris (*om.* testimoniis) *S* quoniam] *S*, quod iam *TUR* 23 patrum *om. UR* calchedonam] *T*, calcedonam *URS* sanctam *S* suscriptione *T* 24 principim T^a dari *S* deputatus] d. est *S* 27 a *om. S* 28 iubentem T^a per marinum *om. S* 29 ecclesia *S* pulpitum *U*, pulpitam *R* 31 eiudem *S* ductive *malim* in *om. UR* alterria T^a, altero *UR* 31/32 nicilominus T^a 32 theodosii *S*, theodorii *R* catholici *om. S* percusi *R*, percussi *U* 33 octauu idus nobembris *T* 34 memoriae *S* bizantius *S* 35 forum constantii *S* die] diu *T*

trinitatis Christo deo psallentibus, totam peragrant civitatem et Anastasii Caesaris
monastico habitu adsentatores ferro flammisque interimunt: alii claves portarum omni-
umque signa militaria ad forum, quo religionis castra metati fuerant, deferunt ibique
Anastasio Caesare in processibus degente Areobindam sibi imperatorem fieri clamitant.
5 imaginibus deinde statuisque Anastasii in terram deiectis Celerem et Patricium sena-
tores ad se supplicandi sibi vel satisfaciendi gratia missos iactis pluviae instar lapidibus
6 reppulerunt domibus Marini et Pompei succensis. in circum ad Anastasium ante suum
solium consistentes hymnum trinitatis iuxta morem catholicum concinentes coruscansque
evangelium crucemque Christi ferentes e foro plurimi convenerunt, Marinum Plato-
7 nemque pravitatis eius auctores feris subici conclamantes. hos cives idem Anastasius
Caesar solitis periuriis simulatisque vocibus, sese facturum cuncta promittens, tertio die
quam in forum advenerant sine ullo rerum effectu ad sua fecit habitacula repedare.

8 Porro redintegrata Anastasius pravitate infamem et inridendam synodum apud Sidonem civitatem, cuius de nomine in ridiculis nomina praeponuntur, octoginta ferme perfidorum episcopis congregatis adversum orthodoxorum episcopos fieri imperavit.

9 Flavianus Antiochiae catholicus patriarcha et Iohannes Paltensium oppidi pontifex, quoniam hunc coetum sacrilegum refellerant, in castellum quod Petra dicitur exules missi sunt. ibi Flavianus confessor Christi in domino requievit, Iohannem Iustinus Augustus, mox imperator factus est, revocavit.

10 His fere temporibus solis defectus contigit.

11 Gens Herulorum in terras atque civitates Romanorum iussu Anastasii Caesaris introducta.

513 VI. CLEMENTINI ET PROBI.

Severus Eutychetis perfidiae cultor Anastasio Caesare volente sedem Flaviani antistitis ex monacho factus episcopus occupavit. Dorotheus Ancyrae civitatis venerandus antistes Anastasio principi propter unicam orthodoxorum fidem iugiter adversarius finem vivendi, quem sibimet misso contra se a Caesare magistriano ipse praedixerat, in dicto tempore fecit.

514 VII. SENATORIS SOLIVS.

1 Vitalianus Scytha, adsumpta Romanorum equitum peditumque plus quam sexaginta milia armatorum in triduo congregatorum, in locum qui Septimus dicitur advenit ibique castra metatus est, dispositisque a mari in mare suorum ordinibus ipse ad usque portam, quae aurea dicitur, sine ullius accessit dispendio, scilicet pro orthodoxorum se fide proque Macedonio urbis episcopo incassum ab Anastasio principe exulato Constantinopolim accessisse asserens. porro Anastasii simulationibus atque periuriis per Theodorum internuntium inlectus atque inlusus octavo die quam urbem accesserat remeavit.

2 Hinc Odyssum Moesiae civitatem Vitalianus pernoctans astu ingressus est.

TSUR (*hi duo om. a.* 514) 514 *cf. Iordanes R.* 357

1 spsallentibus S^{a} peragram *R* 2 monasticum T^{a} adsentatores] *Sirmondus*, ad senatores *T*, ac senatores *UR*, adsertatores *S* portarunt *R* 2/3 omniaque *S* 3 mentati $T^{a}R$ 4 harcouindam *T*, hareobindam *U*, bareobindam *R* 5 imaginibusque *S* stauusque *R* terra *TUR* deietis *S* et *om.* T^{a} 6 supplicandi] publicandi *S* 7 ad] et *S* anastasium] anast. uenientes et *Sconhovius* 8 consistente *T* 9 cruceque T^{a} 10 his ciuibus *UR* idem] id est *S* 11 sese facturum] saepe factorum *S* tertia *S* 13 anastasii *UR* irridecidam *R* 14 octuaginta *S* 15 persidorum *R* episcopis copis *S* episcopos] episcopis *S*, episcopum *TUR* impetrauit *S* 16 paltentium *S* 17 sacrilegium *R* refellerunt *S* 19 est *om. S* 20 hisdem *S* tempus *R* def. sol. *S* contingit *R* 21 erulorum *S* terram inque ciu. *S* caeris T^{a} 23 clementis *S* 24 cultor *om. S* 25 antestitis *S* antistites T^{b}, antistes T^{a} factus *om. S* donotheus ancherae *S* 26 antistes] antestis et *S* aduersariis *R* 30 schyta *T*, scyta *S* 30/31 peditum pl. q. s. m. armatorum *om. S* 32 mari] mare *S* ad usque] usque ad *S* 34 proque] pro qua *T* 35 accessisse] *S*, accesserat T^{b}, accesserant T^{a} 37 odyssum *T*, odissum *S*

3 Cyrillum lenocinantem magis quam strenuum militiae ductorem inter duas paelices Vitalianus repperit dormientem, eumque abstractum mox cultro Getico iugulavit hostemque se Anastasio Caesari palam aperteque exhibuit.

515 VIII. ANTHEMII ET FLORENTII.

1 Romanae ecclesiae quinquagensimus Hormisda episcopus ordinatus vixit annos novem.

2 Idem Vitalianus eidem Anastasio imperatori immanior factus est inimicus: praemissis
quippe suorum equitibus armatisque naviculis sinistro sibi litore decurrentibus ipse
peditum armis stipatus Systhenense praedium ingressus est totiusque loci palatium
3 habuit mansionem. missi sunt ad Vitalianum a Caesare senatores, qui pacis cum eo
leges componerent: nongenta pondo auri, exceptis regalibus muneribus, pro pretio
tunc accepit Hypatii, iam mille centum auri libris cum Uranio captivo sibi a suis in
4 Sozopoli oblatis. magister militum Vitalianus per Thracias factus Hypatium, quem
captivum catenatumque apud Acres castellum tenebat, reversus suo remisit avunculo.

5 Ea tempestate Hunni Armenia transmissa totam Cappadociam devastantes usque Lycaoniam perrexerunt.

6 Ariagne Augusta sexaginta annis in palatio exactis vita decessit.

516 IX. PETRI SOLIVS.

1 Mutata fide Anastasius imperator Vitaliano succedit eidemque Rufinum destinat successorem.

2 Helias Hierosolymitanae urbis episcopus in villa quae Haila dicitur ab eodem principe relegatus emoritur.

3 Laurentium praeterea Lychnidensem, Domnionem Serdicensem, Alcissum Nicopolitanum, Gaianum Naisitanum et Euangelum Pautaliensem, catholicos Illyrici sacerdotes, suis Anastasius praesentari iussit obtutibus. Alcissus et Gaianus episcopi apud Byzantium vita defuncti sunt unoque sepulchro reconditi. Domnione et Euangelo ad sedes proprias ob metu Illyriciani catholici militis extemplo remissis solus Laurentius Anastasium imperatorem in palatio pro fide catholica saepe convincens apud comitatum ac si in exilio relegatus retentusque est, mobiliorque deinde corpore, quam Constantinopolim advenerat, effectus. nam septimo infirmitatis suae anno idem Laurentius fide sua et Christi gratia in atrio Cosmae et Damiani sanatus est pedibusque sistere propriis gressibusque meruit confirmari suaeque dein patriae incolumis reddi, ibique maior octogenario requiescit.

X. ANASTASII ET AGAPITI.

517 Olla illa, quae in Hieremia vate ab aquilone adversum nos nostraque delicta
1 saepe succenditur, tela ignita fabricavit maximamque partem Illyrici iisdem iaculis

TSU (*deficit v. 12 in* suis) *R* (*hic om. a.* 516).

1 lenoeinantem] loquacem *S* 5 qinquag- T^a annis *SR* 7 item *S* imperator *S* 8 equitatibus *S* eurrentibus T^a 9 systhanensem *T*, systenensem *R*, sistinensam *S* 10 missis T^a a eaesare] eaesarem *S* senatore T^a paei T^a 11 nongenta (nonagenta T^2) pondo auri] *TUR*, nonaginta auri pondera *S* pro *om. UR* 12 libras *R* huranio *S* 13 sozopolim *TR*, zotopolim *S* ablatis *R* magistrum T^a thraciam *S* quem *om. S* 14 aeres *R* 15 ea] haee *S* uni *S* armoenia T^bS, armonia T^a transmisso *S*, transmise *R* usque] et usque *S* 17 ariagne *S*, ariadnae *TR* 19 suecedit] *fort.* sueeenset idemque *S* ruphinum *T* 21 hieropolitanae *S* haila] *T*, hahila *S* 23 lyeidensem *S* sardieensem *S* alcisum *S* 24 euangelium *S* paulitaliensem *S* 25 alcisus *S* episeopus *S* 26 euangelio *S* 27 exemplo *S* 29 ae] a T^a 30 effeetus] e. est *S* idem] id est *S* 31 et] *S*, sed *T* 32 gressibusque *T*, que gressum *S* incolumis] ineolumes *T*, *om. S* reddi] ST^1, rediit T^2 33 ibique] *T*, ibi *S* oetoginarii *T* 35 uate ab] bate ab T^b, lateb T^a aduersus *R* nos nostraque] nostrique *S* 36 tela ignita] telarginta *R* illitici *R* hisdem *TRS*

vulneravit. duae tunc Macedoniae Thessaliaque vastatae et usque Thermopylas veteremque Epirum Getae equites depraedati sunt. mille tunc librarum auri denarios per Paulum Anastasius imperator pro redimendis Romanorum captivis Iohanni praefecto Illyrici misit: deficiente pretio vel inclusi suis cum domunculis captivi Romani incensi sunt vel pro muris clausarum urbium trucidati.

518 XI. MAGNI SOLIVS.

1 In provincia Dardania adsiduo terrae motu viginti quattuor castella uno momento conlapsa sunt: quorum duo suis cum habitatoribus demersa, quattuor dimidia aedificiorum suorum hominumque amissa parte destructa, undecim tertia domorum totidemque populi clade deiecta, septem quarta tectorum suorum totaque plebis parte depressa, vicina vero metu ruinarum despecta sunt. Scupus namque metropolis, licet sine civium suorum hostem fugientium clade, funditus tamen corruit. plurimi totius provinciae montes hoc terrae motu scissi sunt saxaque suis evulsa compagibus devolutaque arborum crepido. per triginta passuum milia patens et in duodecim pedum latitudinem dehiscens profundam aliquantis voraginem civibus castellorum saxorumque ruinas vel adhuc hostium incursiones fugientibus iussa paravit. uno in castello regionis Gavisae, quod Sarnonto dicitur, ruptis tunc terra venis et ad instar torridae fornacis exaestuans diutinum altrin-
2 secus ferventemque imbrem evomuit.

Anastasius imperator subita morte praeventus maior octogenario periit: regnavit
3 annos viginti septem menses duos dies viginti novem.

Daras civitate huiuscemodi condita in Mesopotamia. S
Daras quaedam possessio LX ab Amida civitate miliario ad austrum sita et quindecim milibus a Nisibino oppido ad occasum distans Amidensi ecclesiae reditum pensavit. huius ergo humilis villae casas Anastasius imperator ob condendam ibi civitatem dato pretio emit, missisque continuo praefabris construi praecepit: Calliopium deinde Antiochenae urbis patricium huic operi praefecit. nempe hic collem in planitiem desinentem mira sagacitate ob fundamenta locanda sulcum sarculo designavit, murisque firmissimis fascia tenus consummatis undique texit. rivum quoque, qui ex praedii nomine, iuxta quod nascitur, Cordissus nominatur serpensque murmurat, quintoque miliario eundem collem novamque dividit civitatem, con-
4 cesso utrique ostio prolabentem inclusit [1]). publicis prae-

TSU (*sed inde a v. 9 omissa lacera*) *R*

1 maeedonia *R* thessaliaque] thesauri atque T^a uastatae] T^b*R*, uasa est T^a, uastata est *S* thermopilas *TS*, hermopulis *R* 2 epyrum *TR*, ephyrum *S* getae] gente *SR* 4 uel *om. R* inclusi] *SR*, deinelusi (*vel* -sis) *T* eum] dum *R* ineensi] *S*, tenti *T*, delecti *R* 6 magni solius] *T*, magni solus *R*, magni et florentii *S* 7 dardania *om. TR* uno] in *R* 8 eum suis *R* 9 admisa *R* totidem pelade *R* 10 totaque] *libri* (*id est τόσος, non πᾶς*), tantaque *edd.* plebis parte] plebs *R* 11 uieina uero] uicinarum *S* despeeta] deteeta *R*: *malim* deserta scupus namque metropolis] templum n. et populus *R* 12 hostem] olim hostes *S* corruit] ruit *S* motes *S* 13 eaxaque *R* compaagibus T^a deuoluta et arb. *UR*, deuoluta arborumque *S* cropido *T* 14 milia *om. S* in *om. UR* pedum *om. S* latitudine *TUR* 15 prof. aliq. uoraginem *S*, *om. TUR* 16 iussa *TS*, lustra *UR*: *fortasse fuit* busta, *ut* terra *cogitatione suppleatur* paruit *S* uno in .... 18 euomuit] *hoc loco S*, *post* 12 corruit *TUR* in uno *R* castello] *S*, agello *TUR* regionis g. q. s. dieitur] *S*, *om. TUR* 17 tunc] tum *U*, eum *R* intar *S* 19 perit *TR* 20 xxiiii *R* 21 daras ... p. 101, 4 respiciens] *S*, *om. TUR* mesopotamiam *S* 22 lx] sexaginta *S* 26 praefabris] praeeipuis fabris *vel* praefeetis affabris *similiterve scr.* 31 faseia] *scripsi*, fastia *S* 32 qui *om. S* 33 murmurat quintoque miliario] murmura quingenti (*ex* murmurad *natum*) quinque miliarium *S*

1) *Cf. Procopius bell. Goth. 4, 7 de oppido Daras: πηγὴ ἄγχιστά πη φυομένη ἐν χώρῳ κρημνώδει ποταμὸν ἀπεργάζεται μέγαν, ὅσπερ τῆς πόλεως εὐθὺ φέρεται .... ἐπειδὰν δὲ τοῦ περιβόλου ἔντος γένηται,*

terea moenibus decoratae civitati pristinum nomen villae reliquit. ingens huius frontispicium civitatis in editiori loco constructa murisque continuata turris Herculea sic nomine dicta suspicitur Nisibin quidem ad orientem, Amidam huius ad aquilonem respiciens.

CONTINVATIO EDITIONIS SECVNDAE.

519 XII. IVSTINI AVG. ET EVTHARICI.

1 Iustinus a senatu electus imperator continuo ordinatus est. *T*

Iustinus imperator creatus. *S*

2 Amantius palatii praepositus, Andreas, Misahel et Ardabur cubicularii Manichaeorum fautores et Iustini Augusti deprehensi sunt proditores. quorum duo Amantius et Andreas ferro trucidati sunt, Misahel et Ardabur Serdicam in exilium missi. Theocritus Amantii satelles, quem idem Amantius praepositus ad regnandum clam praeparaverat, comprehensus et in carcere saxis contusus ingentibus periit salsoque in gurgite iacuit, sepultura quoque cum imperio, cui inhiarat, caruit. *T*

Amantius palatii praepositus et Andreas cubicularius uterque regni eius inimicus in insula decapitatus est. *S*

3 Vitalianus Scytha Iustini principis pietate ad rem publicam revocatus Constantinopolim ingressus est septimoque receptionis suae die magister militum ordinatus. *T*

Vitalianus Scytha urbem data acceptaque fide accitus ingreditur statimque magister militum ordinatus. *S*

520 XIII. VITALIANI ET RVSTICI.

Vitalianus consul septimo mense consulatus sui sedecim vulneribus confossus, in palatio cum Celeriano et Paulo satellitibus suis interemptus est.

521 XIIII. IVSTINIANI ET VALERII.

Famosissimum hunc consulatum Iustinianus consul omnium Orientalium consulum profecto munificentior his liberalitatibus edidit. nam ducenta octoginta octo milia solidorum in populum inque spectacula sive in spectaculorum machinam distributa,

TSU (sed lacera) R (hi duo om. a. 519. 520). 519, 1. 2. 3 = *Iordanes R.* 360. 361.

1 moenbus *S* 4 suscipitur *S* nisibini *S* 7 iustiniani *S* eutharici] *T*, eutherici *S* 8 a *om. T* 12 fauores T^1 15 serdica *T* 19 carcerem *T* 20 perit T^a salsumque *T* 20/21 sepulturam *(ut vid.) T* 21 cuinhiarat *T* 23 scyta *T* 26 diem T^a 29 consulibus *S* sui *bis* T^a sedecim] *T Iord.*, septimo decimo *S* 30 celaeriano T^a, cleriano *S* suis *om. S* 32 consul] consulibus *S* 32/34 orientalium consulum (consulatum *T*) pr. m. h. l. edidit (ededit T^a) nam ducenta (ducentos *T*) o. o. m. s. in (im *T*) populum] orientalium | litatibus edidit ducentorum (rum *supra v.*) octuaginta octo solidorum his libera | consulum profecta munificentiori | in pop. *S*: *scilicet verba* consulum profecto munificentior his libera *cum librarius reperiret in margine archetypi adiecta, traiecta non suo loco inseruit* 34 inque in *S* machina *S*, macchina *T*, machinas *R*

τήν τε πόλιν περιιὼν ξύμπασαν καὶ τὰς ταύτῃ δεξαμένας ἐμπλησάμενος εἶτα ἔξεισιν, ὡς ἀγχοτάτω τε τοῦ περιβόλου ἐς χάος ἐμπεσὼν ἀφανίζεται . . . τοῦτο δὲ τὸ χάος οὐκ ἐπὶ παλαιοῦ γεγονὸς ἔτυχεν, ἀλλὰ χρόνῳ πολλῷ ὕστερον ἢ τὴν πόλιν Ἀναστάσιος βασιλεὺς ἐδείματο ταύτην, ἡ φύσις αὐτοῦ τοῦ χωρίου ἀπαυτοματίσασα ἔθετο. de aedificatione cf. Malalas p. 399 ed. Bonn. (inde Chron. paschale ad a. 498) cet.

viginti leones, triginta pardos exceptis aliis feris in amphitheatro simul exhibuit. numerosos praeterea faleratosque in circo caballos iam donatis quoque impertivit aurigis, una dumtaxat ultimaque mappa insanienti populo denegata.

522 XV. SYMMACHI ET BOETHII.

523 I. MAXIMI SOLIVS.

Plerique lapidatorum, percussorum urbisque depopulatorum sua ob scelera deprehensi ferro, igni suspendioque expensi sunt, gratum bonis civibus spectaculum exhibentes.

524 II. IVSTINI AVGVSTI II ET OPILIONIS.

His cons. inopia olei magnam penuriam in populum inportavit.

525 III. FILOXENI ET PROBI.

Iohannes Romanae ecclesiae papa LI anno Petri apostolorum pontificumque praesulis quadringentensimo octogensimo quinto sessionis eius, Theodorico rege sese . . . . pro Arrianis suae caerimoniae reparandis, solus dumtaxat Romanorum sibimet decessorum urbe digressus Constantinopolim venit. miro honore susceptus est: dexter dextrum ecclesiae insedit solium diemque domini nostri resurrectionis plena voce Romanis precibus celebravit.

526 IIII. OLYBRII SOLIVS.

Totam quidem Antiochiam Syriae civitatem repens inter prandendum terrae motus invasit: alioquin occiduam urbis magnamque eius partem sinistris mox ventis undique flantibus flammasque coquinarum pro tempore aestuantes ruentia in aedificia miscentibus duplex torridumque exitium inportavit. Eufrasium quoque totius urbis episcopum adempto eius capite combusto simul obruit sepulchro: obelisco circi inverso et humi defosso.

527 V. MAVORTII SOLIVS.

Anno regiae urbis conditae centesimo nonagensimo septimo Iustinus imperator Iustinianum ex sorore sua nepotem iamdudum a se Nobilissimum designatum participem quoque regni sui successoremque creavit kalendas Apriles: ipse vero quarto ab hoc mense vita decessit, anno imperii nono mense secundo.

528 VI. IVSTINIANI AVGVSTI SOLIVS.

Anno regiae urbis conditae centesimo nonagensimo octavo regium vestibulum priscumque in eo solium ob aspicienda probandaque in circo certamina structum victor Iustinianus princeps eminentiorem clarioremque quam fuerat et utramque senatorum ex more spectantium porticum solita magnanimitate redintegravit, bonis quidem agitatoribus praemium, ignavis autem in nobis severitatem innuens.

TSU (sed lacera) R (hi duo om. a. 522. 523. 526. 528) 527 = *Iordanes R.* 362. 363. 531 = *Beda.*

1 leones] l. et *S* 2 numerosos] nummerosor *T*ª, mirosos *R* cauellos *S* imperiuit *T*ª, inpratium *R* 3 ultimoque *S* insaniente *TR* 4 boetii *TS* 6/8 plerique . . . . exhibentes *om. S* 6 urbique *T* 9 augusti ii] ii (*om.* aug.) *S*, augusti (*om.* ii) *TR* pilionis *S* 10 his cons . . . importauit *om. S* 11 filaxeni *S* 12 li] *TR*, quinquagesimus tertius *S* petri *scripsi*, a petri *TSR* 13 quadringentesimo octuagesimo quinto *S*, quadringentensimo (quadrig- *T*ª) septuagensimo quinto *T* sese] *fuit* succenseute *vel* sese movente *vel* sese mittente: *flagitavit rex, ut Ariani ad catholicam fidem conversi suae ecclesiae restituerentur et propterea Iohannem misit ad Iustinum* (*cf. anon. Vales.* 15, 88—90) movente *similere vocabulum excidit* 14 arrianos *T* *post* reparandis *ins.* infecto *R*, laborante *Sconhovius* orbe *R* 16 degressus *S* susceptus] *T*ᵇ, sumptus *T*ª, resumptus *S* 19 prandentium *S*, radendum *T* 20 uentir *T*ª ubique *S* 21 cocynarum *S* miscentibus] mittentibus *Hirschfeld* 22 totius] *T*, loci huius *S* ademptio *T* 23 *fortasse* combustum obilisco *S*, obilisci *T* humo *T* defossos *S* 25 mabortii *TS*, malortii *R* solus *R* 26 regia *S* 27 sua *om. T*ª 27/28 participem *om. S* 28 kalendas apriles *T* 29 imperii] imperante *S* 30 iustinianiani *T*ª 32 priscumque] priscum *S* 33 quam] *S*, iam *T* et utramque] *scripsi*, utrumque et *S*, et ultra quam *T* senatorem *S* 33 solitam *T* 35 in nobis] *T*, *om. S*

529 VII. DECII SOLIVS.

Parthis bella moventibus arma Romanus paravit exercitus finesque suos rebellans tutatus est. haec expeditio nostrorum paene per quinquennium tenuit, digressaque Oriente Africam petiit, contra Vandalos feliciter dimicatura.

530 VIII. LAMPADII ET ORESTIS.

Mundo Illyricianae utriusque militiae ductor dudum Getis Illyricum discursantibus primus omnium Romanorum ducum incubuit eosque haut paucis eorum interemptis fugavit. his autem deinde consulibus idem dux audaciae suae secundus in Thraciam quoque advolans praedantes eam Bulgares felicior pugnans cecidit, quingentis eorum in proelio trucidatis.

531 IX. POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS.

His consulibus codex Iustinianus orbi promulgatus est.

532 X. ITEM POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS.

Hypatius, Pompeius et Probus genere consobrini divique Anastasii nepotes imperium, quod sibi singuli indigna ambitione exoptabant, idibus Ianuariis iam plerisque nobilium coniuratis omnique seditiosorum turba armis donisque ministratis inlecta dolis invadere temptaverunt atque per quinque continuos dies urbem regiam rapinis, ferro igneque per sceleratos cives sine certo interrege discursantes hostili impietate, ipsi se fideles rei publicae in palatio dissimulantes, depopulati sunt. quinta vero huius nefandi facinoris die, dum de foro Hypatius sceleratorum comitum manibus torque redimitus aureo et Pompeius comes eius sua sub veste loricatus ad invadendum conscendunt palatium, uterque eorum ante fores palatii captus est statimque piissimi principis nostri nutu catenatus trucidatusque poenas luit et ante imperium perdidit quam haberet, innumeris passim in circo populis trucidatis et tyrannorum sociis continuo proscriptis. ecclesia tunc incensa mox coepit ab eodem Augusto renovari.

533 XI. IVSTINIANI AVGVSTI III.

Post diuturnum immanemque laborem contra Medos Romanis gestum sudoribus tandem per Rufinum patricium perque Hermogenem magistrum officiorum, utrumque legatum a principe nostro missum, pax cum Parthis depecta est sponsione percussi foederis ab utroque imperatore invicem sibi muneraque deinde concordiae missa.

534 XII. IVSTINIANI AVGVSTI IIII ET PAVLINI.

Provincia Africa, quae in divisione orbis terrarum a plerisque in parte tertia posita est, volente deo vindicata est. Carthago quoque civitas eius anno excidionis

---

TSU (*sed textu lacero finienteque v. 16 in* donisque) *R* (*hi duo om. a.* 529. 530. 533) 529. 532. 533 = *Iordanes R.* 362—365 531 = *Beda* 534 = *Iordanes R.* 366 *et Beda.*

1 dedici S^a, dedicii S^b 2 parthis . . . . 4 dimicatura *om. S* nostrorum] nostrorum arma *proposuit Hirschfeld* 4 petit *T* 5 horestis *T* 6 undo *S* dudum] d. quidem *S* 6/7 discurrentibus *S* 8 idem] id est *S* 9 trachiam *T* uulgares *S* felicior pugnans] *T*, feliciore pugna *S* 10 trucidatus *S* 11 post consolatu lampadii et horestis *T* 12 iustiniani *SR* 13 consolatu *T* 15 indigni *TR* exoptantes *S* idus ianuarias *TUR*, idus ianuarii *S* 17 atque] *S*, inqua *TR* continuos dies] tercius dies *R* 18 ipse *S* 19 desimulantes *S* quinta] quid *TR* nefandi] infandi *S* 20 de *om. S* comitatum *S* 21 inuadendum] inuadendum tendumque *S* conscendunt] *TR*, ascendunt *S* 23 tructoatusque *R* ante] ***e *T* 24 continuos *R* 25 ecclesia t. i. (ecclesiam t. incensam *T*, ecclesiam incensam tunc *R*) . . . . renouari *om. S* 26 iustini *S* 27 medios *T* 28 hermoginem *S* 29 depecta] *T*, depacta *S*: depicta *Iordanes* sponsione] *T*, sponsionem *S* 30 *post* sibi *fortasse excidit* praestita *vel pro* sibi *scr.* inita muneraque deinde] *T*, munera deinque *S* concōrdia missi *S*: pax depicta est foedusque initum et munera ab utroque sibi invice principe distinata *Iordanes* 31 iustinian *S* quarti *T* pauli *R* 33 excessionis *S*

suae nonagensimo sexto pulsis devictisque Vandalis et Gelimer rege eorum capto et Constantinopolim misso, quarto Iustiniani principis consulatu, ipsius moderatione recepta est, sua cum patria firmius, quam dudum fuerat, redintegrata.

ADDITAMENTVM.

Quo tempore Theodahadus rex Gothorum Amalasuentham reginam creatricem suam de regno pulsam in insula laci Vulsinensis occidit. cuius mortem imperator Iustinianus ut doluit, sic est et ultus.

535 XIII. BELISARII SOLIVS.

1 Postquam Carthago Libyaque suo cum rege Gelimero per Belisarium est subiugata, de Roma Italiaque deliberat imperator: iterumque expeditio iterumque classis paratur idemque ductor qui consul eligitur, rectoque navigio Siciliam properat, Catinam Syracusam sine mora, immo omnem pervadit Trinacriam. ibique comperiens quod in Africa civile bellum exoritur et miles in proprio duce insurgit, cum paucis ad Africam tendit, Solomoni qui praeerat subvenit: exercitum vero partim blandiendo, partim ulciscendo, inimicum tyrannum effugando, rei publicae consulit utilitati remensoque navigio Trinacriam redit.

2 Agapitus quinquagesimus Romanae urbis episcopus a Theodato rege Gothorum in legatione directus Constantinopolim venit.

3 Tzitta patricius in Mysia cum hoste Bulgarum congrediens ad latrum superior invenitur.

4 Epifanius episcopus regiae urbis ante adventum Romani praesulis moritur: cuius episcopatum contra canones Anthimus Trapezuntena ecclesia relicta invadit.

536 XIIII. POST CONSVLATVM BELISARII.

1 Ebremud Theodati gener relicto exercitu regio in Britios ad Belisarium in Siciliam convolavit.

2 In Africa vero Solomone itidem cum exercitu dissidente Germanus succedit, Solomonem remittens ad principem.

3 Belisarius Campaniam transiens Neapolim vastat.

4 Gothorum exercitus Theodahadum regem habens suspectum Vitigis in regno asciscit: qui mox in campos Barbaricos regnum pervasit.

5 Expeditione soluta Romam ingreditur, ubi iam Agapito Constantinopoli defuncto Theodahadus rex Silverium episcopatui subrogarat: ibique residens dirigit Ravennam.

6 Theodatum occidit in loco qui dicitur Quintus iuxta fluvium Santernum et ipse subsequitur per Tusciam omnes opes Theodati diripiens, quas in Insula vel in Urbevetus congregaverat.

S (finit 3 in redintegrata) *TR* 536 *cf. Iordanes R.* 373.

1 et *om. S* gelimer] *TR*, gelimero *S* 2 consulatus *S*[1] 3 suaque *S* *subscriptionem libri S hic finientis v. p. 43* 5 amal[a]suentham *T*, amalasuentam *R* 6 uulsam *T*, euulsam *R* regno *R* insulam *R* bulsinensis *T*, bulsinensi *R* 8 solus *R* 9 cartago *T* 10 italiamque *R* idecumque *R* 11 catenam *T*, cathenam *R* 14 parti *T*[a] 14 15 mulciscendo *R* 15 remisoque *R*, remenso (*om.* que) *T*[a] 17 quinquagesimus *T*, quinquagesimus secundus *R* urbis] ecclesie *R* 19 superiore *T*[a] 21 [urb]is *T* mo[ri]bus *T* 22 anthonius *R* trapezzuthena (-nae *T*[a]) *TR* inuadet *T* 23 consolatu *T* 24 ebermud *T*[a] britios] *T*, brizzios *R* belesarium *T* sicilia *TR* 27 solomone *R* 28 belesarius *T* 29 theodat- *R semper* uurtigis *R et sic deinceps* 31 campo *R* peruasit] persit *R* 31 roma *T*[a] constantinopolim *T* 32 subrogat *R* dirigi *T*[a] rauenna *T* 34 quas] que *R* 35 uetus] ueteri *R*

7 Ravennamque ingressus Matesuentham nepotem Theodorici sibi sociam in regno plus vi copulat quam amore.

8 Belisarius favente domino Romam ingreditur.

9 Germanus in Africa feliciter administrat.

10 Agapitus Constantinopolim, ut diximus, episcopus a Roma adveniens, Anthimum pellit, dicens eum iuxta ecclesiasticam regulam adulterum, qui sua dimissa ambierat alienam: in cuius loco Mennam presbyterum episcopum ordinavit et ipse extremum diem obiit: in nullo tamen, sicut ei a principe imminebatur, sentiens contra fidem.

11 Ipso namque anno ob nimiam siccitatem pastura in Persida denegata circiter quindecim milia Saracenorum ab Alamundaro cum Chabo et Hezido fylarchis limitem Eufratesiae ingressa, ubi Batzas dux eos partim blanditiis, partim districtione pacifica fovit et inhiantes bellare repressit.

537 XV. ITERVM POST CONSVLATVM BELISARII.

1 Vitigis tyrannus exercitu aggregato Romam obsidet: cui tunc faventem papam Silverium Belisarius ab episcopatu summovit et loco eius Vigilium diaconum ordinavit.

2 Temporeque longo Romam obsidente Vitigis Belisarius intus inedia vigiliisque laborans auxilium ab imperatore deposcit: cui directi sunt Martinus et Valerianus uterque magister militiae: nec sic tamen Vitigis obsidionem relinquit.

3 In Africa Germanus rebelliones milites cum Stotza tyranno inter Maurorum deserta bellando effugat.

4 In Oriente quoque Iohannes Cottistis arripiens tyrannidem, antequam adversi aliquid temptaret, Daras extinctus est.

5 Ecclesia maior Constantinopoli ab imperatore Iustiniano singulariter in mundo constructa dedicatur die VI kalendas Ianuarias.

538 INDICTIONE PRIMA IOHANNIS SOLIVS.

1 Adhuc Vitigis in obsidione Romae morante Iohannes magister militum cum Batza, Conone, Paulo Remaque inlustribus magnoque exercitu apparato ad Italiam properant castraque ad Portum Romanum conlocant, laboranti Romae subveniunt. quorum adventum Vitigis cernens trium mensium temporis cum Belisario pacta confirmat suosque legatos ad imperatorem transmittit.

2 In qua pace Belisarius Campaniam redit, annonae copiam Romae inlaturus: reversusque Campania contrarium sibi de medio aufert Constantinum patricium.

3 Iohannes vero in portu quae posuerat castra deserens Samnitum regionem ingressus est Aternoque oppido expugnato Tremonem Gothorum ducem cum suis prosternit, Ortonam quoque similiter invadit. Picenum depraedans Ariminum occupat.

4 Quo audito Vitigis ab obsidione urbis, in qua adhuc post turbatam pacem consistebat, relicta Roma per Clodiae aggerem et annonariam Tusciam transit Appenninum et in Rubiconis fluminis ripa castra metatus Ariminum obsidet.

TR (*om. a.* 538 *praeter primum vocabulum* ind.).

1 que *om.* *R* mathesuentham *R* 2 plus ui] pulsui *R* amore] amare *T*a, ob rem *R* 3 belesarius *T* dom. fau. *R* 4 africam *TR* 5 diximu[s epis]copus *T* anthemum *R* 6 pellit] mox ecclesia pellit *R* 7 sua] sua ecclesia *R* minnam *T* praebyterum episcopu *T*a extremo die *R* 8 obit *T*a, obiit in domino *R* ullo *T*a imminabatur *R* 9 namque] autem *R* nimia siccitate *T*b 10 fylarcis *T*, sylaricis *R* limite *TR* 11 ufratisiae *T*, eufratisie *R* ingressa] i. est *TR* parti in blanditis *T*a 13 iteru post consulatu *T* 14 uitigis] *T*a, uuitigis *T*b exercitus *R* 15 bilisarius *T* 16 bilisarius *T* uuitigis *T*b 17 ualarianus *R* 18 uuitigis *T*b 19 stozza *R* [tyra]nno *T* 20 bellan[d]o *T* 21 cottistis] scortistis *R* tyrannide amte quem *T*a 23 constantinopolim *T* 24 ui] tertio ui *T*a 32 auferet *T* 34 oppidi *T*a 35 quoque] quo *T*a occup[at] *T* 36 audito] dodito *T*a q[ua] *T* 37 cloiae *T*a

5 Unde proturbatus a Narsete de Constantinopoli et a Belisario de Roma venientibus fugit Ravennam.

6 Cuius nepos Oraio Mediolanum longa inedia deterit, Mundilam Paulumque duces ibi positos cum suos milites obsidens.

7 Narsete vero Arimino residente Belisarius accedens Romae ad exhiemandum in deditione suscipit Urbinum et Urbemvetus et insulam laci Vulsinensis.

539 II. APPIONIS SOLIVS.

1 Narsis revertitur Constantinopolim.

2 Belisarius obsidens Auximum septimo mense ingreditur, similiterque et Faesulam.

3 Gothi Mediolanum ingressi muros diruunt praedamque potiti omnes Romanos interficiunt, Mundilam Paulumque duces abducunt Ravennam.

4 Theudibertus Francorum rex cum magno exercitu adveniens Liguriam totamque depraedat Aemiliam. Genuam oppidum in litus Tyrrheni maris situm evertit ac praedat. exercitu dehinc suo morbo laboranti ut subveniat, paciscens cum Belisario ad Gallias revertitur.

5 Germanus de Africa Constantinopolim evocatur. Solomon ibi rursus dirigitur.

6 Calluc magister militum cum Gepidas primum feliciter dimicans secundo infeliciter ruit.

540 III. IVSTINI IVN. SOLIVS.

1 Parthi in Syriam ingressi multas urbes subvertunt: contra quos Germanus arma arripiens Iustinum filium eundemque consulem in ipsis fascibus secum ducit.

2 Antiochia magna depraedata demolitur a Persis.

3 Belisarius Ravennam ingreditur, regem Vitigis et reginam cunctasque opes Gothosque nobiliores tollens secum ad imperatorem revertitur evocante se Marcello comite.

4 Solomon in Africa feliciter dimicans rebelliones proturbat.

5 Gothi trans Padum residentes Oraio Vitigis nepote et Heldebado ductantibus Vitigis regem cum regina opibusque palatii nec non et Gothos audientes sedibus propriis pulsos Orientemque per Belisarium abductos rebellare disponunt, regem sibi statuentes Heldebadum.

6 Contra quem debellaturus Bessa patricius Placentiam a Ravenna conscendit, Constantino Ravennam de Dalmatiis, ut praeesset exercitui, ab imperatore directo.

541 IIII. BASILI SOLIVS ANNO PRIMO.

1 Parthis persistentibus inimicis Belisarius Orientis suscipit expeditum Germano regresso ad urbem regiam.

2 Gothi Heldibado occiso Erarium sibi ordinant regem.

3 Solomon in Africa interficitur, Sergius loco eius dux successit belli moderatorque provinciae.

542 V. POST CONSVLATVM BASILII ANNO SECVNDO.

1 Milites clam Veronam ingressi dum avaritia inhiante de praeda concertant, a Gothis egredientibus de latebris cum suo dedecore civitate pelluntur.

T

1 constantinopolim *T* 2 rauenna *T* 3 nepus *T* deterit] interit *T*a 9 bulsinensis *T* belesarius *T*a et fesulam *T*b, et efesulam *T*a 10 mediolano *T* 11 duces abducunt] ab duces ducunt *T*a 13 tyr[rh]eni *T* 14 [exercit]u *T* laborante *T* [ut] subu. *T* patiscens *T*a 20 syria *T*b 22 in *om.* *T*a 22 anthiocia *T* 23 rauenam *T*a 26 oraio] orai *T*a 27 rege *T* 28 orienteque *T* bilisarium *T* 30/31 constan[tino] *T* 31 praesset *T*a [exer]citui *T* 33 bilisarius *T* 36 belli moderatorque] bel in moderator *T*a 38 consolantu *T* basilii *T*b 39 uerona *T* inhante *T*a 40 dedecore] decore *T*a

2 Gothi Erario rege occiso Totilam in regnum manciparunt. qui malo Italiae mox Padum transit et ad Faventiam Aemiliae civitatem Romanum exercitum superat, duces effugat, Caesenam et Urbinum, Montem feretris et Petrapertusa occupat, huc illucque discurrens devastat Italiam.

3 Rursus in annonaria Tuscia ad Mucellos per Ruderit et Viliarid Bledamque duces suos Romanum exercitum superat. quo proelio Bessa patricius vulneratus evadit: ceteri vero fugientes per quaqua salvati sunt.

543 VI. POST CONSVLATVM BASILII ANNO III.

1 Totila devastat Campaniam urbesque muratas evertens per suos Tiburem obsidet.

2 Mortalitas magna Italiae solum devastat, Orientem iam et Illyricum peraeque attritos.

3 In Oriente Persis adhuc tenentibus conflictum cum nostris Sergius in Africa inquietatur a rebellionibus cum Stotza et Mauris.

544 VII. POST CONSVLATVM BASILII ANNO IIII.

1 Totila obsidet Firmum et Asculum invasamque Neapolim desolat et Tibur.

2 Roma vero obsidetur a longe, in qua praeerat Iohannes magister militum.

3 In Oriente Belisario constituto exulatur Iohannes ex consule ordinario patricius atque praefectus praetorio et domus eius datur Belisario.

545 VIII. POST CONSVLATVM BASILI ANNO QVINTO.

1 Totila Firmum et Asculum sub iuramento ingressus est: milite Romano cum rebus suis dimisso crudelitatem suam in Romanos exercuit eosque omnes nudat et necat.

2 In Africa Iohannes inruens super tyrannum Stotiam interimit eum et ipse ab eius occiditur armigero. in qua tyrannide Iohannes quidam electus Stotias iunior vocitatur.

3 Belisarius de Oriente evocatus in offensam periculumque incurrens grave et invidiae subiacens rursus remittitur ad Italiam. qui veniens Romae dirigit Bessam, Iohannem mittit ad imperatorem.

4 Totilas vastato Piceno pugnansque ad Auximum vincit. indeque discurrens per Tusciam Spoletium destruit et Asisium Clusiumque oppida tenuit et obsidet Perusiam.

546 VIIII. POST CONSVLATVM BASILI ANNO SEXTO.

1 Vigilius papa LVIIII ab apostolo Petro evocatus ab imperatore Roma egreditur et Siciliam venit.

2 Totila occupata Lucania et Brittios Neapolim subvertit, Romam obsidet.

3 De Africa Sergius evocatur et Ariovinda neptem imperatoris acceptam ibi iudex dirigitur.

4 In Oriente cum Parthis foedus initur per Constantianum magistrum militiae et exercitus revertitur Constantinopolim.

TR (*om. a.* 542. 544. 545).

5 annonariam tusciam *T* blidamque *T* 8 [post cons]ulatum *T* 9 [tot]ila *T* tiburim T^b 10 itali *R* solum] soluit T^a oriente *T* 10.11 peraequattritos T^a 12 persas *TR* 14 consolatum basili *T* 15 et tibur] e tibur T^a 16 iohannis *T* 17 bilisario *T* consule] consolar T^a 20 fimum T^a 22 iohannis *T* 24 offensa periculoque i. graui *T* 24/25 e[t inuidiae] *T* 25 ita[liam] *T* 27 auximo T^a uincet *T* 28 spolitium destruet *T* asisum T^a tenenit T^a 30 romae *T*, rome *R* 32 brittio *R* neap. subu. *om.* *R* 33 lariouincta *R* 35 constantinum *R*

547 X. POST CONSVLATVM BASILII ANNO VII.

1 Gothi legationem mittunt ad imperatorem per episcopum civitatis Asisinatium nomine Aventium.

2 Iohannes magister militum ad Italiam properat.

3 Bilisarius a Ravenna egressus venit Dyrracio indeque directo Iohanne Calabriam ipse per Siciliam Romae perrexit.

4 Papa Vigilius ingressus est Constantinopolim VIII kalendas Februarias.

5 Totila dolo Isaurorum ingreditur Roma die XVI kal. Iannarias, muros evertit, domos aliquantas igni comburens ac omnium Romanorum res in praedam accepit: hos ipsos Romanos in Campaniam captivos abduxit. post quam devastationem quadraginta aut amplius dies Roma ita fuit desolata, ut nemo ibi hominum nisi bestiae morarentur. sic veniens Belisarius murorum partem restaurat venienteque Totila ad pugnam resistit.

6 Eodem quoque anno de Africa neptis revertitur imp. vidua occiso viro eius Areovinda a Gunthario tyranno, qui cum Stotzia iuniore tractans eum occiderat. sed Artabanes utrosque comprehensos Guntharium occidit, Iohannem id est Stotiam iuniorem vinctum transmittit ad principem. post aliquantos dies mittitur Africam Iohannes et Artabanis evocatus praesentale accipit magisterium.

548 XI. POST CONSVLATVM BASILII ANNO VIII.

1 Iohannes magister militum in Campania praedans Gothos nonnullas liberat senatrices. qui postea patitur nocturnum Totilae superventum Bulgarum suorum proditione.

2 Verus quoque magister militum et ipse in parte alia Calabriae infestum sustinuit Totilan et Valerianus ab imperatore in eorum solacia . . . .

(reliqua desunt).

TR (*om. a.* 548)

3 auuentium T^a 5 uenit ad dyratium *R* iohannes T^a calabria *TR* 8 [totila] dolo *T* isaurum T^b*R*, isaum T^a xui [ka]l *T* ianuarias] T^b, iun* T^a 9 ac *om. R* 11 morrentur T^a 12 sic] hic *R* 13 imp. ren. *R* uiro eius *om. R* 14 guntharic *R* artabanis] *R*, arthabanis *T* 15 guntharic *R* 16 aliquanton T^a africum] in afr. *R* 17 accepit *R* *subscriptionem R finientis in magisterium v. p. 43* 19 magister *T* 21 partem aliam T^b

CASSIODORI SENATORIS

CHRONICA

AD A. DXIX.

LIBRI ADHIBITI:

C = codices *PM* consentientes.

P = codex Parisinus 1860 saec. X.

M = codex Monacensis 14613 saec. XI.

Cusp. = excerpta Cassiodorana apud Cuspinianum in comm. de consulibus Romanorum ed. Basileae a. 1553.

Herm. = excerpta Cassiodorana apud Hermannum Contractum (v. p. 118).

De Cassiodoro Senatore quae exposui in praefatione ad eius varias, hoc loco non repetentur. Cassiodori vocabulum pro signo cum habuisse et proprio nomine Senatorem cum appellari ab aequalibus tum ipsum se dixisse notum est: nihilominus a vocabulo usu consecrato nolui recedere.

Consularia (nam ad hoc chronicorum genus commentarium potissimum pertinere cum ipse prae se fert tum indicat locus praefationis mox adlegandus) Senator edidit a. 519 eo motus, quod eo anno Theoderici regis gener et successor destinatus Eutharicus Cillica ab Augusto Iustino consul creatus erat: nam ad eum, quem in latereulo consulari et *dominum nostrum* nuncupat tamquam alterum regem et adeo Iustino Augusto in consulatu collegae praeponit, spectant tam prima eius verba: *sapientia principali . . . in ordinem me consules digerere censuistis, ut qui annum ornaveratis glorioso nomine, redderetis fastis veritatis pristinae dignitatem* quam postrema: *totus ordo saeculorum usque ad consulatum vestrum colligitur annis VDCCXI.* deest igitur sine dubio in principio nomen Eutharici culpa librariorum. sed inscriptio in libris tradita non solum imperfecta est, sed etiam interpolata vel verius, ut in praefatione ad varias (p. IX) ostendi, ex variarum exemplari aliquo male translata ad chronica: nam quas enumerat scriptoris dignitates, conveniunt eae a. 537, quo varias edidit, sed tam magisterium officiorum quam praefecturam praetorio obtinuit post a. 519. chronicorum quoque vocabulum librarius fortasse in titulum intulit, sed relinquendum fuit, cum possit venire ab auctore.

Auctores in libello hoc conscribendo adhibitos Cassiodorus in fine libelli solito plenius et diligentius declarat, laudans Eusebii Hieronymi chronica, Titum Livium, Aufidium Bassum, paschale clarorum virorum auctoritate firmatum. iam de singulis ex ordine agendum est.

1. Hieronymi chronica ut plerisque horum saeculorum annalibus ita Cassiodorianis quoque pro fundamento fuerunt, sicut monstrant adnotationes nostrae marginales. quod de Prospero ostendimus (vol. I p. 347) codicem eorum chronicorum eum adhibuisse similem Lugdunensis Scal. 14 sive Freheriani (*F* tam apud Schoenium quam in Prospero apud nos), id in Cassiodorum quoque cadere declarant loci infra scripti. compendia adhibui eadem atque supra in Prospero addens *L* ad significandum Londiniensem 16974, de quo dixi ad chronica Gallica vol. I p. 620, et *T* ad significandum Tilianum Oxoniensem, de quo modo egi ad Marcellinum p. 48.

c. 527 Caesar . . . imperavit ann. IIII m. VII *FT Prosp. Cass.*, m. VI *reliqui.*

c. 596 Christus nascitur a. Augusti XLI *F Cass.*, *alii aliter.*

c. 668 Claudius . . . imperavit a. XIII m. VII d. XXVIII *FPAL Prosp. Cass.*, d. XXVIIII *BMT.*

c. 747 Etesifontem] *FP Cass.*, ctesifontem *reliqui.*

c. 949 quadraginta missus] *FPA Cass.*, athlamos *B.*

c. 1069 Constantinus Constantius et Constans regnaverunt a. XXIIII m. V d. XXIII *F solus cum Cass.*, d. XIII *Hieronymi libri plerique,* d. XII *Hier. L et Prosper.*

2. Prosperi chronica ubi de ipso egimus vol. I p. 374 vidimus a Cassiodoro adhibita esse non integra, sed solam partem eorum posthieronymianam, qualem exhibet

is ipse liber de quo modo diximus Freherianus. computationem quoque, quae claudit commentarium Cassiodori, infra ostendemus applicatam esse ad eam quae est in fine libri Freheriani ex Hieronymiana effectam, sed Prospero subiunctam. codex is cum finiat in a. 445, quae ex Prospero Cassiodorus adscivit. ultra eum annum non extendi neque usum esse Cassiodorum continuatione Prosperiana a. 446—455 infra ostendetur, ubi agitur de chronicis Italicis a Cassiodoro expilatis.

3. Ex annalibus Livianis. qui ab urbe condita porrigebantur ad u. c. 745, proficisci quidquid per ea tempora Cassiodorus adfert tam fastos quam adnotationes historicas cum ex ipsius verbis colligitur tum confirmant quas nos habemus eorum annalium reliquiae cum commentariis Cassiodori collatae, et iis nititur omnino chronicorum Cassiodorianorum inter similes libellos praecipua utilitas. neque tamen immensum opus ipsum videtur adhibuisse, immo cum mendae aliquot epitomis Livianis quae supersunt communes, ab ipso autem Livio alienae apud Cassiodorum item inveniantur, ut ostendi in editione horum chronicorum mea priore (p. 551 seq. 696), excerpta Liviana et alia quae supersunt et Cassiodoriana redeunt ad epitomen amplam et antiquam deperditam. sed haec demonstratio cum praesenti editioni parum conveniat, hoc loco non magis repetetur quam quae ibi exposui de excerptorum Cassiodori utilitate ad recte aestimandos libros decadum quae aetatem tulerunt Livianarum. breviarium eiusmodi Livianum commemorat iam Martialis (epigr. 14, 190 *Titus Livius in membranis: Pellibus exiguis artatur Livius ingens, quem mea non totum bybliotheca capit*), confecit fortasse Ausonius subscriptis versibus (carm. 22, 1 Schenkl) *consulari libro subiciendis, quem ego ex cunctis consulibus [in] unum coegi* his: *ignota aeternae ne sint tibi tempora Romae regibus et patrum ducta sub imperiis, digessi fastos et nomina perpetis* (libri *praepetis*) *aevi, sparsa iacent Latiam si qua per historiam.* ipsam epitomen Ausonianam num suam fecerit Cassiodorus, neque adfirmari potest neque negari: repperit autem in ea fastos ut sunt apud Livium more antiquo relatos, praenomina quoque proponentes perpetuo neque ea perscripta, ut leguntur in reliquis laterculis aetatis sequioris, sed expressa compendiis vetustis et legitimis. unum addo nomina consulum Cassiodorum videri repperisse sexto casu perscripta et inde ipsum formasse nominativos: nam ut in parte Victoriana ex *Pedone* a. 115 effecit *Pedon*, ex *Varane* a. p. Chr. 140. 156 *Varan* adeoque ex *duobus Silanis* a. 189 *duo et Silani*, ex *duobus Aspris* a. 212 *duo et Aspri*, ita hic repperimus *Labeon* u. c. 571 et semper *Paetus* factus est *Paeto* (u. c. 553. 556. 587).

4. Aufidius Bassus, fortasse L. Aufidius L. f. Bassus is, cuius pater per bella civilia et piratica Tenios liberaliter adiuvit (C. I. Gr. n. 2335), rerum scriptorem alterum M. Servilium Nonianum (cos. a. 35, obiit a. 59: Tacitus ann. 14, 19) paulum aetate praecedens (verba sunt Quintiliani inst. 10, 1, 103), a Seneca filio († 65), cum is ad Lucilium scripsit (ep. 30), dictus senex quassus et aetati obluctans, rerum gestarum libros edidit vel certe edere coepit antequam Seneca pater c. a. p. Chr. 37 suasorias emisit, eae enim c. 5, 18. 23 habent inde excerpta. eloquentiam eius praedicat Tacitus (dial. 23); Quintilianus quoque (l. c.) laudibus, sed temperatis admodum prosequitur libros eius belli Germanici, qui videntur, ut Liviani belli civilis, annalium partem effecisse. de Armenia laudat eum Plinius maior h. n. 6. 9. 27 idemque annales eius continuavit suis libris XXXI pro titulo inscribens *a fine Aufidi Bassi* (Plinius maior h. n. praef. 20; Plinius minor ep. 3, 5, 6). sed Plinius a quo anno inchoarit cum ignoremus, hoc solum constat Bassum res gestas narrasse a morte Caesaris dictatoris ad mortem Seiani: nam narrationem eius de obitu Ciceronis adlegat Seneca pater l. c., excerpta autem interposita inter Liviana et Victoriana a C. Asinio et C. Marcio cos. ad consulatum Tiberii V Cassiodorus evidenter sumpsit ex annalibus Aufidianis. continentur iis praeter fastos emendatos rerum relationes paucae nec magnopere utiles.

5. Eutropium subinde, raro tamen Cassiodorus adsumpsit ad explenda Hieronymiana. ita Vitellio in ordinem admisso tempus regni in Hieronymo non inventum ex Eutropio supplevit. item in tribus imperatoribus tempus regni inde accuratius definivit, Othoni tribuens *m. III d. V* pro *m. III,* Traiano *a. XIX m. VI d. XV* pro *a. XIX m. VI,* Hadriano *a. XX m. X d. XXIX* pro *a. XXI.* alibi quoque ex eodem auctore minora quaedam inveniuntur Hieronymianis inserta. librum a Cassiodoro usurpatum similem fuisse Gothani, non Leidensis inde colligitur, quod c. 823 Lucium imperatorem appellat non Verum, sed Severum.

6. Paschale, ad quod propter fastos provocat post Livium et Aufidium, dudum intellectum est esse Victorii Aquitani ea aetate ante editum alterum Dionysii Exigui in Italia communi consensu receptum: clari viri, quorum auctoritate firmatum dicitur, intellegi videntur ipse Victorius et Hilarus quondam papa. fasti a passione inde quamquam Prosperi sunt, eos non ab ipso sumpsit Cassiodorus, quem ne integrum quidem habuit, sed a compilatore Prosperi Victorio. qua de re quamquam dubitari non potest, non supervacaneum erit locos aliquot componere, in quibus a Prospero Victorius recedit comite Cassiodoro.

p. Chr. 91. 124. 150. 152. 186. 256 *Glabrio* Prosper, *Gabrio* constanter et Victorius et Cassiodorus.
p. Chr. 130 omittunt Vict. Cass.
p. Chr. 222 *Alexandro* Prosper, *Alexandro et Augusto* Vict. Cass.
p. Chr. 309. 310 *p. c. X et VII* et *iterum p. c. X et VII* Prosper, *p. c.* et *it. p. c. Diocletiani X et Maximi VII* Vict. Cass.
p. Chr. 358 *Datiano* Prosp., *Titiano* Vict. Cass.

Ipse ab interpolationibus abstinuit neque vitiis laterculi innumeris multa de suo addidit.

7. Post Prosperum et Victorium tam consulum nomina (quamquam haec trahere potuit etiam ex laterculo Victorii continuato) quam adnotationes historicas Cassiodorum sumpsisse ex consularibus Italicis antea monuimus (vol. I p. 252) neque ipsa res eget demonstratione. ab a. 446 ad a. 455 quae habet quamquam non raro cum Prosperianis ad verbum conveniunt, sunt in iis quaedam, ut c. 1262 verba *in campo Martio,* quae a Prospero absunt, adsunt in consularibus Italicis. itaque in hac parte Cassiodorus aut utrisque chronicis usus est (id quod antea posui vol. I p. 376) aut, quod iam magis credo, cum alia indicia eo ducant, ut Prosperi habuerit editionem finientem ad a. 445, Prosper additamentum hoc editionis postremae ex consularibus Italicis derivavit, quae ipsa mutila et manca ad nos pervenerunt.

Commentarius Cassiodoranus scriptus in usum plebis urbanae (nam dominantur in eo quoque ludi et aedificia urbis Romae) ut utilis est maxime propter fragmenta Liviana, ita ipse pessimus. doctrinae auctoris indicium sunt quorum supra meminimus ex nominativis effecti ablativi ipsi proprii: fidei quae mox exponemus. auctores quos adhibuit ad verbum plerumque exscripsit, adeo ut ubi Hieronymus portae Hierosolymitanae meminit *qua Bethlehem egredimur,* degens scilicet in Palaestina, hic quoque (c. 797) homo Italus de eadem porta et ipse egrediatur. propria auctori quae inveniuntur aut exilia sunt, ut c. 789 observat templum Romae iam appellari templum urbis, c. 955 thermas Deciani ab auctore nomen habere, c. 1061 Constantinopolim olim dictam esse Byzantium, aut mutata vel adeo interpolata propter studia Gothica.

Hieronymus:	*Cassiodorus:*
Decius cum filio suo in Abritto occiditur.	c. 956 Decius cum filio suo in Abritto Thraciae loco a Gothis occiditur.
Claudius Gothos Illyricum et Macedoniam vastantes superat.	c. 982 Claudius barbaros vastantes repellit.

Prosper:	*Cassiodorus:*
Ambrosius episcopus pro catholica fide multa sublimiter scribit.	c. 1134 Ambrosius episcopus de Christiana fide multa sublimiter scribit.
Athanaricus rex Gothorum apud Constantinopolim quinto decimo die quam fuerat receptus occiditur.	c. 1138 Athanaricus rex Gothorum Constantinopolim venit ibique vitam exegit.
Pollentiae adversum Gothos vehementer [utriusque partis clade] pugnatum est.	c. 1172 Pollentiae Stiliconem cum exercitu Romano Gothi victum acie fugaverunt.
Roma a Gothis Alarico duce capta.	c. 1185 Roma a Gothis Halarico duce capta, ubi clementer usi victoria sunt.

Non minus quae sequuntur capita collata cum Prosperianis produnt hominem Gothicarum rerum magis curiosum quam Romanarum. etiam clarius id apparet in enarratione expeditionum Attilae et regni Theodericiani, quae tota Gothica est, quamquam in his verisimile est chronica Italica ab auctore expilata eodem spiritu concepta fuisse. certe ut adnuntiant haec indicia futurum rerum Gothicarum scriptorem, ita simul ostendunt Iordanianam perturbationem et interpolationem ab epitomatore auctam esse posse, sed ipsam redire ad auctorem.

Chronographia Cassiodoriana applicata ad Hieronymianam potissimum concluditur, ut ipse auctor ait in fine, spatiis sex his

1. ab Adam ad diluvium	anni 2242	(c. 2. 1365).
2. a diluvio ad initium regni Assyriorum	anni 899	(c. 3. 1366).
3. reges Assyriorum	anni 852	(c. 43. 1367).
4. reges Latinorum	anni 457	(c. 1368).
5. reges Romanorum	anni 240	(c. 1369).
6. consules	anni 1031	(c. 1370).
	anni 5721	(c. 1371).

Duae primae epochae sunt Hieronymianae secunda inde effecta. quod is a diluvio ad annum, quo natus est Abraham, Nini primi regis Assyriorum tertium et quadragesimum, annos numerat 942 (— 43 = 899).

Reges Assyriorum Cassiodorus item sumpsit ex Hieronymo, scilicet quinque et viginti primos ad a. Abr. 810, cum per ea tempora Italica historia deficeret. anni ab Hieronymianis non differunt, modo admittamus c. 32 XXXIII pro XXXII et in summa c. 43 DCCCLIII pro DCCCLII librarium archetypi scripsisse errore, id quod confirmat numerus secundus in fine libelli rediens.

Regibus Latinorum quem Cassiodorus praeposuit Latinum, invenit apud Hieronymum ad a. Abr. 839: *ante Aeneam Ianus Saturnus Picus Faunus Latinus in Italia regnaverunt annis circiter CL*, spatium regni ab eo non traditum annorum XXXII non tam aliunde adsumpsit[1]) quam continuato regum Assyriorum laterculo ad quintum et vicesimum quae Hieronymus habet de sexto et vicesimo eorum Tautane regnasse cum a. XXXII et anno eius quinto et vicesimo Troiam captam esse transtulit ad Latinum nomine solo mutato. praeterea cum Hieronymus Aeneae regnum incipiat a tertio anno post Troiam captam, addens secundum alios eum regnare coepisse post annum demum octavum, Cassiodorus hanc numerationem secutus est, ut numeri convenirent, auxitque ita seriem annorum Hieronymianam quadriennio: nam a primo anno Tautanis sive Latini ad Aeneam apud Hieronymum numerantur anni 28, apud Cassiodorum 32. regum Silviorum numeri sunt Hieronymiani. nisi quod postremo Amulio Hieronymus

1) Latinum Dionysius 1, 44 ait regnasse anno XXXVIII adveniente in Italiam Aenea. annos ei adscribunt Syncellus p. 323 XXXVI, Graeci alii (Barbarus Scaligeri p. 198 Schoene; Cedrenus p. 245) XVIII, apud chronographum a. 354 (vol. 1 p. 143) numerus excidit.

adscribit annos XLIIII, Cassiodorus XLIII. summa, quae apud Hieronymum a primo Aeneae Abr. 839 ad postremum Amulii 1264 annorum est 426, dempto anno uno, quem compilator detraxit Amulio, additis Latini annis 32 efficitur 457, eaque ponitur ab auctore c. 1368.

Regum Romanorum annos item descripsit auctor ex Hieronymo: anni qui efficiuntur 240 et enuntiantur c. 1369 conveniunt Hieronymianis a. Abr. 1265—1504.

Periodum quae sequitur annorum consularium 1031 vidimus conflavisse auctorem ex laterculis tribus: ex Liviano cum auctario Aufidii Bassi ad passionem, inde a passione ex cyclo Victorii, a fine cycli Victoriani ex laterculo chronicorum Italicorum. — Primae partis consulatus, ut nos librum traditum accepimus, a primis consulibus ad liberae rei publicae extremos numerantur 395. ad quos accedunt anni non consulares XL inserti ab auctore c. 154 pro decemviralibus duobus u. c. 303. 304 et XXIV tribunicii aliisque inserti c. 183—186 inter a. u. c. 362 et 388. itaque a primis consulibus ad postremos numerantur iam apud Cassiodorum anni 395 + 40 + 24 = 459. sequuntur inde ad passionem Caesaris anni 5, Augusti 57, Tiberii 17, in summa 79. a passione inde auctor consulatus cycli Victoriani chronicis suis inseruit nullo neque dempto neque addito, qui efficiunt, cum annus passionis superiore laterculo comprehendatur, cycli annos a secundo ad extremum numero 429. extremam partem laterculi constituunt consulatus aut ex chronicis Italicis aut ex supplemento laterculi Victoriani a Cassiodoro adiecti ab a. p. Chr. 458 ad a. p. Chr. 519, sed omisso a. p. Chr. 503: fiunt anni 62, si is excidit librariorum errore, 61 autem, si ipse auctor eum omisit, id quod eo facilius accidere potuit, quod Anastasio imperatori Cassiodorus numerum consulatuum non adscripsit et infra (p. 117) videbimus necessario statuendum esse, ut rationes consistant. — Summa haec est:

a primis consulibus ad u. c. 705	anni 459
a primo anno Caesaris ad passionis annum hoc comprehenso	anni 79
ab anno post passionem ad p. Chr. 457	anni 429
ab anno p. Chr. 458 ad p. Chr. 519	anni 61

efficiuntur ita anni 1028. at cum Cassiodorus ipse c. 1370 annos numeret a primis consulibus ad consulem Eutharicum 1031, trium annorum differentiam probabile est inde explicandam esse, quod ex longo consulum liberae rei publicae laterculo librariorum culpa tres loci exciderunt. iam collato laterculo Cassiodorano cum genuino cum deficiant in illo anni septem 247. 264. 265. 333. 485. 561. 688/9, tres eorum 247.[1]) 264. 265 deficientes item in Livii exemplaribus nostris dubium non sit Cassiodorum non magis invenisse in suo, quartus a. 333 cur apud hunc exciderit, in adnotatione explicuerimus, reliqui tres omnino ipsi ii sunt, quos Cassiodorus connumeravit itaque omissi non eius culpa, sed librariorum. numeravit igitur auctor a primis consulibus ad a. u. c. 705 annos 462.

Ad annos imperatorum Cassiodorus calculos non subduxit, sed singillatim quae de iis posuit restant examinanda. spatia regnorum mensibus diebusque modo adiectis modo omissis determinat per annos ita, ut eorum certum numerum singulis attribuat expressum non numeris, ut facit Hieronymus, sed consulatibus ad exemplum Prosperi. praecipuus auctor ei in his quoque Hieronymus est. — Imperatores numerat a Caesare dictatore ad Valentinianum I. octo et triginta cum Hieronymo (Galba Othone Vitellio additis ex Eutropio, sed in numeratione praetermissis), non quadraginta, ut facit

1) Huius anni consules a Cassiodoro apud Livium non lectos esse inde colligitur, quod absunt a nostris libris incorruptis: neque tamen auctor eos omisit, sed exciderunt 2, 9 fin. antiquissima aetate. quae de eo hiatu disputavi in editione priore p. 555 seq. in hac non magis repeto quam reliqua magis pertinentia ad crisin annalium Livianorum quam ad Cassiodori textum constituendum.

Prosper adiectis Floriano et Galerio. Augustos posthieronymianos a Gratiano ad Marcianum etsi ipsos sumpsit ex Prospero, numeros eis adscribit non Prosperianos, sed Hieronymianos continuatos XXXIX—XLV. imperatoribus Prospero posterioribus Marciano Leoni Zenoni Anastasio quaestor Theoderici locum suum dedit, ut debuit, omisit incuria omnino Iustinum anno ante edita chronica factum, quamquam in consulatu a. 519 Augustum eum appellat. numeros ordinis quod tribus illis a se additis nullum adscripsit, item fecit indiligentia. — In spatiis regni determinandis ubi Prosper ab Hieronymo recedit (vol. 1 p. 351), Cassiodorus illum nullo loco sequitur, sed aut cum Hieronymo facit aut recedit ab utroque. in parte tamen posthieronymiana regnorum spatia ex Prospero adsumpsit, etiam in Theodosio II. scilicet adhibito, ut supra vidimus, codice simili nostro *F* annos huius imperatoris habente expletos. extremis Marciano et Zenoni annos adscripsit. non adscripsit Leoni et Anastasio incuriose. denique ne in consulatibus quidem inter imperatores distribuendis ulla cernitur Prosperi imitatio; immo in universum numeris regni Hieronymianis consulatus suos aequavit.

Sed tamen aliquoties recedunt regnorum tempora apud Cassiodorum tradita ab Hieronymianis. consulto ea auctor mutavit adsumpto Eutropio, ut supra p. 113 vidimus, in Othone Vitellio Traiano Hadriano. e contrario exciderunt menses in Marco unus casu fortasse, octo in Iuliano. — Difficilius est iudicare de consulatuum inter imperatores distributione. recedunt a computis Hieronymianis in nostris libris haec[1]):

Hieronymus:			*Cassiodorus:*		
Augustus	anni 56	consulatus	57	(reg. a. 56 m. 6)	+ 1
Tiberius	— 23	—	22	(reg. a. 23)	— 1
Galba Otho Vitellius	— —	—	2	(m. 7 + m. 3 d. 5 + m. 8 d. 1)	+ 2
Nerva	— 1	—	2		+ 1
Traianus	— 19	—	20	(reg. a. 19 m. 6 d. 15)	+ 1
Pius	— 23	—	21	(reg. a. 21)	— 2
Aurelianus	— 5	—	6	(reg. a. 5 m. 6)	+ 1
Iulianus	— 2	—	1	(reg. a. 1)	— 1
Valentinianus I	— 15	—	14		— 1

Causa mutandi apparet in Pio et Iuliano: scilicet duobus annis illi, huic uno subtractis effectum est, ut duorum Augustorum consulatus et Ioviani primi fiant eorum imperatorum: quamquam similes errores ut apud Prosperum ita apud Cassiodorum passim remanserunt, exempli causa Vespasiani et Titi consulatus duo primi imperium eorum praecedunt, Nerva moritur anno ante sextum consulatum Traiani. numeros illos si auctor ipse posuit, ut videtur posuisse, adiectis consulatibus sex, demptis quinque summa uno anno augetur et cum secundum Hieronymum a primo Caesaris Abr. 1969 ad extremum Valentiniani 2395 numerentur anni 427, fiunt apud Cassiodorum 428. anni imperatorii post Valentinianum I quatenus enuntiantur, Prosperiani sunt: nam quod Theodosio I adscribuntur anni duo, librariorum patet errorem esse, cum sub eo referantur consulatus tres. denique, ut diximus, deficiente Prospero regnorum spatia in Zenone solo enuntiantur. fiunt anni imperatorii Cassiodoriani a Gratiano ad finem omnes 141 itaque summa imperatoriorum fit 428 + 141 = 569. cum computatio consularis supra p. 115 explanata annos dederit 79 + 429 + 61 = 569, iam intellegimus ipsum Cassiodorum omisisse sub Anastasio consulem a. 503.

1) Galerium Hieronymus non nominat, sed in annis enumerandis aperte inter Diocletianum et Constantinum unum omittit (scilicet in plerisque libris Ol. 271 est annorum trium Diocletiani XX et Constantini I et II, id quod in codice *F* translatum est ad Ol. 285 habentem annos duos Iuliani et unum Ioviani solos) omnino Galerio tribuendum. Cassiodorus Hieronymi textum ipsius opinor auctoris errore mendosum presse secutus pariter atque auctor Diocletiano annos tribuit XX item praeteriens Galerium, consulatus sub illo recenset XXI. annorum igitur numerum differentia haec non attingit.

Computationum summae Cassiodorianae quamquam ex elementis diversis profectae aperte se applicant ad summas Hieronymianas (p. 199 Schoene), maxime redactas ad formam eam, qua exhibentur translatae a fine Hieronymi ad finem Prosperi a. 444 in codice Freheriano (nobis in Prospero *F*; vide eas vol. I p. 474 ad c. 1318) praeterea adiectis ubi opus est annis a p. Chr. 445 ad p. Chr. 519 septuaginta quinque. iam comparabimus utrasque:

Hieronymus:	*Cassiodorus:*
sub regibus anni 240	240
sub consulibus anni 464	462
sub Augustis anni 493	493 + 1 + 75 = 569
ab Adam ad a. p. Chr. 444 anni 5646 [1])	5646 + 75 = 5721.

Cum supra ostenderimus Cassiodorum et in transitu a regibus Assyriis ad Latinos computationi Hieronymianae quadriennium addidisse et annorum liberae rei publicae non consularium numerum suo arbitrio ad sexaginta quattuor redegisse, eas fraudes non excusat, sed explicat, quod earum ope eo pervenit, ut annorum summam inde a mundo creato Hieronymianae computationi aequaret.

Cassiodori chronica cum inscriptionem in libris nostris adsciverint non ipsis, sed eiusdem auctoris variis aptam, descendunt omnino ex libro antiquissimo utrumque opus complexo. sed mature separata sunt neque hodie ullus codex extat variarum, qui item chronica habeat, et vice versa. haec unus [2]) ad nostram aetatem propagavit codex Reichenaviensis, de quo vol. I p. 362 ad Prosperum dixi, scriptus saec. IX incipiente vel antea, hodie deperditus. eo ipso usi sunt cum saeculo XI compilator Augiensis is, de quo infra dicetur, tum saec. XVI Iohannes Cuspinianus Vindobonensis († 1529), qui Cassiodori chronica tota inseruit commentariis suis de consulibus Romanis post mortem auctoris editis Basileae a. 1553. codex enim quo usus est et plenior et emendatior fuit duobus quae hodie extant Augiensis libri apographis Monacensi et Parisino. nam hiatus, qui passim offenduntur in Monacensi nec absunt a Parisino destituto consulibus a. u. c. 489 et p. C. 516. 517 ut ab altero utro libro explentur, ita tam illis quam his immunis fuit liber Cuspiniani. quid quod adfuerunt in eo consules a. p. Chr. 297 omissi in utroque. similiter ubicumque alterum exemplum alteri praestat, Cuspinianum videmus habuisse lectionem praeferendam. sed archetypum nactus usus eo est tam neglegenter, ut non solum in recensendo libro apographa magis sequi debuerim quam editionem illam, sed etiam huius textus in varia lectione poni non potuerit nisi facta selectione, nam multis locis evidenter apparet apud Cuspinianum Cassiodoriana repraesentari ab editore corrupta et interpolata. scilicet scriptoris consilium, ut universam historiam a mundo condito ad regem Theodericum enarraret duce Cassiodoro, editoris officio passim obfuit.

Apographa extant haec duo [3]):

Mogontiacensis olim, iam Parisinus Lat. n. 4860, scriptus inter a. 939 et 954, inter *P*
alia, quae ad Prosperum vol. I p. 364 recensui, f. 50'—59 exhibet chronica Cassiodori. inde ea inventa, ut ait, Mogontiaci in bibliotheca divi Stephani primus edidit Iohannes Cochleus, quae editio dedicationem habens subscriptam Mogontiaci III id. Nov. 1528

---

1) Ita scribendum esse pro 5645 vol. 1 p. 474 ad c. 1318 monuimus. 2) Ad huiusce libelli crisin non pertinent quae inter schediasmata Heinsii adservata in bibliotheca Leidensi Burm. q. 13 recensentur m. 26: 'Cassiodori chronicon ab Onuphrio Panvinio editum collatum a me cum ms. catalogo Romanorum consulum vetustissimo Graeco, quem ex Oriente attulit Iacobus Goolius: incipiebat autem ab Antonino', intelleguntur fasti qui dicuntur Florentini maiores. 3) Conradus Peutinger († 1547) cum in catalogis duobus bibliothecae suae scriptis manu sua (cod. Monac. 4021^b. 4021^c) chronica Cassiodori non recenseat, in

pars est editi a Sichardo *chronici ab ipso mundi initio ad a. 1512* (Basileae 1529 fol.) f. 155—167 [1]). qui codicem scripsit vir pro aetate doctissimus Cassiodoriana videtur hic illic emendavisse Hieronymo usus. ita ad eum numeros mutavit in regibus Assyriorum c. 32. 43 et in dictatore Caesare c. 527, et nomina quoque regum illorum c. 15. 36. 37 aut emendavit aut supplevit. explevit item numerationem imperatorum imperite c. 1321 pro Anastasio numerans Odovacrem. item in inscriptione ex *ppo* non intellecto facit *epo*. consules quoque a. 297 non casu omisit, sed delevit, ut consulatuum numerus annis Diocletiani responderet. nec desunt alii loci similes. quapropter cautione opus est in eo libro adhibendo.

Reginensis S. Emmerami, antea ibi notatus *F.* CXVI [2]), iam Monacensis n. 14613, scriptus saeculo XI, descriptus MG. SS. 5 p. 72, continet chronica Hermanni Augiensis et f. 70—85 Cassiodori et carmen Honorii scholastici ad Iordanem episcopum: proficisci eum ex eodem codice deperdito Reichenaviensi vel inde indicatur, quod adfuerunt in eo praeter Cassiodorum etiam carmen modo citatum (l. c. n. 4): praeterea Hermanni chronica qualia hic exhibentur epitomata forma peculiari quaeque videatur et ipsa ab auctore profecta, verisimile est item venire ex archetypo in eodem monasterio custodito. Cassiodori commentarium codex repraesentat et ipsum epitomatum omissis consulatibus multis non casu, sed consilio, nam hiatus ut celaret, scriptor libri iterationum sequentium numeros passim sustulit. sed quatenus pervenit, cum fide archetypum repraesentavit. — Huius libri apographum servat bibliotheca Ambrosiana C 17 sup. saec. XVI adiuncto carmine Honorii: certe quae inde sumpsi specimina a Monacensi libro non recedunt nec habent quod et proprium sit et utile.

Chronicorum Cassiodori apud eos qui post eum scripserunt, Isidorum, Bedam, Paulum excerpta nulla reperiuntur comparentque demum apud auctores saeculi undecimi. haec nostris libris recentiora et ex ipsis iis derivata quamquam crisin non iuvant, propterea maxime commemoranda sunt, quod quaedam eorum origine ignorata per saecula sine causa aliquem locum apud rerum scriptores sibi vindicaverunt.

Alamannus is a quo pendet et auctor chronici quod dicitur universalis (MG. SS. 13, 61 seq.) et Hermannus Contractus († 1054; MG. SS. 5, 67 seq. cf. 13, 72 seq.) plures Cassiodori rerum gestarum adnotationes chronicis suis inseruit, ex Hermanno in posteriora multa translata.

Etiam Bernoldus Constantiensis, qui saec. XI exeunte in monasterio S. Blasii chronica composuit (MG. SS. 5, 385), quamquam in plerisque Hermannum secutus unum certe locum de morte Germanici Caesaris ex ipso Cassiodoro adscivit.

Marianus natu Scottus, id est Hibernus, ab a. inde 1069 degens Mogontiaci in monasterio S. Martini ibique defunctus a. 1082 vel 1083 chronicis, quae autographa extant in codice Vaticano Palatino n. 830 integra, edita sunt ex parte MG. SS. 5, 481 seq. curante Waitzio, praeter alia inseruit ab a. inde 705 u. c. fastos consulares Cassiodorianos. descriptos esse ex codice tum Mogontiacensi, hodie Parisino supra memorato inde colligitur, quod desunt apud Marianum consulatus duo a. p. Chr. 517. 518 pariter atque in codice illo et res confirmata est libro Mariani Palatino mea causa a Detlefseno

inventario librorum eius facto a. 1597 (cod. Monac. 4021d) ordinato secundum cubicula thecasque reperitur fol. 47 n. 17 *cronica Aurelii Cassiodori manu scripta*. ex hoc inventario iussu Holstenii videntur excerpta esse quae in codice Barberiniano 38, 90 leguntur sub titulo *codices mss. Graeci Latinique in bibliothecis Augustana, Velseriana et Peutingerana*, in quibus item sunt *chronica Aurelii Cassiodori*. ex copiis eruditorum Vindobonensium cum Peutinger multa traxerit, verisimile est eum ipsius libri Cuspiniani apographum sibi paravisse; sed id quo devenerit, ignoratur, in bibliotheca Monacensi certe non extat.

1) Ex hac editione descriptus est codex olim Zapfii, iam enim libris monasterii Raitenbuch factus Monacensis n. 12351. 2) Eundem codicem describit Ioh. Bapt. Kraus (bibliotheca principalis ecclesiae et monasterii ad S. Emmeramum a. 1748) II, 107, a quo pendet Ziegelbauer hist. rei litt. ord. Bened. 1 p. 534.

excusso. prodierunt fasti Mariani integri cura Hadriani Relandi (Petri Relandi fasti consulares. Traiecti Batavorum 1715. 8. p. 787 seq.; inde Almeloveen fasti consulares. Amstelaedami 1740 p. 549 seq.) sic inscripti: 'fasti Latini ex manuscripto codice collegii c(orporis) C(hristi) Oxoniensis'. intellegitur codex eius collegii catalogi Coxiani n. 157 saec. XII, in quo praeter alia enarrata apud Coxium (cf. MG. SS. 4, 192 not. 1) continetur 'catalogus consulum Romanorum chronologicus ad a. p. Chr. n. 268 annexo 'brevi eventuum chronico ex Eusebio et Beda et c. confecto: incipit *Lentulus Mar-'cellus his consulibus perniciose in curia Rome de Pompeio et Cesare conflantur dis-'cordiae*'. iidem fasti ab a. u. c. 751 inde inveniuntur in editione supra citata Waitziana.

Annales scripti in monasterio Disibodenberg prope Mogontiacum circa a. 1147, servati in unico codice Francofurtensi n. 104, editi integri, sed interpolati et errore attributi Mariano Scoto cura Iohannis Heroldi Basileae a. 1559, epitomati cura Waitzii (MG. SS. 17, 4 seq. cf. 5, 483) ex eodem codice tum Mogontiacensi, consulum laterculum Cassiodorianum integrum receperunt. de origine cum ex editione Heroldiana propter interpolationes ex Panvinio et Sigonio adsumptas certo indicari non posset, ego in priore mea chronicorum Cassiodori editione p. 581 seq. specimen proposui formae verae, quam qui novit, intelleget quidquid eius generis in annalibus his reperitur compilatum esse ex codice Cassiodori qui superest itaque recte sperni. ea hoc loco repetere nolui.

Laterculum consularem a. 520—559 adhaerentem in libris nostris chronicis Cassiodoranis vol. I p. 675 ostendi derivatum esse ex paschali Victoriano continuato et cum hoc edidi.

In orthographicis quamquam solito more inutilia minora suppressi, ad laterculum consularem visum est ea quoque adnotare, quoniam vel in compendiis prae se fert scripturam in annalibus bona aetate usitatam.

CHRONICA MAGNI AVRELII CASSIODORI SENATORIS

[v. c. et inl., ex quaestore sacri palatii, ex cons. ord., ex mag. off., ppo atque patricii].

1 PRAEFATIO.

Sapientia principali, qua semper magna revolvitis, in ordinem me consules digerere censuistis, ut qui annum ornaveratis glorioso nomine, redderetis fastis veritatis pristinae dignitatem. parui libens praeceptis et librariorum varietate detersa operi fidem historicae auctoritatis inpressi, quatenus vester animus per inlustres delectatus eventus blando compendio longissimam mundi percurrat aetatem.

2 Ab Adam primo homine usque ad diluvium, quod factum est sub Noe, colliguntur anni II·CC·XLII. diluvium autem factum est propter gigantum nimiam feritatem, qui corporis magnitudine parique animi saevitia praevalentes humanitatis ius omne confuderant. (*1. Mos. 6, 4.*)

3 Et a diluvio usque ad Ninum, qui primus omnium apud Assyrios regnavit, ann. DCCCXCVIIII.

4 REGES ASSYRII.

Hier. a. 1 5 Ninus itaque regnavit apud Assyrios ann. LII.

6 Huius imperii anno XLIII natus est Abraham.

Hier. a. 1 7 Is etiam condidit Nineven.

Hier. a. 11 8 Samiramis uxor Nini regnavit ann. XLII.

Hier. a. 11 9 Haec Babyloniae muros instaurasse memoratur.

Incipit chronica *C* PPO M, EPO *P*, PP *Cusp.* 1 in chronicon ad Theodericum regem praefatio *Sich., male; nam adloquitur Cassiodorus Theoderici generum Eutharicum Cillicam* (*vide p.* 111) renoluistis *Cusp.* degerere *M* consuistis *P* rederetis *M* factis *C*, *em. Panr.* dignitatem *C Cusp.*, veritatem *Sich.* 3 pimus *M* anni sunt *Cusp.* 4 assurii *M* 5 an. *vel* ann. *vel* annos *P*; *ego ubivis scripsi* ann. 7 ninneuen *M* 9 babiloniae *C*

Hier. a. 53	10	Ninyas filius Nini et Samiramidis	reg. ann. XXXVIII
Hier. a. 91	11	Arivis	reg. ann. XXX
Hier. a. 121	12	Arelius	reg. ann. XL
Hier. a. 161	13	Xerxes qui et Balaeus	reg. ann. XXX
Hier. a. 191	14	Armametres	reg. ann. XXXVIII
Hier. a. 229	15	Molechus	reg. ann. XXXV
Hier. a. 264	16	Balaeus	reg. ann. LII
Hier. a. 316	17	Althadas	reg. ann. XXXII
Hier. a. 332	18	Huius temporibus fuit Prometheus vir sapiens.	
Hier. a. 348	19	Mamithus	reg. ann. XXX
Hier. a. 378	20	Magehaleus	reg. ann. XXX
Hier. a. 380	21	Huius temporibus Atlans frater Promethei praecipuus astrologus habetur.	
Hier. a. 408	22	Sfereus	reg. ann. XX
Hier. a. 428	23	Mamylus	reg. ann. XXX
Hier. a. 459	24	Sparaethus	reg. ann. XL
Hier. a. 460	25	Huius temporibus a Cecrope rege Athenae sunt conditae.	
Hier. a. 498	26	Aseatadis	reg. ann. XL
Hier. a. 503	27	Huius temporibus Moyses in monte Sina divinam suscepit legem.	
Hier. a. 538	28	Amyntes	reg. ann. XLV
Hier. a. 555	29	Huius temporibus Iesus successor Moysi terram Palaestinorum Iudaeae genti distribuit.	
Hier. a. 583	30	Belochus	reg. ann. XXV
Hier. a. 608	31	Bellepares	reg. ann. XXX
Hier. a. 638	32	Lamprides	reg. ann. XXXII
Hier. a. 670	33	Sosares	reg. ann. XX
Hier. a. 682	34	Huius temporibus equus velocissimus Pegasus invenitur.	
Hier. a. 690	35	Lampares	reg. ann. XXX
Hier. a. 720	36	Panias	*[reg. ann. XLV]*
Hier. a. 765	37	*[Sosarmus]*	reg. ann. XVIIII
Hier. a. 752	38	Huius temporibus Argonautarum navigatio	
Hier. a. 753	39	et Orfeus Thrax musicus opinabilis habetur.	
Hier. a. 784	40	Mithreus	reg. ann. XXVII
Hier. a. 773	41	Huius temporibus Hercules athla exercuit	
Hier. a. 781	42	et Priamus apud Ilium regnat.	
	43	Per hos igitur reges Assyriorum colliguntur anni DCCCLII.	
	44	**REGES LATINI.**	
Hier. a. 811	45	Latinus	reg. ann. XXXII
	46	a quo Latini sunt appellati.	
Hier. a. 835	47	Huius imperii anno XXV Troia capta est. ad quem Aeneas profugus venit factusque gener eius ei successit in regnum.	

10 reg. *vel* regn. *vel* regnau. *vel* regnauit *C*; *scripsi ubivis* reg. 11 Arius *Hier.* 12 Aralias *Hier.* 13 paleus *M*, Baleus *Cusp.* 15 moleçhus] *M*, bolechus *P*, Belochus *Hier. et sic, sed adnotans: 'a quibusdam hic* Molochus *scribitur', Cusp.* 19 mamythus *P* 22 ſfereus *M*, Sphaereus *Cusp.* 23 mamilus *M* 24 sparathus *M*, Sparetus *Cusp.* 28 amintis *M* 29 succensor *M* 32 xxxii] *P ex corr. opinor, sed probabili (vide praef. p. 114)*, xxxiii *M*, *'triginta duos, alias triginta tres' Cusp.* 36. 37 *sic P ex Hieronymo opinor:* panias reg. ann. xuiiii *M et sic Cusp., addens: 'Eusebius et Iordanes scribunt 'hunc annis XLV gubernasse: vereor numerum hic corruptum Cassiodori'.* dcccclii] *P ex corr. opinor, sed ea probabili (vide praef. p. 114), item Cusp., sed significans eum numerum effectum esse ratiocinatione:* dcccliii *(cf. c. 32) M* 44 regis *M* 47 anno *om. M* quam *C*

Hier. a. 839 48 Aeneas post VIII annum Troiae captae regnavit in Italia ann. III
Hier. a. 842 49 Ascanius filius eius reg. ann. XXXVIII
Hier. a. 845 50 qui Albanum condidit.
Hier. a. 880 51 Silvius Aeneae filius de Lavinia reg. ann. XXVIIII
Hier. a. 914 52 Huius temporibus Homerus poeta fuisse memoratur.
Hier. a. 909 53 Aeneas Silvius reg. ann. XXXI
Hier. a. 941 54 Huius temporibus Hebraeorum rex David Hierosolymis regnat.
Hier. a. 940 55 Latinus Silvius reg. ann. L
Hier. a. 940 56 Huius temporibus Amazones Asiam vastaverunt.
Hier. a. 974 57 Carthago condita est a Carcedone Tyrio, ut quidam dicunt.
Hier. a. 984 58 Salomon quoque filius David regnans Hierosolymis templum famosissimum condit.
Hier. a. 990 59 Alba Silvius reg. ann. XXXVIIII
Hier. a. 1029 60 Aegyptus Silvius reg. ann. XXIIII
Hier. a. 1053 61 Capys Silvius reg. ann. XXVIII
Hier. a. 1081 62 Carpentus Silvius reg. ann. XIII
Hier. a. 1094 63 Tiberinus Silvius reg. ann. VIII
Hier. a. 1102 64 Agrippa Silvius reg. ann. XL
Hier. a. 1142 65 Aremulus Silvius reg. ann. XVIIII
Hier. a. 1198 66 Huius temporibus Lycurgus apud Lacedaemonas iura composuit.
Hier. a. 1161 67 Aventinus Silvius reg. ann. XXXVII
Hier. a. 1161 68 A quo mons Romanus, quia ibi sepultus est, nomen accepit.
Hier. a. 1198 69 Procas Silvius reg. ann. XXIII
Hier. a. 1221 70 Amulius Silvius reg. ann. XLIII
Hier. a. 1221 71 qui fratrem suum Numitorem regno expulit,
Cass. cuius tempora isti sunt adplicita.

72 REGES ROMANI.

Hier. a. 1265 73 Romulus reg. ann. XXXVIII
Hier. a. 1264 74 a quo Roma condita est
Cass. 75 et ex Latinis Romani sunt nuncupati.
Hier. a. 1289 76 Hic primum centum constituit senatores.
Hier. a. 1278/81 77 Huius temporibus Syracusa et Catina in Sicilia conditae sunt.
Hier. a. 1303 78 Numa Pompilius reg. ann. XLI
Hier. a. 1303 79 qui duos menses anno addidit Iannarium et Februarium, cum ante hunc decem tantum menses apud Romanos fuissent.
Hier. a. 1303 80 Capitolium quoque a fundamentis construxit.
Hier. a. 1305 81 Cuius etiam temporibus Sibylla in Samo insignis habita est.
Hier. a. 1341 82 Tullus Hostilius reg. ann. XXXII
Hier. a. 1339 83 qui primus apud Romanos purpura usus est.
Hier. a. 1331. 1359 84 Cuius temporibus Calchedon conditur et Byzantium,
Cass. quae nunc Constantinopolis appellatur.

48 aneas *M* ān *P*, annos *M* 51 *om. M* aenee *P* 53 aneas *M* 57 cartago *P*, 57 castago *M* 58 david filius *M* 60 xxiii *M* 62 arpentus *M* 66 lycurcus *P*, licurcus *M* 68 romanus] *M*[b] *Cusp.*, romanos *M*[a], romanorum *P* 69 xxviii *M* 70 aemulius *M* xliiii *Hieronymus* 74 sunt conditi *P* 77 cantina *P*, cantila *M* 79 fuisset *M*[a] 81 sybilla *M* 82 tullius *M*[b] 84 calcedon *C* bizantium *C*

Hier. a. 1376	85		Ancus Marcius reg. ann. XXIII
Hier. a. 1397	86		qui sexto decimo miliario ab urbe Roma Ostia condidit.
Hier. a. 1399	87		Tarquinius Priscus reg. ann. XXXVII
Hier. a. 1420	88		Huius temporibus Massilia in Galliis condita est.
Hier. a. 1436	89		Servius Tullius reg. ann. XXXIIII
Hier. a. 1432	90		qui primus censum instituit civium Romanorum.
Hier. a. 1457	91		His temporibus apud Persas Cyrus primum regnare coepit.
Hier. a. 1470	92		Tarquinius Superbus reg. ann. XXXV
Hier. a. 1490	93		Huius temporibus Pythagoras physicus philosophus clarus habetur.
Hier. a. 1505	94		Expulso autem urbe Tarquinio bini consules coeperunt pro uno rege annis singulis administrare rem publicam.
	95	*a. u. c.*	HINC CONSVLES.
Liv. 1, 60	96	245	Iunius Brutus et L. Tarquinius.
Liv. 2, 2. 8	97		Hi annum integrum minime tenuerunt, ad peragendum tempus aliis subrogatis, id est L. Valerio, Sp. Lucretio et Horatio Pulvillo.
Liv. 2, 8	98	246	Valerius II et T Lucretius
Liv. 2, 15	99	248	Sp. Largus et T. Herannius
Liv. 2, 16	100	249	Valerius III et P. Postumius
Liv. 2, 16	101	250	Valerius IIII et T. Lucretius II
Liv. 2, 16	102	251	Agrippa Menenius et P. Postumius
Liv. 2, 17	103	252	Opiter Virginius et Sp. Cassius
Liv. 2, 18	104	253	Postumus Cominius et T. Largus
Liv. 2, 18	105		His consulibus dictator primus T. Largus et magister equitum Sp. Cassius ordinantur.
Liv. 2, 19	106	254	Ser. Sulpicius et M. Tullius
Liv. 2, 19	107	255	T. Aebutius et L. Vetusius
Liv. 2, 21	108	256	Q. Cloelius et T. Largus
Liv. 2, 21	109	257	A. Sempronius et M. Minicius
Liv. 2, 21	110	258	A. Postumius et T. Verginius
Liv. 2, 21. 23	111	259	App. Claudius et T. Servilius
Liv. 2, 28	112	260	A. Verginius et T. Vetusius
Liv. 2, 33	113	261	Sp. Cassius et Post. Cominius
Liv. 2, 34	114	262	T. Geganius et P. Minucius
Liv. 2, 34	115	263	M. Minucius et A. Sempronius
Liv. 2, 39	116	266	Sp. Nautius et Sex. Furius
Liv. 2, 40	117	267	T. Siccius et C. Aquilius
Liv. 2, 41	118	268	Sp. Cassius et Procul. Virginius
Liv. 2, 41	119	269	Ser. Cornelius et Q. Fabius
Liv. 2, 42	120	270	L. Aemilius et C. Fabius
Liv. 2, 42	121	271	M. Fabius et L. Valerius

87 xxxuiii *M* 89 tullus *C* 91 cepit *M* 93 pytagoras *C* 94 tranquinio *M* plulicam *M* 98 titus *C* *a. 247 consules* Valerius III et M. Horatius II *ut absunt a nostris Livii exemplaribus, item videntur afuisse a Cassiodoriano (vide praef. p. 115)* 99 spurius *C* titus *C* heramnius *cod. Cusp.* 100 ii *M* 101 quartus *M* titus *C* 102 postumus *M* 105 his — largus *om. M* spurius *C* 106 servius *C* 107 ebutius *C* 108 largius *M*[a] 109 simphronius *C* 114 minutius *P* 115 minutius *P*[a] simphronius *C* *a. 264 consules* Q. Sulpicius et Ser. Larcius, *item a. 265* C. Iulius et P. Pinarius *similiter et absunt a nostris Livii codicibus et afuerunt a Cassiodoriano (vide praef. p. 115)*

		a. u. c.	
Liv. 2, 43	122	272	Q. Fabius et C. Iulius
Liv. 2, 43	123	273	K. Fabius et Sp. Furius
Liv. 2, 43	124	274	M. Fabius et Cn. Mallius
Liv. 2, 48	125	275	K. Fabius et T. Verginius
Liv. 2, 49	126	276	L. Aemilius et *C.* Servilius
Liv. 2, 51	127	277	C. Horatius et T. Menenius
Liv. 2, 51	128	278	A. Verginius et Sp. Servilius
Liv. 2, 52	129	279	C. Nautius et P. Valerius
Liv. 2, 54	130	280	L. Furius et C. Manilius
Liv. 2, 54	131	281	L. Aemilius et Opiter Verginius
Liv. 2, 56	132	282	L. Pinarius et P. Furius
Liv. 2, 56	133	283	Ap. Claudius et T. Quintius
Liv. 2, 61	134	284	L. Valerius et T. Aemilius
Liv. 2, 63	135	285	T. Numicius et A. Verginius
Liv. 2, 64	136	286	T. Quintius II et Q. Servilius
Liv. 3, 1	137	287	T. Aemilius II et Q. Fabius
Liv. 3, 2	138	288	Q. Servi*li*us et Sp. Postumius
Liv. 3, 2	139	289	Q. Fabius II et T. Quintius III
Liv. 3, 4	140	290	A. Postumius Albus et Sp. Furius
Liv. 3, 6	141	291	L. Aebutius et P. Servilius
Liv. 3, 8	142	292	L. Lucretius Tricipitinus et T. Veturius
Liv. 3, 10	143	293	P. Volumnius et Ser. Sulpicius
Liv. 3, 15	144	294	P. Claudius et P. Valerius
Liv. 3, 22	145	295	Q. Fabius et L. Cornelius
Liv. 3, 25	146	296	L. Minucius et L. Nautius
Liv. 3, 30	147	297	Q. Minucius et M. Horatius
Liv. 3, 31	148	298	M. Valerius et Sp. Verginius
Liv. 3, 31	149	299	C. Veturius et T. *R*omilius
Liv. 3, 31	150	300	Sp. Tarpeius et A. Aternius
Liv. 3, 31	151		His conss. legati Athenas missi ad leges describendas.
Liv. 3, 32	152	301	P. Curiatius et Sex. Quintius
Liv. 3, 32	153	302	T. Menenius et P. Sestius
Liv. 3, 33	154	303/4	Hoc tempore a consulibus ad decemviros translatum imperium est, per quos quadraginta annis administrata res publica est, atque iterum consules creati sunt.
Liv. 3, 55	155	305	L. Valerius et M. Horatius
Liv. 3, 65	156	306	L. Herminius et T. Verginius
Liv. 3, 65	157	307	M. Geganius et C. Iulius
Liv. 3, 66	158	308	T. Quintius IIII et Agrippa Furius
Liv. 4, 1	159	309	M. Genucius et T. Curiatius
Liv. 4, 7	160	310	L. Papirius et L. Sempronius
Liv. 4, 8	161	311	M. Geganius et P. Quintius
Liv. 4, 11	162	312	M. Fabius et Post. Aebutius
Liv. 4, 12	163	313	C. Furius Tacitus et M. Papirius

125 uirgiueus *M* 126 et e. seruilius *C* 127 minenius *P* 130 i. furius *M* 132 pinnarius *C* 138 seruius *C* 142 tricipitinis *M* 146 minutius *P*ª naucius *M* 147 honoratius *M* 149 nomilius *C* 150 tarpeus *M* 152 curiacius *C* 153 t. menenius] *M* *Cusp.*, memenius (*om.* t.) *P* 154 puplica *M* 157 ganius *M* 159 ginutius *C* curiacius *C* 160 i. papirius *M* simphronius *M*, semphronus *P* 163 fyrius *M*

		a. u. c.	
Liv. 4, 12	164	314	Proculus Geganius et L. Menenius
Liv. 4, 13	165	315	T. Quintius V et Agrip. Manlius
Liv. 4, 17	166	317	M. Geganius et L. Servius
Liv. 4, 21	167	318	L. Papirius cons.
Liv. 4, 21	168	319	C. Iulius et L. Verginius
Liv. 4, 23	169	320	C. Iulius II et L. Verginius II
Liv. 4, 26. 29	170	323	T. Quintius VI et Cn. Iulius
Liv. 4, 30	171	324	L. Papirius et L. Iulius Iullus
Liv. 4. 30	172	325	L. Servius II et Hostus Lucretius
Liv. 4, 30	173	326	Cossus Cornelius et T. Quintius
Liv. 4, 30	174	327	P. Servilius et L. Papirius
Liv. 4, 37	175	331	C. Sempronius et Q. Fabius
Liv. 4, 51	176	341	M. Cornelius et L. Furius
Liv. 4, 52	177	342	Q. Fabius et C. Furius
Liv. 4, 52	178	343	M. Papirius et C. Nautius
Liv. 4, 53	179	344	M. Aemilius et C. Valerius
Liv. 4, 54	180	345	Cn. Cornelius et L. Furius
Liv, 5, 29	181	361	L. Lucretius et Ser. Sulpicius
Liv. 5, 31	182	362	L. Valerius et M. Manlius
Liv. 5, 49	183		His conss. post urbem captam redeuntes Gallos dux Romanus nomine Camillus extinxit, de quibus triumphans in urbe quasi et ipse patriae conditor Romulus meruit nuncupari.
	184	363/79	Tunc dignitates mutatae sunt et in loco consulum per annos XVII tribuni militares fuerunt.
Liv. 6, 35	185	380/3	Quibus ob insolentiam remotis per annos IIII potestas consulum tribunorumque cessavit.
	186	384/7	Deinde rursus tribus annis per tribunos militares est administrata res publica. post annos vero XXIIII reversa est dignitas consularis.
Liv. 6, 42. 7, 1	187	388	L. Sestius de plebe et T. Aemilius Mamercus patricius
Liv. 7, 1	188	389	L. Genucius et Q. Servilius
Liv. 7, 2	189	390	C. Sulpicius Peticus et C. Licinius
Liv. 7, 3	190	391	C. Genucius et L. Aemilius Mamercus
Liv. 7, 4	191	392	Q. Servilius et L. Genucius
Liv. 7, 9	192	393	C. Sulpicius et C. Licinius
Liv. 7, 11	193	394	C. Poetelius et M. Fabius
Liv. 7, 12	194	395	M. Papirius et *Cn.* Manlius
Liv. 7, 12	195	396	C. Plautius et C. Fabius
Liv. 7, 16	196	397	L. Marcius et Cn. Manlius
Liv. 7, 17	197	398	Q. Fabius et M. Popillius
Liv. 7, 17. 18	198	399	C. Sulpicius Peticus et M. Valerius
Liv. 7, 18	199	400	M. Fabius et T. Quintius
Liv. 7, 19	200	401	C. Sulpicius et M. Valerius

167 *ante* cons. (conss *M*) *spatium vacuum P* 170 uii *M* 171 i. iulius *M* 172 seruilius *M* 175 semphronius *C* *consules a. 333* Cn. Fabius et T. Quinctius *relati apud Livium 4, 43 videntur omissi esse a Cassiodoro una cum collegiis tribuniciis quae tam praecedunt quam sequuntur (vide praef. p. 115).* 181 i. lucretius *M* 178 natius *M*a 182 i. ualerius *M* 183 orbe *M* 185 quibus] qui his *M* 186 puplica *C* 187 emilius *M* 189 peeticus *(sic) M* 193 poetilius *C* 194 cy *C* 195 plaucius *M* 198 peticis *M*

		a. u. c.	
Liv. 7, 21	201	402	P. Valerius et C. Marcius
Liv. 7, 22	202	403	C. Sulpicius et T. Quintius
Liv. 7, 23	203	404	M. Popilius et P. Scipio
Liv. 7, 24	204	405	L. Furius et App. Claudius
Liv. 7, 26	205	406	M. Valerius et M. Popilius
Liv. 7, 27	206	407	T. Manlius et C. Plautius
Liv. 7, 27	207	408	M. Valerius et P. Poetelius
Liv. 7, 28	208	409	M. Fabius et Ser. Sulpicius
Liv. 7, 28	209	410	C. Marcius et T. Manlius
Liv. 7, 28	210	411	M. Valerius et A. Cornelius
Liv. 7, 38	211	412	C. Marcius et Q. Servilius
Liv. 8, 1	212	413	C. Plautius et L. Aemilius
Liv. 8, 3	213	414	T. Manlius et P. Decius
Liv. 8, 12	214	415	T. Aemilius et Q. Publilius
Liv. 8, 13	215	416	L. Furius et C. Maenius
Liv. 8, 14	216		His consulibus rostra navium de Antiatibus in foro fixa sunt.
Liv. 8, 15	217	417	C. Sulpicius et P. Aelius
Liv. 8, 16	218	418	L. Papirius et K. Duillius
Liv. 8, 16	219	419	M. Valerius et M. Atilius
Liv. 8, 16	220	420	T. Veturius et Sp. Postumius
Liv. 8, 17	221	422	A. Cornelius et Cn. Domitius
Liv. 8, 17	222		His conss. pax cum Alexandro rege Epiri facta est.
Liv. 8, 18	223	423	M. Marcellus et C. Valerius
Liv. 8, 19	224	424	L. Papirius et C. Plautius
Liv. 8, 20	225	425	L. Aemilius et C. Plautius
Liv. 8, 22	226	426	C. Plautius et P. Cornelius
Liv. 8, 22	227	427	L. Cornelius et Q. Publilius
Liv. 8, 23	228	428	C. Poetelius III et L. Papirius
Liv. 8, 24	229		His conss. Alexandria in Aegypto condita.
Liv. 8, 29	230	429	L. Furius et D. Iunius
Liv. 8, 37	231	431	C. Sulpicius et Q. Aelius
Liv. 8, 38	232	432	Q. Fabius et L. Fulvius
Liv. 9, 1	233	433	T. Veturius et Sp. Postumius
Liv. 9, 7	234	434	Q. Papirius et L. Publilius
Liv. 9, 15	235	435	L. Papirius et Q. Aulius
Liv. 9, 20	236	436	M. Folius et L. Plautius
Liv. 9, 20. 21	237	437	C. Iunius et Q. Aemilius
Liv. 9, 21	238	438	Sp. Nautius et M. Popillius
Liv. 9, 22	239	439	L. Papirius iun. et Q. Publi*l*ius
Liv. 9, 24	240	440	M. Poetelius et C. Sulpicius
Liv. 9, 28	241	441	L. Papirius et C. Iunius
Liv. 9, 28	242	442	M. Valerius et P. Decius
Liv. 9, 29	243		His conss. per Appium Claudium censorem via facta et aqua inducta est, quae ipsius nomine nuncupantur.
Liv. 9, 30	244	443	C. Iunius et Q. Aemilius.
Liv. 9, 33	245	444	Q. Fabius et C. Marcius

203 scipo *M* 206 placius *M* 212 plancius *M* 214 publicius *M* 215 menius *C* 218 daillius *M* 219 *om. M* 224 c. planstius *C* 225 plancius *M* 226 plancius *M* 236 plancius *M* 238 naucius *M* pupillius *M* 239 publius *P*, puplius *M* 240 poetilius *C*

		a. u. c.	
Liv. 9, 10. 41	246	446	Q. Fabius et P. Decius
Liv. 9, 42	247	447	Ap. Claudius et L. Volumnius
Liv. 9, 42	248	448	P. Cornelius et Q. Marcius
Liv. 9, 43	249		His consulibus viae per agros publice factae.
Liv. 9, 44	250	449	L. Postumius et T. Minucius
Liv. 9, 45	251	450	P. Sulpicius et P. Sempronius
Liv. 10, 1	252	451	L. Genucius et Ser. Cornelius
Liv. 10, 1	253	452	M. Livius et L. Aemilius
Liv. 10, 6	254	454	M. Valerius et Q. Apuleius
Liv. 10, 9	255	455	M. Fulvius et T. Manlius
Liv. 10, 11	256	456	L. Scipio et Cn. Fulvius
Liv. 10, 14	257	457	Q. Maximus et P. Decius
Liv. 10, 15. 16	258	458	L. Volumnius et App. Claudius
Liv. 10, 22. 24	259	459	Q. Fabius et P. Decius
Liv. 10, 32	260	460	L. Postumius et M. Atilius
Liv. 10, 38. 39	261	461	L. Papirius Cursor et Sp. Carvilius
Liv. 10, 47	262	462	Q. Fabius et D. Brutus
	263	463	L. Postumius et C. Iunius
	264	464	P. Cornelius et M. Curius
	265	465	M. Valerius et Q. Caedicius
	266	466	Q. Marcius et P. Cornelius
	267	467	M. Marcellus et C. Nautius
	268	468	M. Valerius et C. Aelius
	269	469	C. Claudius et M. Aemilius
	270	470	C. Servilius et L. Caelius
	271	471	P. Cornelius Dolabella et Cn. Domitius
	272	472	C. Fabricius et Q. Aemilius
	273	473	L. Aemilius et Q. Marcius
	274	474	P. Valerius et T. Coruncanius
	275	475	P. *S*ulpicius et P. Decius
	276	476	C. Fabricius et Q. Aemilius
	277	477	P. Cornelius et C. Iunius
	278	478	Q. Fabius et C. Genucius
	279	479	M. Curius et L. Lentulus
	280	480	Ser. Cornelius et M. Curius
	281	481	C. Fabius et C. Claudius
	282	482	L. Papirius Cursor et Sp. Carvilius
	283	483	K. Quintius et L. Genucius
	284	484	C. Genucius et Cn. Cornelius
	285	485	*[Q. Ogulnius et C. Fabius]*
	286	486	P. Sempronius et App. Claudius
	287	487	M. Atilius et L. Iulius Libo
	288	488	D. Iunius et N. Fasius
	289	489	Q. Fabius et L. Manlius
	290	490	App. Claudius et Q. Fulvius

247 cladius *M* 248 martius *P* 250 minutius *M* 252 genutius *P* 253 libius *M*, lybius *P* 254 aputeius *M* 260 postumus *M* 262 t. brutus *M* 265 caeditius *P* 267 naucius *M* 271 domicius *M* 273. 274 *om. M* 275 p. ulpicius *C* 283 genutius *C* 284 genutius *C* *cos. a. 485 om. C, etiam Cusp., sed videntur adfuisse apud Cassiodorum (praef. p. 115).* 286 semphronius *P* 289 *om. P*

a. u. c.

291 491 M. Valerius et M. Otacilius
292 492 L. Postumius et Q. Mamilius
293 493 L. Valerius et L. Otacilius
294 494 Cn. Cornelius et C. Duilius
295 495 C. Aquilius et L. Cornelius
296 496 A. Atilius Calatinus et C. Sulpicius
297 497 Cn. Cornelius et C. Atilius *Serranus*
298 498 Q. Caedicius et L. Manlius
299 499 M. Aemilius Paulus et Ser. Fulvius Nobilior
300 500 Cn. Cornelius et A. Atilius
301 501 Cn. Servilius et C. Sempronius
302 502 C. Aurelius Cotta et P. Servilius
303 503 L. Caecilius Metellus et C. Furius
304 504 C. Atilius Regulus et L. Manlius
305 505 P. Claudius et L. Iunius
306 506 P. Servilius et C. Aurelius
307 507 L. Caecilius et N. Fabius
308 508 M. Fabius et M. Otacilius
309 509 M. Fabius et C. Atilius
310 510 A. Manlius et C. Sempronius
311 511 C. Fundanius et C. Sulpicius
312 512 C. Lutatius Cerconius et A. Postumius
313 513 Q. Lutatius Catulus et A. Manlius
314 514 C. Claudius Cento et M. Sempronius
315 515 C. Manlius et Q. Valerius
316 His conss. ludis Romanis primum tragoedia et comoedia a Lucio Livio ad scaenam data.
317 516 T. Sempronius et P. Cornelius
318 517 L. Cornelius et Q. Fulvius
319 518 C. Licinius et P. Cornelius
320 519 T. Manlius Torquatus et C. Atilius
321 520 L. Postumius et Sp. Carvilius
322 521 Q. Fabius et M. Pomponius
323 522 M. Lepidus et M. *P*oblicius
324 523 C. Papirius et M. Pomponius
325 524 M. Aemilius et M. Iunius
326 His conss. Hamilcar Hannibalis pater in Hispania bellum Romanis parans occisus est. hic solitus dicere quattuor filios contra p. R. velut catulos leoninos *se* educare.
327 525 L. Postumius et Cn. Fulvius
328 526 Q. Fabius et Sp. Carvilius
329 527 P. Valerius et M. Atilius
330 528 L. Apustius et M. Valerius
331 529 C. Atilius et L. Aemilius
332 530 T. Marcius et Q. Fulvius II

Hier. a. 2291 990 His conss. Aurelianus templum Soli aedificavit, Romam firmioribus muris vallat.

Vict. 249 991 277 Probus et Paulinus

Vict. 250 992 278 Probus II et Paternus II

Hier. a. 2292 993 His conss. inter Constantinopolim et Heracliam Aurelianus occiditur. cui successit TACITVS, qui regnavit mensibus VI. sub quo hi consules fuerunt. **XXX.**

Vict. 251 994 279 Probus III et Paternus III

Hier. a. 2293 995 His conss. Tacitus in Ponto occisus est et optinuit FLORIANVS imperium diebus LXXXVIII.

Hier. a. 2293 996 Hoc quoque apud Tarsim interfecto PROBVS factus est impera-

966—970 *om. M* 972 barbarorumque quass. *M* 973 ui *om. M* 974—977 *om. M* 974 Valeriano *Victorius* 979 mediolanio *P*, mediolano *M* annum *C* 980 *om. M* 983 cladii *M* 986—988 *om. M* 989 aurelius et *M* 992 *om. M* 993 aurelius *M* 994 probus ii et paternus *M* 995 lxxuiii *M*

a. p. Chr.

tor, qui regnavit annis VI mensibus III. sub quo hi consules fuerunt. **XXXI.**

Vict. 252 997 280 Messala et Gratus

Hier. a. 2294 998 His conss. Galliae, quae fuerant a barbaris occupatae, a Probo Romano restituuntur imperio.

Vict. 253 999 281 Probus IIII et Tiberianus

Vict. 254 1000 282 Probus V et Victorinus

Hier. a. 2295 1001 His conss. insana Manichaeorum haeresis exorta est.

Vict. 255 1002 283 Carus et Carinus

Vict. 256 1003 284 Carus II et Numerianus

Vict. 257 1004 285 Diocletianus et Aristobolus

Hier. a. 2299 1005 His conss. Probus apud Sirmium tumultu militari in turre quae vocatur Ferrata occiditur. cui successit CARVS CVM filiis suis CARINO ET NVMERIANO, qui regnaverunt annis duobus. sub quibus hi consules fuerunt. **XXXII.**

Vict. 258 1006 286 Maximus et Aquilinus

Hier. a. 2300 1007 His conss. cum Carus devictis Parthis castra supra Tigridem posuisset, fulmine ictus interiit.

Vict. 259 1008 287 Diocletianus II et Maximianus

Hier. a. 2301. 2302 1009 His conss. Numerianus occiditur. Carinus apud Margum proelio victus interiit. post quos DIOCLETIANVS Dalmata suscepit imperium, qui regnavit annis XX. sub quo hi consules fuerunt. **XXXIII.**

Vict. 260 1010 288 Maximianus II et Iannarius

Vict. 261 1011 289 Bassus et Quintianus

Hier. a. 2303 1012 His conss. Diocletianus in consortium regni Herculium Maximianum adsumit.

Vict. 262 1013 290 Diocletianus III et Maximianus III

Vict. 263 1014 291 Tiberianus et Dio

Vict. 264 1015 292 Annibalianus et Asclepiodotus

Vict. 265 1016 293 Diocletianus IIII et Maximianus IIII

Vict. 266 1017 294 Constantius et Maximus

Vict. 267 1018 295 Tuscus et Anulinus

Vict. 268 1019 296 Diocletianus V et Constantius II

Vict. 269 1020 297 Maximianus V et Maximus II

Vict. 270 1021 298 Faustus et Gallus

Hier. a. 2312 1022 His conss. primus Diocletianus adorari se iussit ut deum et gemmas vestibus calciamentisque conseruit, cum ante eum omnes imperatores in modum iudicum salutarentur et chlamydem tantum purpuream a privato habitu plus haberent.

Vict. 271 1023 299 Diocletianus VI et Maximianus VI

Vict. 272 1024 300 Constantius III et Maximus III

---

998 galliae] gratus *M* 999 *om. M* 1001 manicheorum *C* 1003 carus ii et *om. M* 1004 diocletianus *om. M* 1007 trigidem *M* 1008 dioclitianus *M* 1009 dioclitianus *M* 1012 dioclitianus *M* 1013 *om. M* dioclecianus *P* 1015—1019 *om. M* 1016 dioclecianus *P* 1020 *habet Cusp. omnino ex cod., om. C* 1022 dioclitianus *M* clamidem tantum *M Cusp. cum Hier.*, tantum clamydem *P* purpoream *M*, purpureum *P* habito *P* 1023 *om. M* dioclecianus *P* maximinus *P*

		a. p. Chr.	
Vict. 273	1025	301	Titianus et Nepotianus
Vict. 274	1026	302	Constantius IIII et Maximus IIII
Hier. a. 2317	1027		His conss. LX milia Alamannorum caesa sunt.
Vict. 275	1028	303	Diocletianus VII et Maximianus VII
Vict. 276	1029	304	Diocletianus VIII et Maximianus VIII
Vict. 277	1030	305	Constantius V et Maximus V
Vict. 278	1031	306	Constantius VI et Maximus VI
Hier. a. 2320	1032		His conss. Diocletianus et Maximianus Augg. insigni pompa Romae triumpharunt. antecedentibus currum eorum Narsei coniuge sororibus liberis et omni pompa, qua Parthos spoliaverant.
Vict. 279	1033	307	Diocletianus VIIII et Constantinus
Vict. 280	1034	308	Diocletianus X et Maximus VII
Hier. a. 2321. 2322; *Eutrop.* 9, 27. 10, 1	1035		His conss. Diocletianus Nicomediae, Maximianus Mediolani purpuram deposuerunt ob aetatis defectum et creati sunt CONSTANTIVS ET GALERIVS. sed Constantius tantum Augusti dignitate contentus cum esset otiosus, anni ipsius adscribuntur filio eius CONSTANTINO, qui natus dicitur ex Helena concubina, qui regnavit annis XXX mensibus X. sub quo hi consules fuerunt. **XXXIIII.**
Vict. 281	1036	309	p. c. Diocletiani X et Maximi VII
Vict. 282	1037	310	II p. c. Diocletiani X et Maximi VII
Vict. 283	1038	311	Maximus VIII et Licinius
Vict. 284	1039	312	Constantinus II et Licinius II
Vict. 285	1040	313	Constantinus III et Licinius III
Vict. 286	1041	314	Volusianus et Annianus
Vict. 287	1042	315	Constantinus IIII et Licinius IIII
Vict. 288	1043	316	Sabinus et Rufus
Vict. 289	1044	317	Gallicanus et Bassus
Vict. 290	1045	318	Licinius V et Crispus
Vict. 291	1046	319	Constantinus V et Licinius Caes.
Vict. 292	1047	320	Constantinus VI et Constantius Caes.
Vict. 293	1048	321	Crispus II et Constantius Caes. II.
Vict. 294	1049	322	Probianus et Iulianus
Vict. 295	1050	323	Severus et Rufinus
Vict. 296	1051	324	Crispus III et Constantius III
Vict. 297	1052	325	Paulinus et Iulianus
Vict. 298	1053	326	Constantinus VII et Constantius IIII
Vict. 299	1054	327	Constantius V et Maximus
Vict. 300	1055	328	Ianuarinus et Iustus
Hier. a. 2342	1056		His conss. vicennalia Constantini Nicomediae acta et sequenti anno Romae edita.

1026 *om. M* 1028 maximinus *P*[1] uii *om. M* 1029 *om. M* diocleeianus *P* 1031 *om. M* 1032 omni pompa] omni praeda *Hier.* spoliauerant] *Hier.*, expoliauerunt *M*[a], expoliauerant *M*[b], expoliauerantur *P* 1033 diocleeianus *P* 1034 diocletianus (diocleeianus *P*) x *om. M* 1035 diocleeianus *P* effectum *M* 1036 diocleciani *P* uii *om. M* 1037 h p c *M* maximi x *P* 1038—1042 *om. M* 1040 Licinius iii *Cusp.*, licinius (*om.* iii) *P* 1043 rufinus *P* 1044—1048 *om. M* 1047 Constantinus Caes. *Cusp.* 1048 Constantinus Caesar ii *Cusp.* 1050. 1051 *om. M* 1051 Constantinus Caes. iii *Cusp.* 1052 iulianus] constantius *M* 1053. 1054 *om. M* et constantius iii *P*, et Constantius Caes. *Cusp. et sic fere Prosp. Vict.* 1055 ianuarius *M Cusp.*

		a. p. Chr.	
Vict. 301	1057	329	Constantinus VIII et Constantius VI
Vict. 302	1058	330	Constantius VII et Symmachus
Vict. 303	1059	331	Bassus et Ablabius
Vict. 304	1060	332	Pacatianus et Hilarianus
Hier. a. 2346; *Eutrop.* 10, 8	1061		His conss. civitas, quae prius Byzantium dicta est, mutato nomine a Constantino Constantinopolis dedicatur.
Vict. 305	1062	333	Dalmatius et Zenophilus
Vict. 306	1063	334	Optatus et Paulinus
Vict. 307	1064	335	Constantius et Albinus
Vict. 308	1065	336	Nepotianus et Facundus
Vict. 309	1066	337	Felicianus et Titianus
Vict. 310	1067	338	Ursus et Polemius
Vict. 311	1068	339	Constantius II et Constans
Hier. a. 2353	1069		His conss. Constantinus imp. dum bellum pararet in Persas, in Acyrone villa publica iuxta Nicomediam moritur anno aetatis LXVI. post quem tres liberi eius, id est CONSTANTINVS, CONSTANTIVS ET CONSTANS, qui regnaverunt annis XXIIII mensibus V diebus XXIII. sub quibus hi consules fuerunt. **XXXV.**
Vict. 312	1070	340	Acyndinus et Proculus
Vict. 313	1071	341	Marcellinus et Probinus
Vict. 314	1072	342	Constantius III et Constans II
Hier. a. 2356	1073		His conss. Constantinus bellum fratri Constantio inferens iuxta Aquileiam Alsae occiditur.
Vict. 315	1074	343	Placidus et Romulus
Vict. 316	1075	344	Leontius et Salustius
Hier. a. 2358	1076		His conss. Franci a Constante perdomiti in pacem recepti sunt.
Vict. 317	1077	—	Constantius IIII et Constans III
Vict. 318	1078	345	Amantius et Albinus
Vict. 319	1079	346	p. c. Amantii et Albini
Vict. 320	1080	347	Rufinus et Eusebius
Hier. a. 2361	1081		His conss. magnis rei publicae expensis in Seleucia Syriae portus efficitur.
Vict. 321	1082	348	Philippus et Sallia
Hier. a. 2362	1083		His conss. solis facta defectio.
Vict. 322	1084	349	Limenius et Catulinus
Vict. 323	1085	350	Sergius et Nigridianus
Hier. a. 2366	1086		His conss. Constans haud longe ab Hispania in castro cui Helenae nomen est interficitur anno aetatis XXX et Constantius remansit in regno.
Vict. 324	1087	351	p. c. Sergii et Nigriniani
Vict. 325	1088	352	Constantius V et Constans Caes.

1057—1061 *om. M* 1061 bizantium *P* 1066 felicius *M* 1068 constantius ii *om. M* 1069 impēdumpellum *M* acyne *M* iusta *M* moritur annis lxuii *M* 1072 *om. M* 1075 leoncius *P* 1076 repti *M* 1077 *habent P Cusp.*, *om. M* 1083 *om. M* 1085 nigridiannus *M*, Nigriniano *Victorius* 1086 hispannia *M* 1087 nigriniani] *M cum Victorio*, nigridiani *P*, nigrianus *Cusp.* 1088 u *om. M* et Constantius iunior *Cusp.*

		a. p. Chr.	
Vict. 326	1089	353	Constantius VI et Constans Caes. II
Vict. 327	1090	354	Constantius VII et Constans Caes. III
Vict. 328	1091	355	Arbitrio et Lollianus
Hier. a. 2370	1092		His conss. Victorinus rhetor et Donatus grammaticus Romae insignes habentur.
Vict. 329	1093	356	Constantius VIII et Iulianus Caes.
Vict. 330	1094	357	Constantius VIIII et Iulianus Caes. II
	1095		His conss. magnae Alamannorum copiae apud Argentoratum oppidum Galliarum deletae sunt.
Vict. 331	1096	358	Titianus et Caerealis
Vict. 332	1097	359	Eusebius et Hypatius
Vict. 333	1098	360	Constantius X et Iulianus Caes. III
Hier. a. 2372	1099		His conss. Honoratus nomine primus Constantinopoli praefectus urbi esse coepit.
Vict. 334	1100	361	Taurus et Florentius
Vict. 335	1101	362	Mamertinus et Nevitta
Hier. a. 2377	1102		His conss. Constantius Mopsocrenis inter Ciliciam Cappadociamque moritur anno aetatis XLVI. cui successit IVLIANVS qui regnavit annum I. sub quo hi consules fuerunt. **XXXVI.**
Vict. 336	1103	363	Iulianus IIII et Sallustius
Hier. a. 2379	1104		His conss. Iulianus post victoriam apud Persas occiditur anno aetatis XXXII. post quem sequenti die Iovianus ex primicerio domesticorum factus est imperator, qui regnavit mensibus VIII. sub quo hi consules fuerunt. **XXXVII.**
Vict. 337	1105	364	Iovianus et Varronianus
Hier. a. 2380	1106		His conss. Iovianus imp. moritur anno aetatis XXXIIII. post quem VALENTINIANVS tribunus scutariorum apud Nicaeam Augustus appellatus fratrem VALENTEM Constantinopoli in communionem adsumit imperii, qui regnavit annis XIIII mensibus V. sub quo hi consules fuerunt. **XXXVIII.**
Vict. 338	1107	365	Valentinianus et Valens
Vict. 339	1108	366	Gratianus et Gadalaifus
Vict. 340	1109	367	Lubicinus et Iovinus
Hier. a. 2383	1110		His conss. Gratianus Valentiniani filius Ambianis imperator factus est.
Hier. a. 2383	1111		Apud Atrabatas lana caelo pluviae mixta defluxit.
Vict. 341	1112	368	Valentinianus II et Valens II
Vict. 342	1113	369	Valentinianus n. p. et Victor
Vict. 343	1114	370	Valentinianus III et Valens III
Vict. 344	1115	371	Gratianus II et Probus
Vict. 345	1116	372	Modestus et Arintheus
Vict. 346	1117	373	Valentinianus IIII et Valens IIII
Hier. a. 2389	1118		His conss. Saxones caesi Deusone in regione Francorum.

1089. 1090 *om. M* 1089 et Constantius Caes. ii *Cusp.* 1090 et Constantius iii *Cusp.* 1091 Arbitione *Victorius* 1093 uiii *om. M* 1094 *om. M* 1095 delecte *M* 1097 hipatius *M* 1098 iii *om. M* 1102 cilitiam *P* xlui] xlu *Hier.* annis *M* 1103 salustius *M* 1104 xxxiii *M* 1105 uaronianus *M* 1106 scrutariorum *P* niceam *C* fratem *M*a communio *M* 1107 ualentinianus] ualentinus *M* 1113. 1114 *om. M* 1117 *om. M* 1118 caeso *M* franchorum *P*

Hier. a. 2389 1119 Burgundionum LXXX fere milia, quot numquam antea ad Rhenum descenderunt.

Hier. a. 2389 1120 Clearchus praefectus urbi Constantinopolim necessariam aquam et quam diu civitas optabat induxit.

a. p. Chr.

Vict. 347 1121 374 Gratianus III et Equitius

Vict. 348 1122 375 p̄. c. Gratiani III et Equitii

Vict. 349 1123 376 Valens V et Valentinianus

Hier. a. 2391 1124 His conss. Valentinianus apoplexi Brigitione moritur. post quem Gratianus adsumpto imperio Valentiniano fratre cum patruo Valente regnat.

Vict. 350 1125 377 Gratianus IIII et Merobaudes

Hier. a. 2393 1126 His conss. Alamannorum circiter XXX milia apud Argentariam oppidum Galliarum caesa.

Hier. a. 2393 1127 Gothi diffunduntur in Thracia.

Vict. 351 1128 378 Valens VI et Valentinianus II

Hier. a. 2395 1129 His conss. a Gothis in Thracia Valentis trucidatur exercitus. ipse quoque imperator incensa domo, ubi se occultaverat, igne combustus est.

Prosp. 1170 1130 Cui successit in Oriente Theodosius Theodosii filius, quem sibi in consortium Gratianus ascivit.

Prosp. 1167 *auct.* 1131 GRATIANVS itaque cum iam XIIII regnaret annis, CVM THEODOSIO regnat annis VI. sub quibus hi consules fuerunt. **XXXVIIII.**

Vict. 352 1132 379 Ausonius et Olybrius

Vict. 353 1133 380 Gratianus V et Theodosius

Prosp. 1173 1134 His conss. Ambrosius episcopus de Christiana fide multa sublimiter scribit.

Vict. 354 1135 381 Siagrius et Eucherius

Prosp. 1175 1136 His conss. Martinus episcopus Turonum Galliae civitatis clarus habetur.

Vict. 355 1137 382 Antonius et Siagrius

Prosp. 1177 *mut.* 1138 His conss. Athanaricus rex Gothorum Constantinopolim venit ibique vitam exegit.

Vict. 356 1139 383 Merobaudes II et Saturninus

Prosp. 1179 1140 His conss. Arcadius Theodosii imp. filius Augustus appellatur.

Vict. 357 1141 384 Ricimer et Glearchus

Prosp. 1183 1142 His conss. Gratianus apud Lugdunum captus occiditur.

Prosp. 1184 1143 Residui VALENTINIANVS ET THEODOSIVS regnant annis VIII. sub quibus hi consules fuerunt. **XL.**

Vict. 358 1144 385 Arcadius et Bauto

Prosp. 1186 1145 His conss. Hieronymus presbyter in Bethleem positus toto mundo mirabilis habetur.

Vict. 359 1146 386 Honorius n̄. p̄. et Euhodius

1119 burgundiorum *P Cusp.* quod *C* 1120 clearcus *C* constantinopoli *M Cusp.* et *om. M* 1126 alemannorum *M* 1127 tracia *C* 1128 et *om. M* 1129 a *om. C* tracia *C* trucidatus *M* 1131 iam *om. P* xiiii] *P*, xxxi *M* iii sub quo *M* 1134 scribitur *P* 1135 eutherius *M* 1136 claurus *M* 1141 glearcus *P*[a] 1145 hieronimus *C* bethlehem *M*

		a p. Chr.	
Vict. 360	1147	387	Valentinianus III et Eutropius
Vict. 361	1148	388	Theodosius II et Cynegius
Vict. 362	1149	389	Timasius et Promotus
Vict. 363	1150	390	Valentinianus IIII et Neoterius
Vict. 364	1151	391	Titianus et Symmachus
Vict. 365	1152	392	Arcadius II et Rufinus
Prosp. 1197	1153		His conss. Valentinianus vitae taedio apud Viennam laqueo periit.
Prosp. 1198	1154		THEODOSIVS cum iam per XIIII annos regnaret, CVM ARCADIO ET HONORIO regnat annis tribus. sub quibus hi consules fuerunt. **XLI.**
Vict. 366	1155	393	Theodosius III et Abundantius
Vict. 367	1156	394	Arcadius III et Honorius II
Prosp. 1201	1157		His conss. Iohannes monachus gratia divina praeditus Theodosium consulentem de eventu belli, quod adversum Eugenium movebat, victorem fore pronuntiat.
Vict. 368	1158	395	Olybrius et Probius
Prosp. 1203	1159		His conss. Theodosius Eugenium tyrannum vincit et perimit.
Prosp. 1204	1160		Augustinus beati Ambrosii discipulus multa facundia doctrinaque excellens Hippone Regio in Africa episcopus ordinatur.
Prosp. 1205	1161		Hoc tempore Claudianus poeta insignis habetur.
Prosp. 1206	1162		Theodosius imp. Mediolani moritur.
Prosp. 1207	1163		Post quem ARCADIVS, cum iam regnasset annis XII, CVM fratre HONORIO regnat annis XIII. sub quo hi consules fuerunt. **XLII.**
Vict. 369	1164	396	Arcadius IIII et Honorius III
Vict. 370	1165	397	Caesarius et Atticus
Vict. 371	1166	398	Honorius IIII et Eutychianus
Vict. 372	1167	399	Manlius et Theodorus
Vict. 373	1168	400	Stilicho et Aurelianus
Prosp. 1218	1169		His conss. Gothi Halarico et Radagaiso regibus ingrediuntur Italiam.
Vict. 374	1170	401	Vincentius et Fravita
Vict. 375	1171	402	Arcadius V et Honorius V
Prosp. 1222 *mut.*	1172		His conss. Pollentiae Stiliconem cum exercitu Romano Gothi victum acie fugaverunt.
Vict. 376	1173	403	Theodosius Aug. I et Rumoridus
Vict. 377	1174	404	Honorius VI et Aristenetus
Vict. 378	1175	405	Stilico II et Anthemius
Vict. 379	1176	406	Arcadius VI et Probus
Prosp. 1230	1177		His conss. Vandali et Alani transiecto Rheno Gallias intraverunt.
Vict. 380	1178	407	Honorius VII et Theodosius II
Vict. 381	1179	408	Bassus et Philippus

1150 *om. M* nii *P* 1151 ticianus *M* 1153 uennam *M* 1154 annis] annos *P* tribus] *Cassiodorus cum Prospero (v. p. 116),* duobus *C Cusp.* 1156 archadius *M* 1157 diuina *M Cusp., om. P* 1158 olibrius *M* Probino *Victorius.* 1159 tyrrannum *M* 1160 discipulis *P* yppone *C* 1163 quem] quam *M* 1164 Honorius iii *Cusp. cum Vict.,* honorius ii *C* 1165 cesarius et aticus *M* 1166 eutichianus *M* 1167 Mallio *(et ins. Victorii libri praeter optimum)* Theodoro v. c. *Vict.* 1169 ragadaiso *P* regibus *C,* ducibus *Prosp.* 1172 hos *M* aice *M* 1175 stilicho *M* 1176 ui *om. M* 1177 reno *C*

Prosp. 1234 — 1180 His conss. Arcadius imp. Constantinopoli moritur.

Prosp. 1235 — 1181 HONORIVS CVM THEODOSIO fratris filio regnat annis XV. sub quibus hi consules fuerunt. **XLIII.**

a. p. Chr.

Vict. 382 — 1182 — 409 Honorius VIII et Theodosius III

Prosp. 1237 — 1183 His conss. Vandali Hispanias occupaverunt.

Vict. 383 — 1184 — 410 Varan et Tertullus

Prosp. 1240 *auct.* — 1185 His conss. Roma a Gothis Halarico duce capta est, ubi clementer usi victoria sunt.

Vict. 384 — 1186 — 411 Theodosius Aug. IIII cons.

Vict. 385 — 1187 — 412 Honorius VIIII et Theodosius V

Prosp. 1246 — 1188 His conss. Gothi rege Ataulpho Gallias intraverunt.

Vict. 386 — 1189 — 413 Lucius v. c. cons.

Prosp. 1250 — 1190 His conss. Burgundiones partem Galliae Rheno tenuere coniunctam.

Vict. 387 — 1191 — 414 Constantius et Constans

Vict. 388 — 1192 — 415 Honorius X et Theodosius VI

Vict. 389 — 1193 — 416 Theodosius VII et Pallidius

Prosp. 1259 — 1194 His conss. Gothi placati Constantio Placidiam reddiderunt, cuius nuptias promeretur.

Vict. 390 — 1195 — 417 Honorius XI et Constantius II

Vict. 391 — 1196 — 418 Honorius XII et Theodosius VIII

Vict. 392 — 1197 — 419 Monaxius et Plinta

Vict. 393 — 1198 — 420 Theodosius VIIII et Constantius III

Prosp. 1273 — 1199 His conss. Constantius ab Honorio in societatem regni recipitur.

Vict. 394 — 1200 — 421 Agricola et Eustathius

Prosp. 1276 — 1201 His conss. Constantius imp. moritur.

Vict. 395 — 1202 — 422 Honorius XIII et Theodosius X

Prosp. 1278 — 1203 His conss. exercitus ad Hispanias contra Vandalos missus est.

Vict. 396 — 1204 — 423 Marinianus et Asclepiodotus

Prosp. 1280 *auct.* — 1205 His conss. Placidia Augusta a fratre Honorio ob suspicionem invitatorum hostium cum Honorio et Valentiniano filiis ad Orientem mittitur.

Prosp. 1282 — 1206 Honorius moritur.

Prosp. 1283 — 1207 Et solus THEODOSIVS Romanum imperium tenet annis XXVII. sub quo hi consules fuerunt. **XLIIII.**

Vict. 397 — 1208 — 424 Castinus et Victor

Prosp. 1286 — 1209 His conss. Theodosius Valentinianum consobrinum Caesarem facit et cum Augusta matre ad recipiendum occidentale mittit imperium.

Vict. 398 — 1210 — 425 Theodosius XI et Valentinianus Caesar.

Prosp. 1288 — 1211 His conss. Iohannem tyrannum Valentinianus imp. extinxit Hunosque, qui in Italia erant Iohanni praesidio, per Aetium mira felicitate dimovit.

Vict. 399 — 1212 — 426 Theodosius XII et Valentinianus II

1181 quo *M* — 1183 hispannias *M* — 1186 couss. *C* — 1188 ataupho *M* — 1189 conss̄. *P* — 1196 horius *P* — 1199 Constantius *om. M*, *add. post* recipitur *Cusp.* — 1200 eustachius *M Cusp.* — 1203 ab hispannia *M* — uuandalos *M* — 1205 Honoria *Prosper* — filius *M* — 1211 etium *M*

		a. p. Chr.	
Vict. 400	1213	427	Hierius et Ardabures
Prosp. 1294	1214		His conss. Bonifatio Africam tenenti infauste bellum ingeritur.
Prosp. 1295 *auct.*	1215		Gens Vandalorum a Gothis exclusa de Hispaniis ad Africam transit.
Vict. 401	1216	428	Felix et Taurus
Prosp. 1298	1217		His conss. Aetius multis Francis caesis quam occupaverant propinquam Rheno partem recipit Galliarum.
Vict. 402	1218	429	Florentius et Dionysius
Vict. 403	1219	430	Theodosius XIII et Valentinianus III
Vict. 404	1220	431	Bassus et Antiochus
Vict. 405	1221	432	Aetius et Valerius
Vict. 406	1222	433	Theodosius XIIII et Maximus
Vict. 407	1223	434	Aspar et Ariovindus
Vict. 408	1224	435	Theodosius XV et Valentinianus IIII
Prosp. 1321	1225		His conss. pax facta cum Vandalis data eis ad habitandum Africae portione.
Prosp. 1322	1226		Gundicharium Burgundionum regem Aetius bello subegit pacemque ei reddidit supplicanti. quem non multo post Hunni peremerunt.
Vict. 409	1227	436	Hisidorus et Senator
Vict. 410	1228	437	Aetius II et Sigisvultus
Prosp. 1328	1229		His conss. Valentinianus Aug. ad Theodosium principem Constantinopolim proficiscitur filiamque eius in matrimonium accipit.
Vict. 411	1230	438	Theodosius XVI et Faustus
Vict. 412	1231	439	Theodosius XVII et Festus
Prosp. 1335	1232		His conss. bellum adversus Gothos Hunnis auxiliaribus geritur et Litorius dux Romanus ab eis capitur.
Prosp. 1336	1233		Ginsericus, de cuius amicitia nihil metuebatur, Carthaginem dolo pacis invadit.
Vict. 413	1234	440	Valentinianus Aug. V et Anatolius
Prosp. 1342	1235		His conss. Ginsericus Siciliam graviter affligit.
Vict. 414	1236	441	Cyrus v. c. cons.
Prosp. 1344	1237		His conss. Theodosius imp. bellum contra Vandalos inefficaciter movit.
Vict. 415	1238	442	Dioscorus et Eudoxius
Prosp. 1346	1239		His conss. Hunni Thracias et Hillyricum saeva populatione vastarunt.
Prosp. 1347	1240		Cum Ginserico ab Augusto Valentiniano pax confirmata et certis spatiis Africa inter utrosque divisa est.
Vict. 416	1241	443	Maximus II et Paternus
Vict. 417	1242	444	Theodosius XVIII et Albinus
Prosp. 1353	1243		His conss. Attila rex Hunnorum Bledam fratrem et consortem in regno suo perimit eiusque populos sibi parere compellit.

1214 bonifacio *C* 1218 dionisius *M*, dyonisius *P* 1224 theosius P^1 ualerianus *M* 1226 cundicharium *P* bungundionum *P*, burgundionem *M* actius *M* multi *M* 1229 aug. ualentinianus P^a 1232 aduerius *M* auxiliatribus *M* 1234 anatholius *M* 1236 conss. *P* 1237 con uandalas *M* 1239 tracias *M* 1240 affrica *P* 1243 fratrem *om. M* suum *Prosper* peremit *M* populo *C* parare *M*

a. p. Chr.

Vict. 418 1244 445 Valentinianus VI et Nonus
Vict. 419 1245 446 Aetius III et Symmachus
Vict. 420 1246 447 Callepius et Ardabures
Vict. 421 1247 448 Postumianus et Zeno
Vict. 422 1248 449 Asturius et Protogenes
Vict. 423 1249 450 Valentinianus VII et Avienus
Prosp. 1361 1250 His conss. Theodosius moritur.
Prosp. l. c. auct. 1251 Post quem MARCIANVS adscitur imperio. qui regnavit annis VII. sub quo hi consules fuerunt. **XLV.**
Vict. 424 1252 451 Marcianus Aug. et Adelphius
Prosp. 1364 *auct.* 1253 His conss. Romani Aetio duce Gothis auxiliaribus contra Attilam in campo Catalaunico pugnaverunt, qui virtute Gothorum superatus abscessit.
Vict. 425 1254 452 Herculanus et Asporacius
cf. Vat. ad Prosp. 1365 1255 His conss. Attila redintegratis viribus Aquileiam magna vi dimicans introivit.
Prosp. 1367 1256 Cum quo a Valentiniano imp. papa Leo directus pacem fecit.
Vict. 426 1257 453 Opilio et Vincomalus
Prosp. 1370 1258 His conss. Attila in sedibus suis moritur.
Vict. 427 1259 454 Aetius et Studius
Prosp. 1373 1260 His conss. Aetius patricius in Palatio manu Valentiniani imp. extinctus est, Boetius vero praefectus praetorio amicus eius circumstantium gladiis interemptus.
Vict. 428 1261 455 Valentinianus VIII et Anthemius
Prosp. 1375 *auct.* 1262 His conss. in campo Martio ab amicis Aetii Valentinianus occiditur. post quem Maximus invadit inperium, qui intra duos menses a militibus extinctus in Tiberim proicitur.
1263 Eodem anno per Ginsericum omnibus opibus suis Roma vacuata est.
1264 Post Maximum Avitus in Gallia sumit imperium.
Vict. 429 1265 456 Iohannes et Varan
1266 His conss. Placentiae deposuit Avitus imperium.
Vict. 430 1267 457 Constantinus et Rufus
1268 His conss. Marciano defuncto LEO Orientis, Maiorianus Italiae suscepit imperium. sub quibus hi consules fuerunt.
1269 458 Leo Aug. et Maiorianus Aug.
1270 His conss. Maiorianus in Africam movit procinctum.
1271 459 Ricimer patricius
1272 460 Magnus et Apollonius
1273 461 Severinus et Dagalaifus
1274 His conss. Maiorianus inmissione Ricimeris extinguitur, cui Severum natione Lucanum Ravennae succedere fecit in regnum.

1251 martianus *M* imperium *P* 1252 martianus *C* 1253 auxiliaribus *P Cusp.*, auxiliatribus *M*, auxiliatoribus *Herm.* campos catalaunicos *C*, campis Catalaunicis *Cusp.* abcessit *M* 1255 aquilegiam *P* 1257 opio *P* nincomalius *M* 1258 moribus *M* 1260 ualentiani *M* amimus *M* circumstantiis interemptus *P*, circumstantium gladiis interemptis *M*, circumstantium gladiis peremptus *Cusp.* 1262 invasit *P* 1264 gallias *C Cusp.* 1267 constantius *M* 1268 martiano *M* *post* fuerunt *ins.* xlui *P* 1270 affricam *P* 1271 patricius] *M*[b], paticius *M*[a], et patricius *P* 1272 appollonius *M* 1273 seuerus *M* 1274 maiorauus *M* rauenne *P*

a. p. Chr.

1275 462 Leo Aug. II et Severus Aug.

1276 463 Basilius et Vivianus

1277 464 Rusticius et Olybrius

1278 His conss. rex Halanorum Beorgor apud Pergamum a patricio Ricimere peremptus est.

1279 465 Arminericus et Basiliscus

1280 His conss., ut dicitur Ricimeris fraude, Severus Romae in Palatio veneno peremptus est.

1281 466 Leo Aug. III cons.

1282 467 Puseus et Iohannes

1283 His conss. Anthemius a Leone imp. ad Italiam mittitur, qui tertio ab urbe miliario in loco Brontotas suscepit imperium.

1284 468 Anthemius Aug. II cons.

1285 Hoc consule in Sicilia Marcellinus occiditur.

1286 469 Marcianus et Zeno

1287 His conss. Arabundus imperium temptans iussu Anthemii exilio deportatur.

1288 470 Severus et Iordanes

1289 His conss. Romanus patricius affectans imperium capitaliter est punitus.

1290 471 Leo Aug. IIII et Probianus

1291 His conss. Constantinopoli affectator tyrannidis a Leone principe Aspar occiditur.

1292 472 Festus et Marcianus

1293 His conss. patricius Ricimer Romae facto imperatore Olybrio Anthemium contra reverentiam principis et ius adfinitatis cum gravi clade civitatis extinguit. qui non diutius peracto scelere gloriatus post XL dies defunctus est. Olybrius autem VII imperii mense vitam peregit.

1294 473 Leo Aug. V cons.

1295 His conss. Gundibado hortante Glycerius Ravennae sumpsit imperium.

1296 Eodem anno Leo nepotem suum Leonem consortem facit inperio.

1297 474 Leo iunior Aug. cons.

1298 Hoc cons. imp. Leo senior defunctus est. cui ZENO successit in imperio, qui regnavit annis XVII. sub quo hi consules fuerunt.

1299 Eo etiam anno Romae Glycerio Nepos successit in regno.

1300 475 p. c. Leonis Aug. iun.

1301 Eodem anno Orestes, Nepote in Dalmatias fugato, filio suo Augustulo dedit imperium.

1302 476 Basiliscus II et Armatus

1303 His conss. ab Odovacre Orestes et frater eius Paulus

1277 rusticus *M* 1278 pergamum *P Herm.*, perganum *M* ricimire *P* 1279 arminerichus *M Cusp.* 1280 fraudo *M* 1281 conss. *P* 1283 militario *M* 1284 conss̄ *P* 1287 athemii *M* 1288 iordannes *P* 1291 affectata tyrannidis *C* (tyrandis *M*[a]), affectata tyrannide *Herm. Cusp.* 1294 cons̄s. *P* 1295 imperio *P* 1297 cons̄s. *P* 1298 consul *M*, conss. *P* in *om. C* 1299 nepus *C* 1300 p. c. *et* iun. *om. M* *post* iun. *ins.* xluii *P*

extincti sunt nomenque regis Odovacar adsumpsit, cum
a. p. Chr. tamen nec purpura nec regalibus uteretur insignibus.

1304 477 p. c. Basilisci II et Armati
1305 478 Ellus v. c. cons.
1306 479 Zeno Aug. II cons.
1307 480 Basilius v. c. iun. cons.
1308 481 Placidus v. c. cons.
1309 His conss. Odovacar in Dalmatiis Odivam vincit et perimit.
1310 482 Severinus v. c. cons.
1311 483 Faustus v. c. cons.
1312 484 dn. Theoderichus et Venantius
1313 485 Symmachus v. c. cons.
1314 486 Decius et Longinus
1315 487 Boetius v. c. cons.
1316 Hoc cons. Odovacar Foeba rege Rugorum victo captoque potitus est.
1317 488 Dynamius et Sifidius
1318 489 Probinus et Eusebius
1319 His conss. felicissimus atque fortissimus dn. rex Theodericus intravit Italiam.
1320 Cui Odovacar ad Isontium pugnam parans victus cum tota gente fugatus est.
1321 Eodem anno repetito conflictu Veronae vincitur Odovacar.
1322 490 Faustus iun. cons.
1323 His conss. ad Adduam fluvium Odovacrem dn. Theoderichus rex tertio certamine superavit.
1324 Qui Ravennam fugiens obsidetur inclusus.
1325 491 Olybrius iun. cons.
1326 Hoc cons. Odovacar cum Erulis egressus Ravenna nocturnis horis ad pontem Candidiani a dn. nostro rege Theoderico memorabili certamine superatur.
1327 Tunc etiam Vandali pace suppliciter postulata a Siciliae solita depraedatione cessarunt.
1328 Eodem anno Zeno occubuit, cui ANASTASIVS in orientali successit imperio.
1329 492 Anastasius Aug. et Rufus
1330 493 Albinus v. c. cons.
1331 Hoc cons. dn. rex Theodericus Ravennam ingressus Odovacrem molientem sibi insidias interemit.
1332 494 Asterius et Praesidius
1333 495 Viator v. c. cons.
1334 496 Paulus v. c. cons.

1303 odiouacar *M* 1305 conss *P* 1306 aug. ii conss. *P*, et *M* 1307 conss. *P* 1308 *om. M* conss. *P* 1309 odiouacar *M* dalmaciis *M* odiuam *P Herm.*, odiciam *M*, custodiam *Cusp.* 1310 seuerus *M* conss. *P* 1311 conss *P* 1312 DC theodericus et uenatius *M* 1313 simachus *M* conss. *P* *ordinant sic ut supra P Cusp.*, 1313. 1316. 1314. 1315 *M* 1315 conss. *P* 1316 conss. *C* rugurum *M* potius *M* 1319 theoderichus *M* 1320 odauacar *M* 1321 *post* odouacar *ins.* xluiii *P* 1322 conss. *P* 1323 ad adduam *M Herm. Cusp.*, ad ducam *P* theodoricus *M* 1325 conss. *P* 1326 conss. *P* erudis *P*, Herulis *Cusp.* rau̅. *C* theodoricho *M* 1328 anatasius *M*[a] 1330 conss. *P* 1331 conss. *C* theodorichus *M* 1332 presidius *M* 1333 conss. *P* 1334 conss. *P*

a. p. Chr.

1335 497 Anastasius Aug. II cons.

1336 498 Paulinus et Iohannes

1337 499 Iohannes v. c. cons.

1338 500 Patricius et Hypatius

1339 Hoc anno dn. rex Theodericus Romam cunctorum votis expetitus advenit et senatum suum mira affabilitate tractans Romanae plebi donavit annonas. atque admirandis moeniis deputata per singulos annos maxima pecuniae quantitate subvenit. sub cuius felici imperio plurimae renovantur urbes, munitissima castella conduntur, consurgunt admiranda palatia, magnisque eius operibus antiqua miracula superantur.

1340 501 Avienus et Pompeius

1341 502 Avienus iun. et Probus

1342 His conss. dn. rex Theodericus aquam Ravennam perduxit. cuius formam sumptu proprio instauravit, quae longis ante fuerat ad solum reducta temporibus.

1343 504 Caetheus v. c. cons.

1344 Hoc cons. virtute dn. regis Theoderici victis Vulgaribus Sirmium recepit Italia.

1345 505 Theodorus et Sabinianus

1346 506 Messala et Ariovinna

1347 507 Anastasius Aug. III et Venantius

1348 508 Venantius iun. et Celer

1349 His conss. contra Francos a domno nostro destinatur exercitus. qui Gallias Francorum depraedatione confusas victis hostibus ac fugatis suo adquisivit imperio.

1350 509 Importunus v. c. cons.

1351 510 Boetius v. c. cons.

1352 511 Felix et Secundinus

1353 512 Paulus et Muschianus

1354 513 Probus et Clementinus

1355 514 Senator v. c. cons.

1356 Me etiam consule in vestrorum laude temporum adunato clero vel populo Romanae ecclesiae rediit optata concordia.

1357 515 Florentius et Anthemius

1358 His conss. dn. rex Theodericus filiam suam domnam Amalasuintam gloriosi viri dn. Eutharici matrimonio deo auspice copulavit.

1359 516 Petrus v. c. cons.

1360 517 Anastasius et Acapitus

1361 518 Magnus v. c. cons.

1362 Eo anno dn. Eutharicus Cillica mirabili gratia senatus et plebis ad edendum exceptus est feliciter consulatum.

1335 conss. *P* 1337 conss. *P* 1338 hypatias *M*[b], patias *M*[a] 1339 theodorichus *M* per s. a. *M Cusp.*, per a. s. *P* cartella *M* 1342 forma *C*, forinas *Cusp.* *consulem a. 503 om. Cassiodorus (vide praef. p. 116)* 1343 conss. *P* 1344 conss. *P* 1347 ii *M* 1349 franchorum *P* hostibus] *PM*[a], hostilibus *M*[b] 1350 conss. *P* 1351 conss. *P* 1355 conss. *P* 1356 conss. *P* corcordia *P* 1358 theoderichus *M* 1359 conss. *P* 1360. 1361 *om. P* 1360 Agapitus *Cusp.* 1362 senetus *M*

a. p. Chr.

1363 519 dn. Eutharicus Cillica et Iustinus Aug.

1364 Eo anno multa vidit Roma miracula, editionibus singulis stupente etiam Symmacho Orientis legato divitias Gothis Romanisque donatas. dignitates cessit in curiam. muneribus amphitheatralibus diversi generis feras, quas praesens aetas pro novitate miraretur, exhibuit. cuius spectaculis voluptates etiam exquisitas Africa sub devotione transmisit. cunctis itaque eximia laude completis tanto amore civibus Romanis insederat, ut eius adhuc praesentiam desiderantibus Ravennam ad gloriosi patris remearet aspectus. ubi iteratis editionibus tanta Gothis Romanisque dona largitus est, ut solus potuerit superare quem Romae celebraverat consulatum.

1365 Igitur ut effusam annorum seriem auctorum testificatione digestam sub brevitatis compendio redigamus, ab Adam usque ad diluvium, sicut ex chronicis Eusebii Hieronymi collegimus, anni sunt $\overline{II}$·CCXLII.

1366 a diluvio usque ad Ninum Assyriorum regem anni sunt DCCCXCVIIII.

1367 a Nino usque ad Latinum regem anni sunt DCCCLII.

1368 a Latino rege usque ad Romulum anni sunt CCCCLVII.

1369 a Romulo usque ad Brutum et Tarquinium primos consules anni sunt CCXL.

1370 a Bruto et Tarquinio usque ad consulatum vestrum, sicut ex Tito Livio et Aufidio Basso et paschali clarorum virorum auctoritate firmato collegimus, anni sunt $\overline{M}$XXXI.

1371 ac sic totus ordo saeculorum usque ad consulatum vestrum colligitur annis $\overline{V}$DCCXXI.

1364 legatio *C* cuius] cuis *M*[1] desiderantes *Cusp.*; desiderantibus iis *malim.* aspectas *P* 1365 eusebei *M* hieronimi *C* 1366 ab diluvio *P* assiriorum *P*, assyrcorum *M* 1370 clarorum virorum] *P*[b]*M Cusp.*, uirorum clarorum *P*[a]

VICTORIS
TONNENNENSIS EPISCOPI
CHRONICA

A. CCCCXLIV—DLXVII.

IOHANNIS
ABBATIS BICLARENSIS
CHRONICA

A. DLXVII—DXC.

CHRONICORVM
CAESARAVGVSTANORVM
RELIQVIAE

A. CCCCL—DLXVIII.

LIBRI ADHIBITI:

P^{III} (S^m) = Soriensis deperditus sive 'vetus codex' laudatus diserte in Perezziani libri Segobrigensis margine.

U = Matritensis universitatis n. 134 saec. XIII.

P = libri Pereziani qui sequuntur consentientes.

- P (*E*) = Perezianus Escurialensis & IV 23 } *m* ubi additur, significatur libri margo.
- P (*S*) = Perezianus Segobrigensis } *m* ubi additur, significatur libri margo.
- P (*T*) = Perezianus Toletanus 27, 26 ad Iohannem aliquoties adhibitus.
- P (*F*) = Perezianus Matritensis nat. F 38 adhibitus fere ibi ubi deficit Segobrigensis.
- P^{I} = Perezii scriptura in textu.
- P^{II} = Perezii scriptura in margine librorum Escur. et Segobrig. adlata praemisso voc. *alias*.

SVBSIDIA CRITICA AD CHRONICA TRIA.

Chronicorum Victoris Tonnennensis et Iohannis Biclarensis et Caesaraugustanorum, qui tres libelli una ad nos pervenerunt, cum Iohannes Victorem continuarit, Caesaraugustanorum chronicorum reliquiae nobis traditae sint ad marginem Victoris et Iohannis adscriptae, codices vetusti duo extiterunt hodie deperditi ambo, alter scriptus c. a. 743, ex quo pendet Soriensis item deperditus, alter olim Alcobaciensis scriptus saeculo octavo exeunte maxima ex parte deperditus, sed quem repraesentat apographum saec. XIII liber Matritensis univ. 134. agendum igitur primum de Soriensi Alcobaciensi Matritensi, deinde de libris recentioribus inde ductis.

I. Soriensis libri, postea Escorialensis memoriam servavit solus fere Iohannes *P* III Baptista Perez († 1597), de quo infra dicetur. scilicet is recensens subsidia ad chronica de quibus agitur adhibita postquam dixit de codicibus duobus Paezi et Docampi aetatis recentis pergit sic: *despues le emende por un Gotthico antiquissimo que esta juntamente con el chronico de Eusebio en San Lorenzo el real, que fue de don Jorge de Vedeta cavallero de Soria.* is eum codicem unde habuerit cum ignorare se Perezius profiteatur (apud J. L. Villanueva *viage literario á los iglésias de España* vol. 3 a. 1804 p. 306), diversum fuisse ab Alcobaciensi et alia argumenta demonstrant et quod afuerunt ab eo cum Hydatiana (teste Perezio apud Villanuevam l. c. p. 301) tum, ut statim dicetur, clausula adscripta ad Iohannem Biclarensem. dono Vedetae illius codex translatus 'in 'monasterium S. Laurentii regii, quod Philippus rex Hispaniarum aedificat ad vicum 'Escurialium' (Perez apud Villanuevam l. c. p. 304) sine dubio absumptus est incendio Escorialensi quod accidit a. 1671 (vol. 1 p. 86). praeter Perezium, qui hunc librum sero nactus nondum novit cum scripsit relata infra p. 172, Soriensem librum etiam Morales laudat in adnotationibus ad cod. Matr. bibl. nat. F 58 et alibi et ad laterculum regum Vandalorum, utrum per Perezium an sibi visum, non liquet. fuisse in eo testata habemus haec:

1. Hieronymi chronica.
2. Prosperi chronica.

Victoris prima verba affert Perezius in praescriptis cod. Segobrigensis ex *vetusto codice Gotthico ubi erat Eusebii chronicon cum additionibus Hieronymi et Prosperi.*

3. Victor Tonnennensis
4. Iohannes Biclarensis
5. Chronica Caesaraugustana

Soriensis libri Gothici passim meminit Perezius hos adnotans. idem ad finem Iohannis notat: *aqui avia en el otro exemplar* (derivato ex Alcobaciensi) *8 o diez ringlones, mas abaxo los ponemos al fin de esto libro fol. 319* [deficit hodie], *mas no en el gotthico de Soria.*

6. Isidori chronica. Perezius (cod. Tolet. 27, 26 apud Ewaldum *neues Archiv* 6, 364): *puto,* inquit, *hanc quae a nobis posita est* (nempe a. Heraclii V, Sisebuti IV) *veram esse conclusionem chronici Isidori, sed cum librum iterum videri edidisse,*

nam in aliis exemplaribus alteram invenio conclusionem huius chronici, quin et in ipso exemplari Soriensi Gotthico, quod est omnium antiquissimum, duplex legitur conclusio chronici, prior quidem, quam supra posuimus, posterior vero hoc modo: 'Heraclius dehinc XVIII agit imperii annum, cuius initio Sclari . . . . 'fiunt igitur ab exordio mundi usque in praesentem aeram, hoc est in anno XVIII 'imperii Heraclii et VII religiosissimi Suintilani, VDCCCXXVI. residuum 'seculi tempus' cet. ut supra.

7. Isidori historiae Gothorum Sueborum Vandalorum (Villanueva l. c. p. 199).
8. Continuatio historiarum Isidorianarum ad a. 743. inter praescripta codicis Segobrigensis Pereziani leguntur haec: 'Incerti auctoris additio ad Ioannem Biclarensem, *del libro Gotthico de Soria que esta en S. Lorenço con Eusebio y 'Victor . . . . creo que es Isidori Pacensis'* cet. Edetur infra cum Isidorianis.
9. Laterculus regum Visigotharum (Villanueva l. c. p. 211. 319) finiens in Witiza (697—710) scriptusque evidenter ante obitum eius.
10. Vita S. Aemiliani (Villanueva l. c. p. 206).
11. Adifonsi III regis Ovetensis sive Sebastiani episcopi Salmanticensis chronicon (Villanueva l. c. p. 211) finiens in obitu regis Ordonii II (a. 850—866) patris Alfonsi III.
12. Iuliani archiepiscopi Toletani historia de coniuratione Pauli adversus Vambam (Villanueva l. c. p. 213. 218).

Codex quo haec continebantur quamquam ante saeculum nonum extremum scribi non potuit, modo omnia habuerit a manu eadem, nihilominus qui corpus hoc scriptorum Hispanicorum primum composuit, videtur rem administrasse saeculo octavo medio.

II. Archetypi alterius, scilicet Alcobaciensis, supersunt adhuc folia sex, quattuor Matriti, duo Londinii, continentia maiorem partem continuationis historiarum Isidorianarum pervenientis ad a. 754 notae hodie sub nomine ficticio Isidori Pacensis. eundem librum integrum etiamtum adhibuit Iohannes Vasaeus Brugensis professor Salmanticensis in chronici rerum memorabilium Hispaniae tomo priore edito primum Salmanticae a. 1552, quam editionem cito, iterum Coloniae a. 1577, eiusque notitiam dedit pro ea aetate satis uberem. 'Georgius Coelius', ait f. 2, 'mihi dixit in Alcobaciensis se monasterii 'bibliotheca reperisse codicem manu scriptum, in quo essent sanctus Isidorus et sanctus 'Alfonsus de viris illustribus et alia quaedam s. Isidori monumenta de rebus Hispaniae. '. . . . desiderato thesauro potitus sum interposita auctoritate . . . cardinalis et principis 'd. Henrici . . . reperi omnia longe maiora quam pro expectatione mea'. item post alia f. 10': 'serenissimus princeps d. Henricus cardinalis et infans Portugalliae . . . Alcobaciensem codicem ex monasterio illo suo bis mihi iussit adferri, sine quo libro irritus 'in hoc negocio conatus meus futurus erat', et ad hunc potissimum librum sui instituti 'proram et puppim' (sic f. 10') referendum est, quod scribit f. 4: 'Idacii . . ., Ioannis 'abbae, s. Isidori et sancti Alfonsi quaecunque de rebus Hispaniae reperire potui simul 'cum Victore Tunnunensi Africae episcopo propediem . . . repurgata et scholiis nostris 'illustrata in lucem dabimus', negans paullo ante Alfonsi chronica in Alcobaciensi codice reperiri. eundem codicem, nisi erravit Pontacus (in praef. ad Hieronymum p. 27), Andreas Schottus contulit Toleti die 12. Iul. a. 1583 quaeque inde enotavit ad Hieronymum et Prosperum ad Simonem Barravium iureconsultum Tolosanum misit, a quo intercedente Frontone Ducaeo professore Burdigalensi Pontacus (a. 1604) ea accepit utenda. si credis Fortunati a D. Bonaventura commentario de Alcobaciensis ms. bibliotheca (1827) p. 584, eundem librum adhibuit Antonius Brandão († c. a. 1634): ego in scriptis eius quaerens quid ille inde sumpserit, non repperi. vere post Schottum non videtur excussus esse. Perezius quamquam eius saepius meminit, inter alia ad indicem chronicorum Hispanorum in codice Segobrigensi ab ipso compositorum adscribens: *hi omnes auctores*

habentur litteris Gotthicis scripti in monasterio Alcobacensi . . . . et Isidorus de Gotthis in ecclesia Ovetensi . . . et Isidorus de viris illustribus in bibliotheca Complutensi [1]), ipsum non usurpasse, sed per Vasaeum solum novisse constat ex subsidiorum ipsius elencho infra recensito. — In eo volumine quaenam reppererit Vasaeus, praestabit ita exponere, ut ad Matritensem simillimum Vasaei testimonia adferantur et ita demonstretur, Alcobaciensis quid item et quid plus habuerit. Matritensis utrum descriptus sit ex ipso Alcobaciensi et hic sit is ipse cuius particula superest an ex hoc fluxerint exemplaria duo Alcobaciense plenius et minus integrum Matritense, ambigi potest: ego illam opinionem secutus sum utpote simpliciorem. ad crisin utram praeferas perinde est.

III. Alcalensis sive Complutensis. iam Matritensis bibliothecae universitatis facultatis iuridicae, signatus antea E. 26. 75, iam n. 134, saec. XIII est, foliorum numeratorum 177 (antea omisso primo non scripto cum numerarentur 176, numeri in priore volumine positi his nostris uno loco inferiores sunt). descripserunt librum diligenter Otto Waltz in epistula ad Zangemeisterum edita mus. Rhen. vol. 33 (a. 1878) p. 322 seq. et ex nostris Paulus Ewald (*neues Archiv* vol. 6 a. 1881 p. 323 seq.), qui item quae in eo volumine nostra intererant recognovit. denique ipse liber ut mitteretur Berolinum mihi successit ut impetrarem, sed ad ea quae priore volumine continentur sero acceptum in addendis demum adhibere potui. a manu scriptus est Hispana. originem indicat quod ipsi libro inscriptum est manu saec. XV/XVI *libº de los antigos de la eglesia de Toledo,* unde possis conicere librum a. 1583 a Schotto collatum Toleti (p. 166) hunc ipsum fuisse a Pontaco propter Vasaei testimonia habitum pro Alcobaciensi. Toleto asportavit eum saec. XVI exeunte Garcia de Loaysa; nam quod chronica Isidori edens a. 1593 archidiaconus tum Guadalajarae in adnotatione ad c. 107 ait apud se esse 'epitomen chronicorum Severi cognomento Sulpitii'. potest quidem etiam ad Alcobaciensem librum referri, sed probabilius est Loaysam librum sibi comparasse ex vicino Toleto quam ex coenobio Portugallensi. ex Guadalajara liber inlatus est in oppidi vicini olim Compluti, iam Alcalá de Henárez bibliothecam collegii S. Ildephonsi, inscriptus in ipso tegumento sic: '*Biblioteca Complutense Ildefonsina mss. Latinos* E. 1. C. 2. N. 8', item *libreria del collegio maior de Alcala* 24 *e.* Perezius cum de subsidiis suis diligenter exposuerit, constat hunc librum ab eo non esse adhibitum. usurpavit eum in illa bibliotheca ante a. 1749 Florez. ab a. inde 1836 prostat Matriti ibi ubi diximus. quae contineantur hoc volumine, iam enumerabo. indicem libro praefixum scriptum ab ipso librario et omnino ab eo ex archetypo desumptum edidit Ewald l. c. p. 324: absunt ab eo n. 1. 8. 9. 10. 12. 14—16. 19. 20 (horum duorum locum occupat *liber premiorum,* id est prooemiorum, *domni Ysidori*). 26—29 et extrema sic ordinantur melius: 25. 22. 23. 24. sequuntur in indice post c. 24 alii libri in codicem Matritensem non transcripti Hieronymi Gennadii Augustini Fulgentii Orosii. U

1. f. 2 chronicon quod solet dici Complutense exiens in adnotationem spectantem ad aeram 1103/4 = p. Chr. 1064/5 ex hoc libro editum apud Florezium *Esp. sagr. vol.* 23 p. 316 et in monumentis Portugalliae vol. 1 p. 17, ex altero Conimbricensi archicoenobii S. Crucis scripto a. 1539 apud Fortunatum D. de Bonaventura in commentariis de Alcobacensi mss. bibliotheca p. 583. — Ex iisdem chronicis proficiscuntur quae Vasaeus adfert ex Alcobaciensi de Sarracenorum invasione (ad a. 714), de regibus Froila (ad a. 756), Silone (ad a. 774), Mauregato (ad a. 783), de Colimbria ab Almanzore expugnata aera 1025 (ad a. 987), de Olisipone a Sarracenorum tyrannide liberata aera 1131 = p. Chr. 1093

1) Hunc librum, quem contulit Perezius (Villanueva l. c. p. 204), cave habeas pro eo de quo statim agetur item Complutensi, nobis *U.*

(ad a. 792). — Ipsum chronicon incipit a brevi notitia de Gothorum et Sarracenorum in Hispania dominatione ante Pelagium hac:

En era CCCXIX (*scr.* CCCXLIX) egressi sunt Gothi de terra sua.
Era CCCLXVI ingressi sunt in Hispaniam.
Dominata est Hyspanie gens Gothorum annis CCCLXXXIII et de terra sua pervenerunt in Hyspaniam per annos XVI.
Era DCCXVIIII (*scr.* DCCXLVIIII) expulsi sunt de regno suo.
Era DCCL Sarraceni Yspaniam obtinent.
Antequam dominus Pelagius regnaret, Sarraceni regnaverunt in Hyspaniam annis V.

quam ita refert Vasaeus ad a. 711: 'in Alcobaciensi codice annotatum reperi. 'quod Sarraceni Gothos de regno suo expulerunt aera septingentesima quadra-'gesima nona, hoc est, anno domini septingentesimo undecimo, et potiti sunt 'Hispania anno sequenti, hoc est, septingentesimo duodecimo, postquam Gothi 'dominati essent Hispaniae trecentos octoginta tres annos. egressos autem 'Gothos de terra sua aera trecentesima quadragesima nona, anno scilicet domini 'trecentesimo undecimo, venisse vero in Hispaniam aera trecentesima sexa-'gesima sexta, nempe anno salutis humanae trecentesimo vigesimo octauo, nimi-'rum decimo octauo anno postquam egressi sunt patriam suam', addens deinde: 'In alio codice peretusto manu scripto inveni haec verba. In aera quadringen-'tesima coeperunt Gothi regnare usque in aeram septingentesimam quadragesi-'mam septimam. qui per trecentos quinquaginta duos annos et menses quatuor 'et dies quinque Hispaniam obtinuerunt, donec ingressus fuit transmarinus dux 'Sarracenorum nomine Taric. qui Roderico ultimo rege Gothorum die quinta 'feria, hora sexta, aera septingentesima quadragesima octava interfecto totam 'fere Hispaniam armis cepit, et tunc Sarraceni in Asturiis annos quinque reg-'naverunt. haec ibi. atque ita Hispaniae excidium cadit in annum domini 'septingentesimum decimum quartum, quo anno nos ponimus. sed numerus 'aerae ab Alcobaciensi codice variat, quod eo fit, quia alii alio anno Gothos 'regnare coepisse testantur.' haec excipit laterculus regum Ovetensium hic et ipse a Vasaeo, ut diximus, passim adlegatus:

Pelagius regnavit annis XVIIII.
Fafila annis II mensibus VI.
Ildefonsus reg. ann. XIX mense I die I.
Proila (Froila *Vasaeus*) reg. ann. XI mensib. V diebus XX.
Aurelius ann. VI mensibus VI.
[S]ilo reg. ann. IX mense I die I.
[M]aurgatus (maurogatus *m. 2*) reg. ann. V mensibus VI.
Sub uno fiunt anni LXXXI.
Tunc (?) positus est in regno domnus Adefonsus XVIII kls Octobris sub era DCCCXXVIII.

Index igitur scriptus est sub Alfonso II Casto (a. 789—842) in partibus Hispaniae Asturicensibus vel vicinis. sequuntur adnotationes historicae posteriores, quarum prima spectat ad a. 987: *in era CCCXXV (scr. ↀXXV) Almançor cepit Colimbriam IIII calendas Iulii*, postremae ad a. 1064/5 et a. 1093. tractant autem pleraeque de rebus Portugallensibus. eas ad Matritensis codicis archetypum delatum videlicet in Portugalliam ibi adiectas esse verisimile est.

2\. f. 2'—15' epitome chronicorum Hieronymi: *incipit liber chronicorum a sanctissimo Eusebio Cesariensi Greco eloquio editus et a beatissimo Iheronimo presbitero de Greco in Latinum sermonem translatus.* Hieronymi chronicon 'multis mendis

quibus scatebat repurgatum . . . ex veterum codicum et praecipue Alcobaciensis collatione' propediem in lucem se daturum esse Vasaeus ait f. 8.

3. f. 15'—18' Prosperi chronica: vide vol. 1 p. 367, ubi adlata sunt testimonia Vasaei de libro Alcobaciensi.

4. f. 17'—23 Victoris Tonnennensis chronica

5. f. 23—25' Iohannis Biclarensis chronica

de his infra dicetur accuratius. hoc loco adponenda visa est subscriptio ad Iohannem codicis Matritensis: *usque DCLIIII vero eram, in qua beatus Isidorus cronicam suam condidit, id est quinto Eraclii imperatoris anno et quarto Sisebuti regis Gothorum, fiunt omnes ab initio anni VDCCCXV. deinde ergo usque his temporibus, in quo est era DCCLXXX* (= p. Chr. 742), *creverunt anni CXXVI, qui additi ad superiorem summam faciunt omnes annos ab Adam usque in presentem eram, qui est DCCLXXX, VDCCCCXLI. posthac quippe supersunt usque ad finem sexte huius etatis vel introitu septime etatis, in qua dominus in maiestate prestolatur adventus, anni* (numerus non enuntiatur). Vasaeus non solum usus est chronicis Victoris et Iohannis, sed praeterea adnotationibus quoque in Matritensi libro praetermissis, quae infra sub titulo chronicorum Caesaraugustanorum editae sunt, ad quas potissimum respicit ubi ait f. 7: 'annota-'tiones marginales Alcobaciensis codicis, quo multum usus sum, quas constat 'monachi fuisse non parum eruditi et multae lectionis quique antiquioribus 'usus sit Hispanicarum rerum monumentis quam quae hodie reperiuntur'.

6. f. 26—30' epitome altera chronicorum Hieronymi: *item incipit breviatio cronice Eusebii Iheronimi.*

7. f. 30'. 31 epitome chronicorum Prosperi cum brevi auctario, quod vol. 1 p. 491 (cf. p. 373) edidimus, deducto ad a. 462.

8. f. 31—33 sequitur commentarius Q. Iulii Hilariani de duratione mundi auctoris nomine non addito inscriptus: *incipit ratio temporum.* incipit a verbis *quantocumque tempore,* finit in verba *in vitam eternam.* descriptum accepi ab Ewaldo.

9. f. 33—34' sub titulo *expositio temporum a mundi incoaetione* sequuntur chronica applicata opusculo Hilariani quod praecedit: scilicet contendit qui scripsit secundum hunc sex milia annorum mundo destinata finire in annum Leonis septimum et Severi quartum sive p. Chr. 463 (id quod Hilarianus nequaquam dixit) et recenset deinde solito more generationes et regna finiens in anno Leonis duodecimo (?) et Anthemii quarto sive p. Chr. 470. praefationem et indicem imperatorum Romanorum infra dabimus inter laterculos imperatorum.

10. f. 33 adhaeret nullo interstitio interposito narratio de Gratiano Theodosio I Arcadio Honorio edita supra vol. 1 p. 629 cum chronicis Gallicis.

11. f. 34'—39' chronica ab Adam ad a. 511 attributa Sulpicio Severo, de quibus supra vol. 1 p. 626 diximus. subscriptio libri Matritensis haec est: *ab hoc consule* (id est ab a. 511 vel potius ab a. 509) *qui vult per indictiones computet vel per eram. ab era usque in nostris temporibus, in quo est era DCCLXXI* (= p. Chr. 733), *creverunt anni CCXXIIII. fiunt ab initio VDCCCCXXXI.*

12. f. 39'. 40 subiunguntur nullo intervallo nec praescriptione ulla, subscriptione autem hac: *hucusque Severus qui et Sulpitius,* haec quae sequuntur (ed. Florez p. 452—454, relegit Ewald), vere excerpta ex Orosio omnia adsumpto uno loco Solini.

1.	ante annos urbis condite ĪCCC r̄g Samiramis in Assyriis.	*Oros.* 1, 4, 1. 4.
2.	ante annos ĪCLX arserunt Sodome.	1, 5, 1. 2.
3.	ante annos ĪVIII fames in Egypto sub rege Amose et Ioseph.	1, 8, 1.
4.	ante annum CCCCLXIX primum Amazones.	1, 15, 3.

5. ante annos CCCCXXX excidium Troie. — *Oros.* 1, 17, 1.

6. Phalari tempore Perillus taurum hereum. — 1, 20, 1. 2.

7. ante annos LXIIII novissimus Assiriorum Sardanapallas regnavit. — 1, 19, 1.

8. post annum urbis conditae CCCC et LIIII Brutus primus consul Tarquinius Superbus Rome et Chirus Babilon uno tempore fuerunt. — 2, 5, 1. c. 6, 1.
Chirus post captam Babiloniam a Thamaris et regina Scitarum occiditur. — 2, 6, 11. c. 7.

9. post annum CXXXII Alexander Macedo, tunc et Artaxerses plurimos Iudeorum in Hyrcania ad mare Caspium transmigrant. — 3, 7, 5. 6.

10. ab urbe condita anno DCCLII nativitas Christi. — 7, 3, 1.

11. anno DCCLXLV Petrus apostolus Romam venit. — 7, 6.

12. anno DCCCXLV Thitus templum Salomonis incendit post ann. conditionis ICII. — 7, 9, 6.

13. anno DCCCLXXXVII Adrianus Hierusalem Christianis datam Helyam vocat. — 7, 13, 5. c. 14, 1.

14. ab Augusto Cesare XXIIII imperator Philippus Christianus fuit. post cuius imperii ann. III Roma millesimum annum habuit. — 7, 20, 1. 2.

15. Cartago ann (*scr.* ante) Romam annos LXXII condita est et post DCCXXXVII ann. conditionis sue diebus XVII ardens in pulverem ab Scipione redacta, recuperata vera post ann. CII. — 4, 6, 1. c. 23, 1. 5. 6. *Solinus* 27, 11.
situs antiqus *(sic)* Cartaginis XXII passuum muro cincte: tota parte muro (tota paene mari *Orosius*) cingebatur absque faucibus, que tribus milibus passuum aperiebantur. qui locus murum XXX pedum latum habuit, altitudinem cubitorum XL. area (arx *Orosius*) cui Bysse *[sic]* nomen erat, paulo amplius quam duo milia passuum tenebat. ex una parte murus communis erat urbis et Birsae imminens mari. — *Oros.* 1, 22, 4—6.

16. Babilonia per quadrum disposita facie castrorum menibus paribus: murorum eius ambitus latitudo cubitis L, altitudo CC: circuitus vero stadiis CCCCLXXX, qui faciunt milia LXIIII semis (qui . . . semis *absunt ab Orosio*): porte heree C: domus quater gemine. — 2, 6, 8—10.

17. Philippus Aminte filius et Euridice, pater Alexandri, cuius uxor Olimpiada filia Arabe regis Molosorum. hic Montanam obpugnans hictu sagitte oculum perdidit. — 3, 12, 1. 3. 8. 9.

18. huius filius Alexander habuit peditum XXXII, equitum IIIID, naves CLXXX. — 3, 16, 3.
cui Darius cum CC obviavit, ex quibus perdidit peditum LXXX, equitum X, capte autem XL. Alexander perdidit peditum CXXX, equitum CL. — 3, 16, 6. 9.
mater Darii et uxor et soror et due filie capte, pro quibus iterum bellum restauratum est. — 3, 16, 10.
ex quo fugiens Darius captus et occisus. — 3, 17, 3. 6.
ubi tribuum plus (tribus proeliis *Orosius*) quinquies decies centena milia cesa sunt. — 3, 17, 8.

19. Linus et Scolopetius electi consederunt in Cappadocia Pontica iuxta Termendantem fluvium in campis Themiisciriis. horum uxores Amazones, quarum prime Marphesia et Lampedo: — 1, 15.

occisa Marphesia et successit Sinope. ad has cum VIII navibus longis venerunt Argonaute (Hercules et Theseus *secundum Orosium*) regnante Orithia, cuius sororem (sorores *m. 2*) Antiope et Menalippe capte. set reddita Menalippe Orithie: arma reginae pro redemptione sunt data. post Orithiam Penthelisea regnavit.

13. f. 40—41′ nomine praescripto sequitur Hydatii chronicorum epitome (supra p. 8). adhaeret brevis continuatio finiens in Alboinum regem Langobardorum edita ex libro hoc p. 36. ad eundem Hydatium Alcobaciensis codicis diserte meminit Vasaeus f. 81 ad a. 420: 'in Alcobaciensi codice antiquo dicitur Idacius Galleciae 'episcopus'.

14. f. 41′ *Adbreviatio omnium temporum simul que nunc seropulose colleeta.* incipit: *ab Adam usque ad diluvium,* finit *a restauratione templi sub Dario anni ILXIII.* cum in computo eo contineantur haec: *a nativitate Christi usque nunc, id est usque ad eram DC anñ DLXII: fiunt ergo simul ab Adam usque in eram presentem anni VDCCLXII,* is scriptus est a. p. Chr. 562.

15. f. 41′ *adbreviatio ebdomadarum Danielis LXX.* incipit: *septimane quas primum posuit,* finit *a nativitate domini usque ad Constantinum anni CCCCXII* (sic).

16. f. 42 *anni sacerdotum Hebreorum.* incipiunt: *ab exitu Israel de Egipto,* finiunt: *successit Cayphas, cui Iosephus fuit cognomentum, sub quo passus est dominus. explicit liber cronicorum.*

17. f. 42—47′ sub falsa inscriptione chronographiae Isidori Hispalensis sequuntur chronica vere Carthaginiensia ab Adam ad a. 525 compilata ex chronicis Hieronymi et Prosperi et ex Rufini historia ecclesiastica. nos de iis diximus ad Prosperum vol. I p. 493. eadem in Alcobaciensi fuisse ait Vasaeus postquam egit de Isidoro quem ait Pacensi (c. 20) et de Isidoro genuino (c. 18): 'vidi in 'eodem codice aliud chronicon Isidoro Hispalensi inscriptum, sed cum in ultimo 'Trasamundi . . . . anno desinat, alterius potius atque eius Africani . . . arbi'tror, praecipue cum rationem potius cum regibus Vandalorum in Africa quam 'Gothorum in Hispania habeat'.

18. f. 47′—53 sub nomine Isidori iunioris chronica eius maiora. etiam in Alcobaciensi codice teste Vasaeo f. 4′ fuit 'chronicon titulo Isidori iunioris ab initio mundi 'usque ad quintum annum Suinthilanis Gothorum regis'.

19. f. 53—59 sub nomine eiusdem auctoris historia Gothorum Vandalorum (cum praefatione ad Sisenandum directa) Sueborum. laudatur Alcobaciensis apud Vasaeum f. 100 ad Isidori hist. c. 57, 'annotationes marginales libri Alcobacienses in s. Isidorum' apud Vasaeum f. 99 ad eundem hist. c. 52. 53. locos attulimus ad Isidorum.

20. f. 59′—68 historiarum Isidorianarum continuatio scripta a. 754 a Vasaeo passim laudata sub nomine ficticio Isidori Pacensis. hic libellus cum extet in parte ex Alcobaciensi superstite, habuerit eum item Vasaeus habeatque Matritensis, cum in alio codice nullo reperiatur, inde praesertim nos colleginus et folia illa superesse ex Alcobaciensi et ex eo Matritensem descriptum esse. ceterum de libello agetur ubi eum edemus.

21. f. 68—75′ Isidori commentarius *de ortu et vita vel obitu sanctorum patrum* (Arevalus vol. 5 p. 152 seq.).

22. f. 75′—82′ Gennadius (finiens in Iohanne Antiocheno c. 93)
23. f. 82′—86 Isidorus Hispalensis (incipiens ab Osio c. 6, finiens in ipso Isidoro)
24. f. 86—89′ Ildefonsus Toletanus (Arevalus vol. 7 p. 165)
25. f. 90—102′ Hieronymus

} de viris illustribus. eosdem tractatus ex Alcobaciensi laudat Vasaeus (supra p. 166).

26. f. 102′. 103 breves notitiae de scriptis ecclesiasticis. incipiunt: *sis nunc acriter, mi frater, desidereri* (sic) *ut tibi quari de luminibus qui toto firmamento mundo refulgent, pauca de scriptoribus* cet.: extrema haec sunt: *Iovinianus leta facie ..... afficit ac venit. Iulianus Affricanus ..... data est contradictio. Sinnonius a multis culpabilis ..... sceus hominem sunt.*

27. f. 103—170′ Richardi Pictaviensis chronica (MG. SS. 26, 75 seq.) deducta ad a. 1174 cum auctario quod finit a. 1250.

28. f. 170′—173 compendium historicum medii aevi incipiens *reges prius Romam rexerunt*, finiens *Hylarius Virgines proles.* insunt excerpta ex Digestis.

29. f. 173—177 *Hi sunt episcopi sub Romano pontifice constituti.*

Iam de Alcobaciensi ubi complectimur quae colligi possunt cum ex particula eius quae superest tum ex enarratione Vasaeana et ex apographo Matritensi, litteraturam foliorum superstitum palaeographus eximius Leopoldus Delisle Parisinus quaerenti mihi respondit sibi videri saeculi esse X exeuntis vel adeo incipientis XI; post eum terminum vix eum exarari potuisse. omnino indicationem de litteratura admodum peculiari Visigothica multo magis ambiguam et incertam esse quam ubi agitur de scriptura medio aevo communi. contra Ewaldus (*neues Archiv* 10, 604) palaeographiae Hispanicae prae ceteris gnarus reliquias has saeculo IX adiudicat, E. M. Thompson item iudex peritus saec. VIII vel X, eique aetati favet orthographia; scilicet cum in parte codicis superstite litterae *c* et *t* nusquam permutentur, ab eo vitio librarium saeculi noni exeuntis vel decimi sibi cavisse mirum est, undecimi vix credibile. — Eodem ducunt quae volumine eo continebantur: scilicet corpus id fuisse scriptorum de rebus potissimum Hispanis ordinatum saeculo octavo exeunte significant computi duo adiectus ad chronica Gallica (Matrit. c. 11) deductus ad a. 733 et alter adiectus ad Iohannem Biclarensem (Matrit. c. 5) deductus ad a. 742; item continuatio historiarum Isidorianarum (Matrit. c. 20) finiens in a. 754, quam cum suo loco demonstraturi simus descendere ex codice mutilato, librarius codicis eius de quo agimus non est continuationis eius auctor, sed eo plus minus posterior. denique indicem regum Ovetensium vidimus finire in Alfonso secundo, qui regnavit ab a. 789 ad a. 842. — Corpus Alcobaciense ubi componimus cum altero, unde Soriense exemplar derivatum est, probabile est illud ex hoc ductum esse, quoniam quae Soriensis habuit antiquiora redeunt omnia in Alcobaciensi, continuationem autem Isidorianam libri Alcobaciensis a. 754 infra apparebit superstructam esse alteri simili libri Soriensis finienti in a. 743.

IV. Iohannis Paez ⎫
V. Floriani Docampo ⎭

apographa, quae item habuerunt epitomen Hydatianam (supra p. 8. 9), ipsa non supersunt. Perezius in schedis Segobrigensibus (Villanueva l. c. p. 197): *'el Victor'*, inquit, *'Tunnense traslade de un exemplar de letra moderna que escrivio de su mano el dotor Joan Paez chronisto del rey Phelippo 2° de España. Tienele Çurita, creo que se traslado por el de Osma. — Despues le comprove y corregi por otro moderno que tiene Ambrosio de Morales (1515—1591) y fue de Florian Docampo* (sequuntur quae supra p. 165 rettuli de Soriensi). *El Ioannes Biclarensis corregi por los tres libros mesmos que el Victor'*. hos duos libros cum probabile sit descriptos esse ex antiquiorum trium supra recensitorum aliquo (nam quarti archetypi nullum vestigium apparet), certe neuter eorum descriptus fuit ex Soriensi, quoniam quae ex hoc postremum ad se delato Perezius affert, ita adnotare non potuit apographum eius libri antea nactus. exempli causa 213, 6 cum ad *Aragones* adscripsit *Rucones ait Isidorus*, illud in utroque exemplari invenerit necesse est, ignorans adhuc quod postea adiecit in Soriensi esse *Runcones*. contra alterum utrum eorum proficisci ex Alcobaciensi inde colligitur, quod adnotationes Caesaraugustanae,

quae absunt a libro Alcalensi, Perezius ante inventum Soriensem habuit forma minus plena et a Soriensi diversa. etiam Perezius in praescriptis prioribus ad Victorem (cod. Segobrig.) cum ait: 'additae sunt hic in margine Victoris Tunniensis annotationes mar'ginales ex codice Alcobaciensi incerti auctoris .... quas passim celebrat in chronico 'Ioannes Vasaeus', non obscure significat ante Soriensem inventum Alcobaciensis libri exemplarisve eius usum se habuisse. alterum exemplarium illorum infra ostendemus descriptum videri ex Alcalensi Alcobaciensis apographo. Osmensem librum si recte coniecit Perezius descriptum esse a Paezio, id eo minus ad rem facit, quod eum librum alibi (vide supra p. 8) ait membranaceum quidem esse, sed et ipsum aetatis recentis, neque is superest. ceterum postea demonstrabimus libros Paezii et Docampi in adnotatione Pereziana non distingui, sed praemisso vocabulo *alias* modo alterius utrius libri lectionem proponi, modo coniecturam a Perezio excogitatam.

VI. Iohannes Baptista Perez (natus ante a. 1534, defunctus a. 1597) episcopus Segobrigensis, in colligendis rerum Hispanarum documentis vetustis nulli secundus et etiam propter doctrinam magni Antonii Augustini dignus aequalis (egit de eo Villanueva l. c. p. 148 seq.) ut conciliorum Hispanorum acta iussu pontificis Romani diligenter collegit (cf. Arevalus in Isidorianis vol. 2 p. 185), ita chronica quoque vetusta per bibliothecas patrias sedulo investigavit et syllogen eorum formavit eo magis hodie utilem, quod optimi quique libri a Perezio usurpati nunc desiderantur. inde ad Victorem coniunctosque auctores quae pertinent iam enarrabuntur.

1. Escorialensis & IV 23 saec. XVI (Knust apud Pertzium *Archiv* 8, 816; Ewald *neues Archiv* 6, 251) continet praeter chronica haec Isidori librum de viris illustribus cum additamentis Braulionis, Ildefonsi, Iuliani, Felicis Toletani. Perezii esse et universa libelli condicio ostendit et quod adnotatio ad Victorem p. 195, 9: *hic barbarus sapientia catholica vigebat* et altera ad Iohannem p. 213, 6: *Ruccones ait Isidorus* et in hoc libro adsunt et in altero de quo mox dicetur Segobrigensi. hi duo codices cum soli ex Perezianis mihi notis adnotationes et in his cum variam lectionem ad Victorem et Iohannem tum reliquias annalium Caesaraugustanorum contineant, eo differunt, quod ab Escorialensi absunt non solum explicationes historicae, sed etiam quae ex tertio codice, scilicet Soriensi Perezius excerpsit. varia lectio in Escorialensi eo continetur, quod praemisso plerumque vocabulo *alias* differentiae afferuntur. glutinator librum mutilavit et in textu ad a. 543 p. 201, 13 et in adnotationibus Caesaraugustanis ad a. 504. 506. 507. nostra causa librum excussit Paulus Ewald. — Ex hoc codice sumptus est Leidensis Vulcanianus n. 20^{II} (cui adiunctae sunt 'in Victoris Tunnunensis chronicon notae M. Velseri'; nomen deletum est et adscriptum: 'ἀνωνύμως edantur'), scriptus ab homine Hispano hic illic lingua sua uso *(aqui entra, aqui falta)*. secundum ea, quae libello inscripta sunt, repperit chronica in Toletana bibliotheca Andreas Schottus, dedit Welserus Scaligero; is Victorem et Iohannem edens ait in praefatione habuisse se 'triennio ante editionem Ingolstadensem', id est anno 1597. Velserus in epistula ad Scaligerum data adnotat ad ea quae p. 222 ad a. 494 referuntur de Sacis: 'huiusmodi ad Hispanicas res quod attinet, 'ad oram veteris libri Toletani adscripta erant ab aliquo non indiligenti', aperte Escorialensem librum respiciens. quaecumque sive in textu sive in margine ab Escorialensis libri abscissa sunt, in Leidensi desiderantur hiatu in margine adnotato. — Welseriani libri apographum factum a Scaligero adservatur item in Leidensi bibliotheca Scalig. n. 25 (cf. Frick mus. Rhen. 44 p. 369 seq.). — Pendent a Welsero quae adhuc factae sunt editiones omnes, tam princeps, quam ad apographum Welsero missum curavit a. 1600 Canisius (cronicon Victoris, Ioannis, legatio Liutprandi, synodus Bavarica. Ingolstadii 1600. 4), quam Scaligerana inter additamenta ad chronica Eusebiana (Lugduni Batavorum 1606 et denuo Amstelaedami 1658). Canisianam repetivit Andreas Schottus in Hispaniae illustratae vol. 4 (Francofurti 1608) p. 117 seq. ex Scaligerana

descriptus est codex aliquando Chiffletii, deinde Meermannianus n. 740, hodie Berolinensis Phillippsianorum n. 1848. Sirmondianum exemplum item descriptum ex libro typis impresso fuit in codice Romano Barberiniano XIV, 18 (antea 2533) teste Bethmanno (*Archiv* 12, 380: cf. Pertz ib. 5, 65) hodie eo volumine non comprehensum. ipso Scaligerano libro scripto per Hemsterhusium usus est Petrus Wesseling (diatribe de Iudaeorum archontibus ... et dissertatio de euangeliis iussu imp. Anastasii non emendatis in Victorem Tunnunensem. Traiecti ad Rhenum 1728) p. 148 seq. — Deficiunt in apographis his itemque in editis omnibus tam quae casu librarius Escorialensis libri praetermisit (e. c. verb. 191, 7 *Stephanus ... eius loco* et 200, 6 *monachorum ... episcopus qui*) quam quae supra diximus a glutinatore desecta esse.

P(S) 2. Oppidi Segorve sive Segobrigae capitulo episcopus Perez testamento (edito apud Villanuevam l. c. p. 280) collectanea historica legavit servata adhuc ab eodem (*arm.* G. *est.* 1), ubi inspexit ea qui diligenter de iis rettulit Villanueva in libro supra citato edito a. 1804. nuper mea causa eo profectus canonicus Valentianus Roque Chabas vir diligens et peritus quae pertinent ad Victorem et Iohannem excussit. comprehenduntur ea volumine inscripto: 'historici antiqui maxime Hispani qui hoc libro continentur nondum impressi, 'sed descripti et emendati ex veteribus codicibus manuscriptis'; sequitur index. primum locum obtinet fasciculus Victorem et Iohannem conplectens foliorum 32 scriptorum ab amanuensibus duobus moderante Perezio, eius deinde manu emendatorum et adnotatorum. ad marginem utrumque adscriptae sunt Perezii adnotationes argumenti historici aliae (laudat passim Euagrium, Theodosium lectorem, Liberatum, Nicephorum, concilia), aliae quibus afferuntur variae lectiones. in his redeunt fere quae adsunt in Escorialensi praemisso hic quoque vocabulo *alias*, sed et passim ad id adiectum est *in v(etere) c(odice)* et non paucae accesserunt non repertae in Escorialensi adiecta nota simplici *in v. c.*, scilicet acceptae ferendae libro quem tertium nominat Perezius Soriensi insignis utilitatis. textus quamquam et ipse aliquoties correctus est, in universum idem mansit. — Mutilavit librum fortasse ipse Perezius: scilicet inde a p. 200, 14 quidquid offendere potuit pontificem Romanum, ut indicatum est in apparatu nostro, ita deletum est, ut eorum non nisi vestigia incerta appareant, exempli causa p. 204, 18. 19: *Vigilius Romanus episcopus [postquam praevaricatus est, sub excommunicatione totius Africanae ecclesiae pontificum] in insula Sicilia moritur* sublata sunt quae uncis circumclusimus. quo spectat, quod aequalis Perezii Velserus in adnotationibus supra laudatis eadem verba delevit adnotans: *alter codex haec addit* (sequuntur verba deleta): *quod nefas est credere, cum catholicus sederit in pontificatu, ut ex pontificali aliisque argumentis P. Bellarminus docuit.*

P(T) 3. Toleti in bibliotheca capitulari 27, 26 (Ewald *neues Archiv* 6, 363) sine apparatu. Iohannem hoc libro adhibito edidit Florezius *Esp. sagr.* 6, 382.

P(F) 4. Matriti in bibliotheca nationali F 38 (Knust apud Pertz *Archiv* 8, 782 cf. p. 173; Ewald *neues Archiv* 6, 303) sine apparatu. in margine quod adnotavit manus saec. XVIII *cd. Tolet.* fortasse significat eum librum descriptum esse ex eo qui praecedit. collatum habui ad Victorem et Iohannem ab Ewaldo.

5. Iohannis de Mariana (1536—1623) chronicorum Hispanorum sylloge a Florezio passim adhibita iam extat Londinii in museo Britannico cod. Egerton. n. 1873, ubi eam examinavi. tota sumpta est ex collectaneis Perezianis nec deest Perezius in recensu auctorum, quem Mariana annalibus suis in editione Hispana praeposuit. scripsisse se ait a. 1584. Victor Tunnensis legitur f. 32 seq., Iohannes f. 48 seq.; adsunt etiam excerpta Caesaraugustana, sed ita decurtata, ut appareat Marianam adhibuisse librum supra recensitum Escorialensem ita mutilatum ut est hodie. variae lectiones desunt. itaque eum abiecimus.

Praeter Isidorum, a quo infra videbimus tam Victoris quam Iohannis chronica compilata esse, medii aevi scriptores chronica haec non adhibuerunt. sed Victoris Tunnennensis vel, ut pleraque exemplaria habent, Turonensis cum Isidorus in praefatione chronicorum nomen posuerit, inde et Otto Frisingensis († 1158) in chronicis l. 5 c. 4 (MG. SS. 20 p. 217) post mortem Iustiniani I adnotat: *hucusque Victor Turonum episcopus chronicas suas perduxit* (ut similiter l. 5 c. 9 ad Heraclium notat: *hucusque Isidorus episcopus historiam suam perduxit*) et annales origine fortasse Vedastini aetatis incertae, quorum extant apographa recentia in bibliothecis Hamburgensi n. 209 et Havniensi n. 2088, post mortem Iustini II quae afferunt, iis praescribunt verba *nunc continuator Victoris*, propter quae deinde chronica ipsa adscripta sunt Victori Turonensi vel Tunnensi (vide quae exposui *neues Archiv* 16, 130). — Quod chronicis quae feruntur sub nomine Barbari Scaligeri a manu saec. fortasse noni adscriptum est esse videri *Georgii Ambionensis vel Victoris Turonensis* (vol. 1 p. 84), coniectura est scioli nescio cuius item superstructa praefationi Isidorianae. — Mero errore codex bibliothecae Leicestrianae Holkhamensis n. 451 saec. XII, quo continentur Victoris Vitensis libri de persecutione Vandalica et Eusebii Rufinique historia ecclesiastica, relatus est ad Victorem nostrum (*neues Archiv* 10, 598).

Librorum auctoritas in chronicis Hispanis quaenam sit, iam declarabimus. testes habemus vere duos, Soriensem et Alcobaciensem. ille quid habuerit, eatenus constat, quatenus Perezius in libri Segobrigensis margine diserte *veteris codicis* mentionem facit, id quod nos significavimus nota P^{III} (S^{m}). de Soriensi ubi constat, plerumque praestat reliquis, nec paucis locis unus verum servavit:

	'vetus codex' Perezii:	*Matritensis:*	*Pereziana lectio prior:*
184, 21	cyri	cipri	*om.* P^{I}, cipri P^{II}
187, 7	atque deogratias	*om.*	*om.*
190, 10	dipticiis	dipratiis	diptychis P^{I}, dipatriis P^{II}
191, 2	basiani	basiliani	basiani P^{I}, basiliani P^{II}
191, 27	silentiarium	silitientianum	silentiarium P^{I}, silicentianum P^{II}
199, 30	moenam	niecnam	menam P^{I}, niecnam P^{II}
199, 33	sucas	fugas	sugas P^{I}, fugas P^{II}
204, 7	aegimuritanae	egimauritane	egimauritaniae
206, 6	dulcidio	dulcissimo	dulcissimo P^{I}, dulcidio P^{II}
212, 16	abarorum	barbarorum	barbarorum
212, 23	asidonam	asinodam	asinodam
213, 6	runcones *(cum Isidoro)*	aragones	aragones
213, 18	sabariam *(cum Isidoro)*	sapariam	sabariam P^{I}, sapariam P^{II}
214, 23	baduarius	baudarius	bandarius P^{I}, baudarius P^{II}
214, 25	suanorum	sueuorum	sueuorum
216, 32. 217, 10. 20	audec-	andec- *uno loco*, audec- *duobus*	andec-

Longe pauciores reperiuntur loci, ubi Matritensis praestet Soriensi, ut sunt hi:

	'vetus codex' Perezii:	*Matritentis:*	*Pereziana lectio prior:*
191, 13	flauitus	flaiuitas	flauianus P^{I}, flauitas P^{II}
205, 9	antoniensi	anthinoensi	antinoensi
217, 1	*om.*	ispalim	hispalim

Ibi quoque, ubi Perezius in textu libri Segobrigensis (vel eo hiante in alio *F*) discedit ab Escorialensi, posterior lectio fieri potest, ut veniat ex Soriensi, sed cum Perezium

constet coniectura quoque verba tradita non raro mutavisse, de eiusmodi locis plerumque ambigi poterit, ut sunt hi:

184, 4 domnus *P(S) emendans (cum U et* P^{II}*)*, diaconus P^{I}
186, 35 caede *P(S) emendans (cum U et* P^{II}*)*, sede P^{I}
187, 11 anno regni *P(S)*, regni sui anno *UP(E)*
188, 35 imperium tyrannice *P(S)*, imperium quam tyrannice *UP(E)*
189, 9 adunato sibi *P(S)*, donato *P(E)*, donatu *U*
194, 23 legionibus *P(S)*, leonibus P^{I}, leonis UP^{II}
203, 5 laetari *P(F)*, latere *UP(E)*
203, 7 fraudulenter *P(F)*, fraude fideliter *UP(E)*
212, 21 parat *P(S)*, parcit P^{I}, perit *U*
216, 8 cupiditate potius quam impulsione] *P(S)*, cupiditate potius impulsione *U*, cupiditate potius impulsi *P(E)*
217, 9 persis *P(S)*, *om. UP(E)*
222 *a.* 494 goti *P(S)*, saci P^{I} *et Alcobaciensis.*

De Soriensis libri lectione cum raro constet, plerumque reicimur ad codicem Alcobaciensem; sed is quoque quid habuerit, saepe incertum est. Vasaei testimonia diserta paucis locis faciunt ad lectionem stabiliendam. Matritensis liber, quem supra diximus descriptum esse ex Alcobaciensi, ut parum curiose exaratus est mendasque sine dubio non paucas habet ab hoc demum librario in textum inlatas, testis est si non optimus, certe sincerus et immunis ab interpolatione gravioris ordinis, quamquam verba *praefuit ann.* 213, 24 fieri potest ut de suo inseruerit et similia alibi commiserit. denique Perezium supra vidimus Alcobaciensis libri apographum nactum esse Matritensi plenius et hic illic emendatius, repraesentatque textum Perezianum, qualis fuit ante Soriensem inventum, accuratius quam Segobrigensis liber antiquior Escorialensis, in quo adsunt etiam orthographiae vetustioris vestigia, ut *finibit* 193, 12 — *uocaberunt* 196, 13 — *iubante* 200, 31. 218, 4 in aliis exemplaribus Perezianis oblitterata. alterum autem quod ante inventum librum Soriensem adhibuit Perezius apographum apparet fluxisse ex libro hodie Matritensi; exempli causa 191, 2 ex duabus lectionibus Perezianis altera vera *basiani* necesse est venerit ex Alcobaciensi confirmata deinde libro Soriensi, altera falsa *basiliani* redit in Matritensi, similiaque plura offenduntur. at cum summa cautela Pereziana recensio adhibenda est propter interpolationem gravissimam et ex parte doctam, ut a tali viro expectanda fuit, quae cum modo textum occupet *(*P^{I}*)*, modo marginem *(*P^{II}*)*, ut convenit praescriptioni communi *alias,* utrique pariter diffidendum est. subieci locos ubi aut propter consensum Soriensis libri et Matritensis aut propter alias causas de scriptura tradita dubitari non potest; coniectura Perezius ubi verum adsecutus videtur esse, asteriscum ei praeposui.

	tradita lectio:	*lectio interpolata:*
184, 4	domnus UP^{II}	diaconus P^{I}
184, 15	domno UP^{III}	diacono P^{I}, donato P^{II}
190, 11	priuati $UP^{I}P^{III}$	*praefati P^{II}
191, 10	campaneum UP^{II}, campanum P^{III}	codonatum P^{I} *(ex Anastasio)*
191, 12	flauitas P^{II}, flaiuitas *U*, flauitus P^{III}	flauianus P^{I}
192, 23	mula $UP^{I}P^{III}$	hemula P^{I} *(ex Anastasio)*
193, 10	siclis *(scr.* iaculis *ex Isidoro)* UP^{I}	spiculis P^{II}
194, 3	platani UP^{I}	palatini P^{II}
194, 29	crucis UP^{I}	carceris P^{II}
200, 29	impleri UP^{I} *(cum Liberato)*	implorauit P^{II}
217, 18	hodierno $UP^{I}P^{III}$	*ugerno P^{II}

Ita de Perezianae recensionis prioris lectione sive simplici sive duplici sive adeo triplicata hoc statuendum erit posse venire eam earumve unam ex Alcobaciensi, posse inesse in iis errores codicis hodie Matritensis ex Alcobaciensi descripti, posse item inesse errorem ex apographis Pereziano vel Docampiano derivatum, posse venire denique ex coniectura Pereziana. propria quae sint itemque bona si qua reperiuntur referenda erunt ad Alcobaciensem, ut 185, 9, ubi cum *U* et *P*III consentiant in falsa lectione *Albino*, Perezius quod habet in textu *Attieno* non verum, sed a vero *Avieno* propius remotum, ex illo videtur traxisse, quamquam refragatur, ut dixi, apographum Matritense. sunt autem ea perpauca et in universum Perezianae recensionis prioris utilitas exigua. errores praesertim minores ex primitiva apographorum ab ipso adhibitorum scriptura multi apud Perezium remanserunt iam correcti ope codicis Matritensis:

186, 2 campo Martio] in campo maximo *P*
188, 26 consule novo] consule IX *P*
188, 32 *et deinceps* ariagne] ariadne *P*

et ubi habet pleniora vel meliora quam quae exhibet Matritensis, ut

187, 12 gensericus] *U*, pater gensericus *P*
218, 26 cum *U*, tunc *P*II, cum quo *P*I

coniectura potius subest quam codicis lectio diversa: exempli causa extremo loco *cum*, quod ferri non potest, Perezius quoque videtur in libris invenisse et id emendasse coniectura duplici.

Orthographiam in edendis chronicis Victoris et Iohannis secutus sum sinceram eius aetatis, eo magis, quod eorum qui hodie extat antiquissimus liber Matritensis saeculi XIII in talibus auctoritatem non facit. eius scribendi consuetudinem explicabunt quae sequuntur.

ae et *e*: diphthongo substituitur perpetuo vocalis simplex.
c et *t*: *amicicia* — *auxencius* — *instancia* — *laurencius* — *tocius*.
e et *i*: passim *i* pro *e*, maxime in *religatus* et in Graecis, ut sunt *calcidonensis* semper — *euphimius*.
h omissa: *calcidonensis* semper — *cartago* semper — *cirographum* — *euticianus* — *ebdomas* — *yems* — *ylarius* — *enoticum* — *simmacus*.
h addita maxime in Graecis. *anatholius* — *thimotheus* — *uicthor*.
h et *ch*: *nichil*.
i et *y*:
  i pro *y*: *egiptus* — *bithinia* — *eutleianus* — *olibrius* — *simmacus* — *sinodus* — *tirannus*.
  y pro *i*: *ylarius* — *hystoria* — *yems* — *ysauria*.
m et *n*: *calumnia* — *tanquam*.
mn mut. in *mpn*: *dampnare*.
geminatio male omissa: *salustius*.
geminatio male admissa: *accephalus* — *affrica* — *affundamentis* — *occulatus*.
compendia dierum in codice *U* barbare perturbata, ut 186, 21 *VI klarium aprilium* — 186, 22 *quarto klarum aprilium* — 187, 8 *nonis iuliae* — 189, 29 *VIII kalendarium octobrium*, ita ut requiritur formavi.

VICTORIS
EPISCOPI TONNENNENSIS
CHRONICA.

Victor, Isidorus ait in libro de viris ill. c. 49. 50 [38], *Tunnunensis ecclesiae Africanae episcopus. hic a principio mundi usque ad primum Iustini iunioris imperii annum brevem per consules annuos bellicarum ecclesiasticarumque rerum nobilissimam promulgavit historiam laude et notatione illustrem ac memoria dignam. hic pro defensione trium capitulorum a Iustiniano Augusto exilio in Aegyptum transportatur. unde rursus Constantinopolim evocatus dum Iustiniano imperatori et Eutychio Constantinopolitanae urbis episcopo obtrectatoribus eorundem trium capitulorum resisteret, rursus in monasterio eiusdem civitatis custodiendus mittitur, atque in eadem damnatione, ut dicunt, permanens moritur* [1]). item in exordio chronicorum: *Eusebius . . atque . . Hieronymus . . . ediderunt historiam . . . post hos alii atque alii: inter quos praecipue Victor Tonnonensis* (sic vel *Tononensis* libri boni) *ecclesiae episcopus recensitis praedictorum historiis gesta sequentium aetatum usque ad consulatum Iustini iunioris explevit.* eiusdem auctoris videtur esse libellus de paenitentia qui edi solet cum Ambrosianis inter suppositicia (ed. Mediol. a. 1883 vol. 6 p. 751, Migne vol. 17 p. 1058); nam cum in libello extremo auctor Victorem se ipse dicat, in libris vetustis duobus, quos editores in prooemio afferunt, ita inscriptus est: *incipit liber sancti Victoris de lapsis Tonensis episcopi historiographi.* quamquam alii ad hunc librum existimant pertinere quae de Victore Cartennae episcopo, qui vixit sub Geiserico, Gennadius habet c. 78: *scripsit . . . de paenitentia [publicani] libellum unum, in quo et regulam vivendi paenitentibus iuxta scripturarum auctoritatem instituit.* — Oppidum, cuius sedem tenuit, quomodo vere appellandum sit, parum constat. *Tunnunensem* Vasaeus cum appellat usus codice Alcobaciensi, *Tunnensem* Perezius (ad Isidorum de viris ill. 49) legit in vetusto codice, puto Soriensi. ex nostris libris *tunnunensis U* [2]) et in praescriptione (p. 179) et in subscriptione (p. 208), *tunnunensis P (E* et ante em. *S), tunnensis P (S* ex em. et *F),* item in chronicis ubi de se loquitur p. 204, 5 *tunnuriensis U, tunnensis* P^{I}*(ES)* et P^{III}*(S^{m}), tuniensis* P^{II}*($E^{m}S^{m}$),* item apud Iohannem in exordio p. 210, 4 *tunnunensis U, tunnonensis* P^{II} *(S* ex em. et *T), tunnensis*

1) Adhibui ad vitam Victoris et item ad eas quae infra sequuntur Iohannis et Maximi libros scriptos sex, Parisinos tres Lat. 1791 saec. X, 1792 et 12160 saec. XII utrumque, quos mea causa contulit P. F. Girard professor Parisinus; Bernensem n. 289 saec. X et Casinatem n. 294 saec. XI, quos collatos habui a Maximiliano Ihm, Matritensem univ. 134 (vide supra p. 171 n. 23), quem ipse tractavi. — *tunnunensis* Matr. 134, *tunnuensis* cod. Paris. 1791 in indice et 12160 item in indice, *tunnomensis* 12160 in textu, *tumensis* corr. in *tumonensis* 1791 in textu, *tunnuntensis* Paris. 1792, *tumunensis* Bern. 289, *tannanensis* Casin. 294 — *africanus* 1792, om. Cas. — *annuos*] *auribus* 12160, *anriuos* Bern. Cas. — *laudem* 1791. 1792 Bern. — *illustre* 1792, *illustres* 1791 Bern. — *ac*] *hac* Cas., *haec* 1791. 1792 Bern. — *digna* 1791. 1792 Bern. — *instiano agusto* 1791 — *ecclesia sua pulsus,* quod habent edd. post *augusto,* abest a codd. praeter Matr. — *aegyplo* 1791, *egypto* 12160 Bern. Cas., *egipto* 1792 — *inde* Matr. — *constantinopoli* 1791 Matr. Bern. Cas. — *uocatus* Cas., *uocatur* Matr. — *iustiniano*] *a iust.* Bern. Matr., *ad iust.* Cas. — *imperatore* 1791 Bern. Cas. Matr. — *eutitio* 1791, *euticio* 1792 Bern. Matr., *euthicio* Cas. — *mittatur* Bern. 2) Adscripta initio in margine *S. Victor Tunensis ecclesie* et in summis paginis *Victorius Tunnuensis ecclesie episcopus* sunt a manu saec. XIV.

P^1 *(EF* et ante em. *S).* apud Isidorum *tunnunensis, tunnuensis, tononensis* est in libris, in libello de paenitentia *tonensis.* inter episcopos provinciae Africae proconsularis, quos recenset notitia anni 482 subiuncta Victori Vitensi, adest *Cresconius Tennonensis;* inter eos, qui interfuerunt concilio Carthaginiensi a. 525, *Optatus episcopus plebis Tonnonnensis*[1]). ex titulis Africanis nullus adhuc id nomen prodidit, nisi fortasse, quod coniecit Iohannes Schmidt amicus, in laterculo civitatium Carthaginiensi C. VIII S. n. 12552 huc pertinent . . *nennenses.* hanc coniecturam secutus equidem in re incerta Tonnennensem eum appello, quamquam in locis supra citatis formam traditam non mutavi. — De situ oppidi hoc tantum constat fuisse in provincia proconsulari fortasse non longe a Carthagine magna.

De auctore quae novimus, per ipsum comperta habemus, neque nisi ex ipso vitam quam dicit Isidorus hausit. in magna illa quae tum agitabatur controversia de Christi naturis duabus, quam duplicitatem contra Alexandrinos potissimum episcopi maxime Occidentales adseverabant et adversarii ut pro haereticis haberentur in concilio Calchedone a. 451 acto obtinuerant, ut episcopi Africani reliqui ita Victor quoque cum Occidentalibus stetit. deinde cum Iustinianus edicto c. a. 543 emisso 'tria capitula', scilicet Theodori et Theodoreti et Ibae libellos a concilio illo aliquatenus certe admissos impugnasset et damnasset, Victor litibus iis implicitus a. 555, ut ait ipse, in exilium missus moratus est primum in insulis Balearicis, deinde in monasterio Aegimurensi, postea in Carthaginiensi ad Mandracium, mox Alexandreae Aegypti vel in monasterio ad Canopum XII ab Alexandrea lapide, denique a. 564/5 Constantinopoli. exul videtur chronica dictavisse; certe cum narratio perveniat ad a. 565 et in ipso fine mentionem faciat socii exilii Theodori Cebarsuscitani episcopi eo tempore in exilio mortui, vix antequam scribendi finem faceret domum potest reversus esse. narratio vertitur potissimum in controversiis illis ecclesiasticis nec saeculares res nisi raro tanguntur.

Titulus operis in Soriensi libro teste Perezio hic fuit: *huc usque Prosper vir religiosus ordinem praecedentium digessit annorum: cui et nos ista subiicimus* (sic). *abhinc, id est a XVIII Theodosii iunioris consulatu Victor Tunnunensis* (mut. in *Tunnensis*) *ecclesiae Africanae episcopus texit historiam.* in Matritensi libro praescripta sunt verba eadem: *hucusque . . . subiecimus* (sic), absunt ab eo quae sequuntur: *abhinc . . . historiam* pergiturque statim *igitur Theodosio XVIII et Albino consulibus.* Perezius in Escorialensi libro praescribit Victori: *Victor Tunnunensis a XVIII consulatu Theodosii iunioris Victor episcopus Tunnunensis ecclesiae Africae historiam persequitur, ubi Prosper reliquit.* in Segobrigensi primum praescriptum fuit *Victoris Tunnunensis episcopi,* deinde factum est *Victoris Tunnensis episcopi Africani chronicon.* Soriensis libri praescriptio prior et Matritensis sola sine dubio genuina est formata ad epitomen Prosperianam. posterior libri Soriensis, quae in Alcobaciensi videtur ad marginem scripta fuisse et propterea a Matritensi abesse, vix potest esse auctoris, cum priorem repetat, sed a librario ita adiecta, ut nomen auctoris in ipso titulo omissum et praeterea a continuatore tantummodo relatum in ea collocaret. — Subscriptio in libris nulla est, nam quae sequuntur magis habenda sunt pro praescriptione chronicorum Iohannis, ubi (p. 208) ea referemus.

Victoris chronica quae habemus cum incipiant ab a. 444, ipsum coepisse a principio mundi et Isidorus testis est et requirit partis superstitis inscriptio modo enarrata auctoris nomine carens et confirmat ipse reprehendens (ad a. 565/6) Eutychium episcopum Constantinopolitanum utpote damnatorem *Euagri heremitae diaconi ac Didymi monachi et confessoris Alexandrini, quorum laudes supra illustrium virorum ex auctoritate protulimus:* intellegit scilicet Didymum qui obiit a. 394 annos natus LXXXV et Euagrium discipulum

1) Mansi 8, 647. sic ut supra dedimus esse in codice Vaticano Palatino 574, qui solus acta ea servavit, certiorem me fecit Otto Cuntz.

Macarii, Palladii magistrum et a. 381 archidiaconum Gregorii Nazianzeni Constantinopoli tum episcopi, viros aetatis anterioris. iam cum apud Prosperum Euagrii mentio nulla fiat, fiat Didymi (c. 1146 ex Hieronymo), sed nullis laudibus virorum illustrium additis, inde colligitur Prosperum a Victore ita fere recensitum esse, ut Hieronymum Prosper recensuit, scilicet quaedam Victorem de suo adiecisse, alia fortasse mutasse vel sustulisse. Victor autem cum parti ei quam de suo addidit praescripserit: *hucusque Prosper . . . cui et nos ista subiccimus,* praecedantque certe in exemplari eorum quae extant antiquissimo neque doctrinam renatarum litterarum perpesso Matritensi n. 134 ipsa Prosperi chronica, crederes hic nobis traditam esse recensionem eorum a Victore curatam. sed ut probabiles aliae multae, ita haec quoque coniectura fallit. nam Prosperi exemplum Matritense pervenit ut alia ad a. 445 et habet praeterea auctarium Africanum (vol. 1 p. 486) continuatum ad a. 455, neque recedit textus libri eius a solita forma: evenit igitur in Victore id ipsum quod in Prospero saepissime accidit, scilicet librarii cum iis Prosperi et genuini et a Victore recensiti copia esset, hunc prae illo abiecerunt. nec magis inter reliqua quae habemus Prosperi exempla ullum invenitur. quod ad Victorem referre possis; nam id quod nobis est *A* (vol. 1 p. 358) etsi in anno 443 desinit, mutilum ad nos pervenit neque magis Victori attribui potest. nihilominus quoniam, ut antea (vol. 1 p. 345) exposuimus, verisimile est chronica saepius a Prospero emissa esse subinde aucta, dubium non est adhibuisse Victorem recensionem Prosperi hodie deperditam emissam a. 443.

Annos Victor nuncupat a 444 ad 563 secundum consules, deinceps secundum imperatores. consularia adhibuit, id quod non mirum est in auctore Africano, modo ad formam occidentalem scripta, modo ad orientalem, scilicet per a. 444—457 occidentalia, per a. 458—500 orientalia (exceptionem faciunt a. 460. 464. 465), ab a. 501 ad 563 rursus occidentalia. Gothicarum turbarum, ut par est, nullum in his consularibus adest vestigium. postconsulatus cum praeterea ita numerentur, ut ipse consulatus annus non comprehendatur, Victori e contrario annus qui sequitur consulatum non est *post consulatum primus,* sed *secundus* et sic deinceps: quae numeratio praeterea in titulis Italicis non raro invenitur, sed abhorret a consuetudine legitima tam Orientis[1]) quam Occidentis. consularis computatio cur finiat in a. 563, qui Victori est *p. c. Belisarii XXIII,* et substituantur deinde anni imperatorii, neque auctor explicat neque ut ego explicarem mihi successit. denique in hac parte extrema computatio turbata est. consulatibus suis cum auctor subiungit annos imperatorios quattuor Iustiniani ut ait XXXVII—XL, indictiones XII—XV, primum errat de obitu Iustiniani, qui vere decessit a. 565 die Nov. 14 anno imperii XXXIX indictione XIV: deinde anni eius imperatoris cum incipiant a die Apr. 1, quomodo aptaverit consularibus incipientibus Ian. 1 et indictionibus incipientibus Sept. 1, parum liquet. simplicissimum videtur schema hoc:

p. c. Belisarii XXIII	a. 563	
Iustiniani a. XXXVII	a. 564	(vere a. 563 Apr. 1 — 564 Mart. 31)
ind. XII		(vere a. 563 Sept. 1 — 564 Aug. 31)
Iustiniani a. XXXVIII	a. 565	(vere a. 564 Apr. 1 — 565 Mart. 31)
ind. XIII		(vere a. 564 Sept. 1 — 565 Aug. 31)
Iustiniani a. XXXIX	a. 566	(vere a. 565 Apr. 1 — 565 Nov. 13)
ind. XIV		(vere a. 565 Sept. 1 — 566 Aug. 31)
Iustiniani a. XL	a. 567	(vere nullus fuit)
ind. XV		(vere a. 566 Sept. 1 — 567 Aug. 31)

quamquam Iohannes Victorem continuans incipit non ab a. 568, sed ab a. 567.

1) Errore Rossius (inscr. chr. I p. XLVII) eam numerationem lege Iustini minoris indicat ordinatam esse; Tiberii constitutio a. 582 (nov. const. ed. Zachariae n. 14) et narratio chronici paschalis (p. 690 Bonn.) de anno 583 refragantur.

Imperatores numerat Victor ad exemplum Hieronymi et Prosperi: scilicet cum huic (c. 1283) Theodosius II sit imperator XLVI, Marcianus, ad quem Prosper c. 1361 numerum non adscripsit, Victori est XLVII (a. 450), Leo XLVIII (a. 457, 2), Zenon XLIX (a. 474, 3), Anastasius L (a. 491, 2), Iustinus I LI (a. 518, 2), Iustinianus LII (a. 528).

In universum numerans a principio mundi ad Christum natum annos $\overline{V}$CXCIX sequitur calculos Hieronymi, scilicet

a creatione mundi ad diluvium	a. 2242
a diluvio ad Abraham	a. 942
annus ante Christum natum, Augusti XLII = Abrahae	a. 2015
	5199

At in computandis annis a Christo nato Victor non Prosperum secutus est, quem vidimus (vol. I p. 351) a. p. Chr. 433 habuisse pro anno passionis 406, mundi 5634, sed cum scribit a nativitate Christi ad annum Iustini primum annos numerari 567 (vel quod eodem redit ab initio mundi ad eundem annum 5199 + 567 = 5766), aperte ad Dionysianum laterculum sese applicuit, annum ni fallor indictionis XV et Iustiniani quem ait quadragesimum Iustinique primum statuens eundem esse aerae Christianae DLXVII.

Quinque ecclesiarum primariarum episcopos cum ad exemplum Eusebii et Hieronymi etiam Victor recenseat adsumptis praeterea Carthaginiensibus, placuit subicere laterculos qui inde efficiuntur. Romanorum indicem tractavit Duchesnius lib. pontif. I p. XXIV. nomina cum satis recte procedant, ad annos auctorem ipsum non multum attendisse inde colligitur, quod passim sub eodem capite complures episcopos coniungit; adscripti anni maiore ex parte perturbati sunt et saepenumero plane perversi. exceptionem tamen facit laterculus Alexandrinus, ut conicere possis Victorem, quem vidimus scripsisse chronica haec exulem, ea dictasse maiore ex parte Alexandreae. ceterum cum res quas tradit cum episcoporum nominibus plerumque coniunctae sint, inde colligemus annos, quibus eas Victor adscribat, et ipsos maiore ex parte erroneos esse: singula exigere non est editoris. — Annos, quibus episcopos factos esse Victor refert, nominibus praescripsimus, postposuimus eos, sub quibus mentio eorum facta est.

ROMA:	ALEXANDREA:	ANTIOCHIA:	HIEROSOLYMA:	CONSTANTINOPOLIS:	CARTHAGO:
Leo 447. 449. 451. 455. 459. 469. 499	Dioscorus 447. 448. 451. 453. 457. 459. 480. 538. 541	Iohannes 444	Iuvenalis 447. 451. 459. 465	Flavianus 447. 448	Capreolus 463
469 Hilarus 473	453 Proterius 457. 460. 475. 477. 480	444 Domnus 447	465 Anastasius 473	450 Anatolius 451	463 Quodvulodeus
473 Simplicius	457 Timotheus Elurus 458. 460	Maximus 451. 465	473 Marturius 477	473 Gennadius	Eugenius 463. 479. 505
Felix 473. 484. 486. 487. 492	460 Timotheus Salafaciarius 475. 480.	465 Alexander 473	477 Sallustius 492. 497	Acacius 473. 482. 485. 486. 487. 488. 489. 521	Deogratias 463
492 Gelasius	475 Timotheus Elurus 477. 480	473 Marturius 477	497 Helias 509	489 Fravitas	523 Bonifatius 535
Anastasius 492. 497	477 Timotheus Salafaciarius 480	Iulianus 473. 477	509 Iohannes crucis custos 521. 524. 535	489 Euphemius 491. 492. 496. 515.	535 Reparatus 551. 552. 554. 563
497 Symmachus 524 / Laurentius	480 Iohannes Tabennesiota 494	477 Petrus Fullo 482. 485. 487. 488. 521	535 Petrus 544	496 Macedonius 497. 501	552 Primosus 554. 556
524 Hormisda 538	480 Petrus 482. 484. 485. 487. 490. 521	488 Stephanus	544 Macarius 552. 553	501 Timotheus 517	
538 Iohannes	490 Athanasius 492. 495	Calendio 488. 490. 491. 492	552 Eustochius 553	517 Iohannes Cappadox 524. 537	
Felix 538	495 Iohannes Hemula	Iohannes Campaneus 488	563 Macarius	524 Epiphanius 537	
Bonifatius 538	495 Iohannes Niceta 497. 517	Petrus 488. 491		537 Anthimus 540. 542	
Iohannes 538	517 Dioscorus 521. 538	491 Palladius 492. 497		540 Mena 553	
Agapitus 538. 540. 541	521 Timotheus 524. 538	497 Flavianus 499. 504		Eutychius 553. 566.	
541 Silverius 542. 553	538 Theodosius 539. 540. 541. 542 / Gaianus 539. 540. 541	504 Severus 509. 512. 516. 521. 524. 539. 542		566 Iohannes	
542 Vigilius 544. 550. 553. 557	541 Paulus Prestor	524 Paulus 540			
558 Pelagius 564	Zoilus 541. 551. 553	540 Euphrasius			
	551 Apollinaris 553	Euphemius (*scr.* Ephraim) 548			
		548 Domninus 553. 555			
		555 Anastasius			

Cum consularibus episcoporumque laterculis, quibus Victor usus est ad chronica concinnanda, quasnam rerum notitias traditas acceperit, ignoramus, neque inter ea quae nobis supersunt subsidia ulla videntur reperiri usurpata a Victore. Prosperi chronica eum vidimus habuisse finientia in a. 443: ex auctariis eius si alicuius ei copia fuisset, magis ab eius fine sua incohavisset, neque inter ea quae ex annis proximis affert et Prosperiana similitudo intercedit non ex re ipsa facile explicanda. intercedit similitudo magna inter chronica haec et *breviarium causae Nestorianorum et Eutychianorum,* quod composuit Liberatus archidiaconus ecclesiae Carthaginiensis regionis sextae inter annos 555 (nam meminit mortis Vigilii c. 20) et 567 (nam scripsit, ut ait c. 20, vivo Theodosio episcopo quondam Alexandreae, qui eo anno obiit teste Victore ad a. 540, item, ut ait c. 23, vivo Apollinare successore eius in ea sede mortuo a. 569), id est paullo ante quam Victor absolvit chronica. potuit igitur per temporum rationes Liberati libellus a Victore usurpari: sed non usurpatum esse ab eo non negabit qui utrumque legerit. omnino Liberatus et Victor et aequales et conterranei et eiusdem sectae ecclesiastici, acerrimi orthodoxae fidei defensores et impugnatores omnium eorum, qui a Calchedonensi synodo plus minus recederent, ubi easdem res narrant, saepenumero consentiunt. sed quod iusto odio exacerbati in Vigilium inter malos pontifices Romanos fortasse pessimum ambo afferunt epistulam ad orientales episcopos sede sua pulsos, sive vere ea a Vigilio scripta est sive, ut alii censent, ei supposita (cf. Duchesne lib. pontif. I p. 290), at sine dubio eo tempore publici iuris facta et ab orthodoxis omnibus tamquam testis certissima ignavae perfidiae et malignae fraudis cupide accepta, eam nulla causa est cur ex Liberati libello Victor credatur sumpsisse. quod in quaestione aliquando acriter agitata, num vere Victor ad a. 506 tradiderit evangelia emendata esse temere iussu imperatoris Anastasii, propositum est id eum sumpsisse ex loco Liberati male intellecto, id magis auctoritate defenditur, quae est Richardi Bentleii (*remarks upon a late discourse of free-thinking,* in opp. ed. 1838 vol. 3 p. 362), quam ratione et veritate. scilicet narrat Liberatus (c. 19) Macedonium episcopum Constantinopolitanum orthodoxum ab Anastasio ad heterodoxiam inclinante depositum esse et in exilium missum propterea quod in loco Pauli I Timoth. 3, 16: ὃς ἐφανερώθη ἐν σαρκί fraude pro ΟΣ (quae est lectio genuina) posuisset $\overline{\Theta\Sigma}$ = θεός, fieri potest, ut orthodoxi propter id ipsum e contrario Anastasium insimularint sacrae scripturae temere interpolatae. sed etsi uterque eandem controversiam respexit, Victor rem diverse omnino narrans certe non pendet a Liberato.

Antiqua aetate compilavit chronica haec Isidorus, desumens inde commentarii de viris illustribus praeter notitiam ipsius capita duo 41. 42. medii aevi auctores, ut supra monui, Victorem non adhibuerunt.

Huc usque Prosper vir religiosus ordinem praecedentium digessit annorum: cui et nos ista subiecimus.

444 IGITVR THEODOSIO XVIII ET ALBINO CONSS.

Antiochenae ecclesiae episcopatum post Iohannem Domnus suscepit.

446 AETIO III ET SYMMACHO CONSS.

447 CALLIPPIO ET ARDABVRE CONSS.

Eutyches presbyter et archimandrita cuiusdam monasterii Constantinopolitani apparuit, qui sui nominis haeresim condidit. hic etenim dominum nostrum Iesum Christum sic adferebat natum ex Maria semper virgine matre, ut nihil in eo confiteretur humanae naturae. qui synodali invitatus colloquio Constantinopoli congregato, cui sanctus praefuit Flavianus eiusdem urbis episcopus, dum nollet Christum in duabus confiteri naturis post nativitatem ex virgine et nobis secundum carnem consubstantialem esse, damnationem cum proprio errore suscepit: quam sanctus Leo Romanus antistes apostolica auctoritate firmavit. pro quo imperatore Theodosio patrocinante, Leone Romano, Dioscoro Alexandrino, Domno Antiocheno, Iuvenale Hierosolymitano et Flaviano Constantinopolitano praesulibus sedium

448 POSTVMIANO ET ZENONE CONSS.

generalis synodus secunda congregatur in Epheso, in qua Dioscorus Alexandrinus episcopus sibi principatum usurpans imperiali favore eundem Eutychem post legitimam damnationem absolvit et eius obtrectatores duarum in Christo naturarum doctores, Flavianum Constantinopolitanum, Eusebium Dorylaei, Theodoretum Cyri et Ibam Edessenum antistites ceterosque alios impia auctoritate contradicentibus etiam legatis

praescriptiones relatae sunt in praefatione p. 179 3 conss. *vel* consulibus *hic et deinceps U*, coss. *P*: *nos dedimus in paribus* conss., *in singularibus* cons. *perpetuo* 4 domnus] *U*P^{II} *(*E^m*S emendans)*, diaconus P^{I} *(E* et *ante em. S)* *deficit a. 445 Valentiniano VI et Nomo cos.* 6 callipidio *U* ardabure] ardubare *U* 7/8 paruit *U* 10 alloquio *U* constantinopolim *UP* 12 consubstantialem] *P(SF)*, cum subst. *U*, substantialem *P(E)* 13 leo *P(S)*, *om. UP(E)* 15 domno] *U*P^{III}, diacono P^{I}*(ES)*, donato P^{II}*(*$E^m S^m$*)* iholimitano *U semper* 17 posthumiano *P* 18 gen. sinodus *U*, syn. gen. *P* 21 dorylaei] durelei *P(S)*, durclei *P(E)*, durelii *U* theodoricum cyri et ibam edessenum P^{III}*(*S^m*)*, theodoretum cipri et ibam edessenum P^{II}*(*E^m*)*, theodorium cipri et ibam edessenum *U*, theodoretum edessenum *(om. mediis)* P^{I}*(SE)* 22 antistes *U*

sedis apostolicae condemnavit totamque synodum sibi favere monachorum seditione militarique violentia inclinavit.

449 ASTVRIO ET PROTOGENE CONSS.

Attila rex Hugnorum, postquam est Aetio Valentiniani Augusti duce proelio superatus et in fugam conversus, vires recepit et ad Italiam importabiliter pergit, cuius mala Romana res publica pacis foedere sopiit. qui Attila Leonis papae legatione suscepta non solum a rei publicae vastatione quievit, sed et trans Danuvium pace data recessit.

450 VALENTINIANO VII ET AVIENO CONSS.

1. Theodosius imperator anno vitae suae LXII Constantinopoli moritur.

2. Chrysaphius praepositus imperatoris amicitiis Eutychetis male usus occiditur et Marcianus totius rei publicae consensu imperator efficitur.

3. Romanorum XLVII MARCIANVS regnat annis V mensibus VI: qui in ipsa regni sui exordia ecclesiarum paci prospiciens Calchedona fieri synodum imperiali auctoritate denuntiat.

4. Constantinopolitanae ecclesiae praesulatum post Flavianum Anatolius suscepit.

451 Consulatu Marciani Augusti VIII kal. Octobres Leone Romano, Dioscoro Alexandrino, Maximo Antiocheno, Iuvenale Hierosolymitano et Anatolio Constantinopolitano praesulibus synodus generalis Calchedona colligitur episcoporum DCXXX, ubi Ephesena secunda nec dicenda synodus abdicatur, Eutyches cum Dioscoro patrono suo Alexandrino episcopo atque Nestorio condemnatur, antistitesque catholici iniuste damnati ab eodem Dioscoro in synodo praefata Ephesena secunda solvuntur, fidesque sanctorum patrum, qui in Nicaena, Constantinopolitana et Ephesena prima convenerunt sanctis synodis, explanatur. his itaque definitis et subscriptionibus totius synodi roboratis Eusebio Dorylaei, Theodoreto Cyri et Iba Edesseno, propriis restitutis ecclesiis iis, quos pro eis Dioscorus haereticus substituerat, pulsis omnia, quae ad statum ecclesiae pertinent, disposita sunt ratumque terminum susceperunt.

453 OPILIONE ET VINCOMALO CONSS.

1. Dioscoro Gangra exilio relegato Proterius Alexandrinae ecclesiae suscepit praesulatum.

2. Eo tempore Attila moritur, de cuius regno dum filii eius dimicant, Hugni vastantur ac deinde minorantur.

454 AETIO ET STVDIO CONSS.

Aetius patricius Valentiniani Augusti manu intra palatium primo percussus circumstantium gladiis crudeli morte extinguitur Boethiusque praefectus nihilominus occiditur.

---

451 = *Isidorus chr. c.* 381.

1 fauere] *UP(F)*, fauore *P(ES)* 3 austurio *U* protegene *U* 4 hugnorum] *P(SF)*, ugnorum *U*, hunnorum *P(E)* aetio *addidi* duci *U*, ducibus *P(S)*, ducis *P(E)* 6 papa *U* 8 recedit *U* 9 uii *om. U* anieno] $P^{II}(E^{m}S^{m})$ *ex coniectura omnino*, albino $UP^{III}(S^{m})$, attieno $P^{I}(ES)$ 11 crisafius *U* 13 xluii] xlui P^{II} (E^{m} *solus*) regnauit *U* ui] uii P^{II} (E^{m} *solus*) 14 propiciens *U* calchedona] *scripsi*, calcidonia *U*, chalcedone *P* 19 calcidona *U*, chalcedone *P* dcxxx] UP^{II} $(E^{m}S^{m})$, dcxxxii $P^{I}(ES)$, dxx $P^{III}(S^{m})$: *'630 in conciliis Gothicis' adnotat Perez (S)* ephesena] *U*, ephesina *P hic et deinceps* 25 durilei *P(E)*, durelei *P(S)*, durileii *U* cypri UP^{II} (E^{m} *solus*) et iba edesseno] $P^{II}(E^{m})^{III}(S^{m})$, et ibedesseno *U*, *om. P(ES)* his *U* 29 gengra *U* 31 eius *U*, *om. P* ugni $UP^{III}(S^{m})$, hunni *P(ES)* 34/35 circumistancium *U*

455 VALENTINIANO VIII ET ANTHEMIO CONSS.

Valentinianus imp. Romae campo Martio dolis Maximi patricii et Heraclii praepositi perimitur, idemque Maximus exconsule ac patricius sumit imperium diebus LXXVII. hic itaque malum, quod latebat, apparuit. mox relictam Valentiniani Augustam viri exitum sui lugere non permittens in matrimonio sumit. sed his malis peiora succedunt, dum adventum Genserici Wandalorum regis formidat et cunctis volentibus urbe recedere licentiam tribuit, priusquam fugam quam cogitabat assumeret, occisus membratimque concisus in Tiberim fluvium proiectus est. tertia die postquam Maximus occiditur, Gensericus Wandalorum rex Romanam urbem ingreditur et per XIV dies cunctis opibus nudat secumque inde Valentiniani filias et uxorem ac captivorum multa milia tollit. ut autem ab incendio, tormentis et gladio abstineret, papae Leonis intercessio facit. huius quoque captivitatis LXXV die Avitus vir totius simplicitatis in Galliis imperium sumit.

456 IOHANNE ET VARANE CONSS.

Ricimirus patricius Avitum superat, cuius innocentiae parcens Placentiae civitatis episcopum facit.

457 CONSTANTINO ET RVFO CONSS.

1. Marcianus imperator Constantinopoli moritur, et pro eo Leo imperator efficitur.

2. Romanorum XLVIII. LEO regnat annis XVI.

3. Alexandria et Aegyptus errore Dioscori languens decreta Calchedonensis synodi non recepit. Proterium antistitem Dioscori successorem et synodi Calchedonensis decretorum custodem populus Dioscoritanus seditione facta Timotheo auctore cognomento Elluro interfecit VI kal. Apr. VI feria ultimae ieiuniorum hebdomadae die, qua noster salvator et dominus a Iudaeis est crucifixus. tunc enim pascha dominicum quarto est kal. April. celebratum. Proterio itaque interempto Timotheus praefatus cognomento Ellurus Calchedonensis synodi obtrectator eius episcopatum ecclesiamque pervadit.

458 LEONE AVGVSTO CONS.

1. Maiorianus Romae imperium sumit.

2. Timotheus Alexandrinae ecclesiae incubator defensores synodi Calchedonensis insequitur.

459 PATRICIO ET RICIMIRO CONSS.

Iuvenalis Hierosolymorum episcopus litteris Leonis Romani antistitis adversum errorem Eutychis Dioscorique armatur.

460 MAGNO ET APOLLONIO CONSS.

Timotheus episcopus interfector Proterii episcopi Leonis principis praecepto vix a caede Alexandrinae ecclesiae raptus Chersonam exilio relegatur et post menses V

---

455 = *Isidorus hist.* 77. *a.* 457 = *Isid. chr. c.* 385?

2 romae *om.* *P(E)* campo] *U*, in campo *P* marcetio *U*, maximo *P* dolis] insidiis $P^{II}(E^mS^m)$ 3 patricius] *scripsi,* patricio eius *libri* sumit] *libri,* assumit *edd.* lxxuii] $UP^{III}(S^m)$, 72 $P^{II}(E^m$: *ante* 72 *linea obliqua cernitur postea deleta sic fere* ∤), lxuii $P^{I}(ES)$ 4 hoc itaque malo *U* 6 uuandal- *U semper* 7 tribuum *U* 8 *post* proiectus est *ins.* actio et studio coss. et praefectis (praefatis P^{III} $[S^m]$) *libri* 9 cunctis] cuntos P^{II} (E^m *solus*) operibus *U* 10 inde] in die *U* ac] a *U* 12 auitus] $UP^{II}(E^mS^m)$, abitus $P^{III}(S^m)$, anitius $P^{I}(ES)$ gallias *U* 14 habitum $P^{III}(S^m)$ ciuitati *U* 17 imperator] *U*, imperator orientis *P* 18 xui] xu P^{II} (E^m *solus*) 22 elluro] illuro UP^{II} ('*alias* illuro, *infra* ellurus' E^m, '*infra* hellurus, helurus *et* aelurus' S^m), herulo $P^{I}(ES)$: *Graece* Ἐλοῦρος 25 ellurus] illurus *U*, herullus $P^{III}(S^m)$, herulus $P^{I}(ES)$: *cf. v.* 22 27 maioranus *P* 30 ricimiro] *P(S)*, recimiro *U*, ricimero *P(E)* 32 diocorique *U* 33 appollino *U* 35 caede] UP^{II} (E^mS^m *et emendans S*), sede P^{I} (*E et ante em. S*) raptus ecclesiae *P(E)* chersonam] *scripsi,* c(h)ersona *libri*

eidem Alexandrinae ecclesiae alius pro eo Timotheus cognomento Salafaciarius synodi Calchedonensis defensor episcopus ordinatur.

461 GADALAIFO ET SEVERINO CONSS.

462 LEONE AVG. II CONS.

463 VIVIANO V. C. CONS.

1. Carthaginensis ecclesiae post Capreolum Quodvultdeus et post Quodvultdeus atque Deogratias Eugenius episcopus ordinatur.

2. Maiorianus Romae occiditur et Severus imperium non. Iul. sumit.

464 OLYBRIO ET RVSTICO CONSS.

Gensericus Wandalorum rex post multarum provinciarum clades et Christiani apud Africam populi spolia atque neces moritur regni sui anno XL. post quem Hugnericus filius eius regnat ann. VII mensibus V. huic Hugnerico Gensericus Valentiniani filiam, quam ex Roma captivam abduxerat, in coniugium tradidit.

465 HERMIA ET BASILISCO CONSS.

1. Antiochenae ecclesiae episcopatum post Maximum suscepit Alexander.

2. Hierosolymitanae vero ecclesiae post Iuvenalem Anastasius praeest.

466 LEONE AVG. III CONS.

Hugnericus Wandalorum rex Arriano suscitatus furore catholicos per Africam plus patre persequitur. Christianorum ecclesias tollit et catholicos sacerdotes exilio mittit.

467 PVSAEO ET IOHANNE CONSS.

1. Signum in caelo ex nube velut contum apparuit per dies XL.

2. Anthemius Romae imperium sumpsit.

468 LEONE IV ET ANTHEMIO II CONSS.

Leo Aug. supplicationibus Aegyptiorum permotus, ut synodus fieret, quae de gestis synodi Calchedonensis iudicium ferret, ad cognoscendam singulorum fidem eccle-

---

464 = *Isidorus hist.* 77. 78. 466 = *Isidorus* 78.

1 salafaciarius] $P^{II}(E^{m})$, salafatiarius $UP^{III}(S^{m})$, salafatiatius P^{I}: *Σαλαφακίαλος Theophanes*, Salophaciolus *editur apud Liberatum c. 16* 3 gadalayfo *U* seneriano *U* 4 leono *[sic]* augusto secundo uiuiano ıı̅c̅ conss. *U, et sic, sed ante* uiuiano *ins.* et, P^{I} *et* P^{III} *(vide infra)*, leone et scuero uiuiano ut *(sic)* basilio P^{II} (E^{m}), alias lisi et scuero uiriano et basilis S^{m}, *ubi addit Perezius: 'sed non ita in v. c.': scilicet Soriensis stetit cum U, et qui nominantur in adnotatione marginali Pereziana consules duo occidentales a. 462 Severus et a. 463 Basilius accesserunt ex Caesaraugustanis chronicis (vide infra)* 6 post capreolum quodvultdeus et post quodvultdeus deogratias et post deogratias ingenuus] *scripsi*, post capreolum et quoduultdeus et post quodvultdeus eugenius *UP(E)*, post capreolum et quoduultdeus atque deogratias *P(S)*, *adnotans: 'ita in v. c.': vides Perezium secundis curis Deogratias episcopum ex codice Soriensi addidisse, simul delevisse verba* et post quodvultdeus, *quae nos retinuimus insertis verbis* et post deogratias 8 maioranus *P* 11 regni sui anno] *UP(E)*, anno regni *P(S)* xl] UP^{I}, x P^{II} $(E^{m}S^{m})$ ugnericus *libri* 12 hugnerico] *U*, ugnerico *P* gensericus] *U*, pater gensericus *P* 13 coniugio *U* 14 *scr.* Herminerico baselisco *U* 15 *immo Maximo successit non Alexander, sed Basilius* 16 pr. an. *P* 17 consulibus *U* 18 ugnericus *P* 19 prosequitur *U* 20 puseo $UP^{III}(S^{m})$, pusco $P^{II}(E^{m}$ *itemque ni fallor* S^{m}, *quamquam ibi bis dicitur esse pro v. l.* puseo), buseo P^{I} 21 xl] *UP(S emendans puto ex Soriensi)*, x *P (E et ante em. S)* 22 anthemius] *P(S)*, antemius $P^{III}(S^{m})$, anthenius $P^{II}(E^{m}S^{m})$, antherius $P^{I}(E)$, attenius *U* 23 Leone IV *errore posuit Victor: reliqui fasti hunc annum tribuunt uni Anthemio*

siarum praesulibus unoquoque semotim scripsit et a singulis epistolas tamquam ex una collatione consonas suscepit id fieri nullatenus posse, sed magis ac magis in sua perpetuitate synodi gesta Calchedonensis manere. extant quae encyclia Graeco eloquio vocitantur.

469 ZENONE ET MARCIANO CONSS.

Romanae ecclesiae episcopatum post Leonem Hilarus suscipit.

470 IOHANNE ET SEVERO CONSS.

Leo Aug. Patricium Asparis filium Caesarem facit.

471 LEONE AVG. V ET PROBINO CONSS.

Aspar et duo filii eius Patricius Caesar et Ardaburius Constantinopoli praecepto Leonis Augusti occiduntur.

473 LEONE VI ET PROBINO CONSS.

1. Leo Aug. Leonem nepotem suum, Zenonis uxoris, filiae suae filium Caesarem facit et imperat ann. II.

2. Romanae ecclesiae episcopus post Hilarium Simplicius ordinatur et post Simplicium Felix.

3. Constantinopolitanae ecclesiae Gennadius Anatolio succedit in episcopatum et Gennadio Acacius.

4. Antiochenae ecclesiae post Alexandrum Marturius et post Marturium Iulianus ordinatur episcopus.

5. Hierosolymitanae vero ecclesiae Marturius post Anastasium episcopus aderat.

6. His conss. Olybrius Romam venit et imperium factione Ricimiri patricii regnante Anthemio sumit. quo agnito Anthemius in fugam conversus occisus est.

7. Et post certos dies Herculanus Orestis filius arripiens imperium cum patre suo occiditur et eius regnum Nepos assumit.

474 LEONE MINORE AVG. CONSVLE NOVO.

1. Leo maior Aug. Constantinopoli moritur.

2. Zenon a Leone Aug. filio in Septimo contra consuetudinem coronatur.

3. Romanorum XLIX ZENON regnavit annis XVII.

475 POST CONSVLATVM LEONIS IVNIORIS AVG.

1. Zenon imperator quaerens Leonem Aug. proprium filium occidere et eius imperium pervadere, alium pro eo eius uxor Ariagne Augusta similem puerum ad mortem obtulit et Leonem eundem Augustum occulte totondit eumque clericum unius ecclesiae Constantinopolitanae fecit. qui Leo usque ad Iustiniani tempora principis vixit.

2. Eodem consulatu Basiliscus cum filio Marco imperium cum tyrannide Constantinopoli sumit.

475, 1 = *Isid. chr. c.* 387.

1 unoqnoque] *U*, unicuique *P* 2 suscipit *U* 3 inciolia P^{III} *(S*^{m}*)*, in cilicia *U*, *ἐγκύκλια P (ES): cf. Liberatus brev. c. 15:* et hae epistulae vel relationes episcoporum omnium in uno codicis corpore vocantur encyclia 6 ylarus *U*, hilarius *P* 7 *scr.* Iordane 9 leone aug. u] *vere* IV: *vide ad a. 468* probino] *immo* Probiano 10 ardaburus P^{III} *(S*^{m}*)* constantinopolim *U* 11 augusti *om. P(E)* 12 leone aug. ui] *uere* V: *vide ad a. 470* et probino *delendum* 23 atemio *U* 26 consule nouo] *U*, cons. ix *P*: *novus recte se habet secundum usum Byzantiorum (cf. chr. pasch. ad h. a.: Λέων νέος Αὔγουστος), sed cum mox adsit* minor *vocabulum et νέος reperiatur loco non suo, fortasse venit ab interpolatore Graecis fastis uso* 27 constantinopolim *U* 28 leonem augusti *U* 29 regnauit] *U*, regnat *P* 31 imperator] imperium *UP(E)* 32 alium] alio *U* arriagne *U*, ariadne *P* 35 basilicus *U* cum tyrannide] *scripsi collatis locis 198, 6 200, 9,* quam tyramnice *UP(E)*, tyrannice *P(SF)*

3. Zenon Aug. in Isauriam, unde exortus fuerat, fugit et eum Ariagne Augusta sub hiemis discrimine navali itinere subsecuta.

4. His conss. Basiliscus tyrannus lege data Calchedonensem synodum damnari et Ephesenam secundam praecepit absolvi ac suscipi.

5. Timotheus episcopus cognomento Ellurus Proterii successor pariter et peremptor ab exilio Chersonae redit et fugato alio Timotheo episcopo Salafaciario cognomento defensore synodi Calchedonensis Alexandrinam ecclesiam iterum pervadit.

476 BASILISCO TYRANNO ET ARMATO CONSS.

Zenon Aug. vigesimo mense adunato exercitu Constantinopolim ab Isauria redit, imperium resumit et Basiliscum cum filiis atque uxore exilio in Sasemis Cappadociae mittit finemque vitae inibi misere facit.

INTER HAEC QVAE GESTA SVNT, QVIA NVLLVS CONS. ACCESSIT ET BASILISCVS TYRANNVS A CONSVLATV RECESSIT, ARMATVS PRAESENTI ANNO CONSVL REMANSIT.

477

POST CONSVLATVM ARMATI V. C.

1. Timotheus Ellurus Calchedonensis synodi obtrectator et Proterii episcopi interfector moritur et Alexandrinae ecclesiae praesulatum alius Timotheus cognomento Salafaciarius Calchedonensis synodi defensor resumit.

2. Hierosolymitanae itaque ecclesiae Sallustius Marturio succedit episcopus.

3. Antiochenae vero Petrus cognomento Fullo post Iulianum, qui Marturio successerat, ordinatur episcopus.

479 ZENONE AVG. CONS.

1. Hugnericus Wandalorum rex persecutioni per totam Africam nimis insistens Tubunis, Macri et Nippis aliisque heremi partibus catholicos iam non solum sacerdotes et cuncti ordinis clericos, sed et monachos atque laicos quattuor circiter milia exiliis durioribus relegat et confessores ac martyres facit confessoribusque linguas abscidit. quos confessores, quod linguis abscisis perfecte finem adusque locuti sunt, urbs regia attestatur, ubi eorum corpora iacent. tunc Laetus Neptensis civitatis episcopus gloriose martyrio coronatur VIII kal. Octob. die et Eugenius episcopus Carthaginensis ecclesiae post dira heremi exilia plurimis afflictionibus poenisque clarus habetur.

2. Hic itaque Hugnericus inter innumerabiles suarum impietatum strages, quas in catholicos exercebat, octavo regni sui anno interioribus cunctis effusis ut Arrius pater

---

479, 1. 2 = *Isidorus hist.* 78. 79. 80.

1 arriagne *U*, ariadne *P* 3 basilliscus *U* 3/4 ephesanam *U* 5 ellurus] illurus UP^{III} (S^{m}), hellurus P^{I} *(E in litura et S)* 6 cersone *U*, chersone P^{II} *(sic* S^{m} *et in textu quoque S, hersone* E^{m}*)*, chersona P^{I} *(E)* salafaciario] *scripsi (v. a. 460)*, salafatiario UP^{III} (S^{m}), solafatiario P^{II} (E^{m}), salafatiatio P^{I} 6/7 defessore sidoni *U* 7 iterum] *libri*, etiam *edd.* 9 augusta *U* adunato] donatu *U*, donato sibi P^{I} *(E)*, adunato sibi *P(S) ex coniectura* 10 basilicum *U* sasemis] UP^{II} $(E^{m}S^{m})$ ^{III} (S^{m}), sasenus P^{I} *(ES): intelleguntur Sasima Cappadociae (cf. Theodorus lector l. 1 p. 557 Val.: Βασιλίσκος καὶ Ζηνωνὶς ἐν Βουσάμοις ἐπέμφθησαν)* 11 inibi] *U*, ibi *P* 12 haec] hoc *U* quae *om. edd.* 14 armatus p a. c. r.] UP^{II} *('additur in alio codice* a. p. a. c. r.' $E^{m}S^{m}$*)*, *om.* P^{I} 16 illurus *U* sinodoli *U* chalcedonem *E*, chalcedon. *S* 17 cognomento *om. edd.* 17/18 salafaciarius] P^{III} (S^{m}), salafatiarius *U*, salafatiatius P^{I} 18 sinodoli *U* 23 hugnericus] *UP(S)*, hunericus *P(E)* tubunas *U*, tubunnis *P(EF)*, tibunnis *P(S?)* 24 nippis] UP^{I} *(E, sed* n *in litura, et S)*, hippis P^{II} $(E^{m}S^{m})$ partibus] patribus P^{II} *(*E^{m} *solus)* 28 ubi] uir U^{a} neptensis] P^{I} *(E)* ^{III} *(*S^{m} *et sic ex em. S)*, nepotensis UP^{II} *(sic* $E^{m}S^{m}$ *et sic ante em. S)* ciuitatis] *U*, ecclesiae *P* glorioso *edd.* 29 die] *U*, *om. P* 31 hunericus *P(E)* 32 catholicis *U*

eius misere vitam finivit. cui succedit Guntamundus: regnat annis XII. qui nostros protinus de exilio revocavit.

480 POST CONSVLATVM ZENONIS III.

Timotheus cognomento Salafaciarius synodi Calchedonensis defensor moritur et pro eo Alexandrinae ecclesiae Iohannes Tabennesiota presbyter et oeconomus synodi Calchedonensis defensor episcopus ordinatur. quem Zenonis praecepto principis Petrus, qui superstite Timotheo Salafaciario episcopo ab haereticis fuerat ordinatus, eiciens Alexandrinam ecclesiam pervadit. qui confestim favore Zenonis principis synodum Calchedonensem de pulpito coram populis damnat: Proterii et Salafaciarii nomina de diptychis tollit ecclesiasticis et Dioscori atque Timothei Elluri, qui Proterium interfecit, scribit corpusque praefati Timothei Salafaciarii de ecclesia eiciensin loco deserto foris civitatem proiecit.

482 TRICVNDIO V. C. CONS.

Zenon imperator Eutychiani poculo erroris sopitus Acacium Constantinopolitanum episcopum damnatoribus synodi Calchedonensis Petro Alexandrino et Petro Antiocheno episcopis per henoticum a se prolatum socians eorum communione polluitur et cum eis a catholica fide recedit.

483 POST CONSVLATVM TRICVNDII V. C.

Leontius tyrannus Illi patricii factione imperium in Isauria cum tyrannide sumit.

484 THEODORICO V. C. CONS.

Felix Romanae praesul ecclesiae monachis et clericis per Orientem, Aegyptum et Bithyniam commorantibus scribit, ut Petrum Alexandrinum episcopum Calchedonensis synodi obtrectatorem et eius communicatores tamquam haereticos vitent.

485 POST CONSVLATVM THEODORICI V. C.

Orientales episcopi praeter paucos per henoticum Zenonis communione atque consensu polluti Petri Alexandrini, Petri Antiocheni et Acacii Constantinopolitani episcoporum synodo Calchedonensi renuntiant.

486 LONGINO V. C. CONS.

Acacius Constantinopolitanus episcopus litteris Felicis Romanae ecclesiae praesulis admonitus, ut a damnatorum synodi Calchedonensis communione atque societate abstineat, legatos eius custodiae mancipat.

487 POST CONSVLATVM LONGINI V. C.

Acacius Constantinopolitanus, Petrus Alexandrinus et Petrus Antiochenus episcopi Calchedonensis synodi inimici a Felice ecclesiae Romanae praesule et synodo Italiae

1 nostros] nos *U* 4 salafatiatius *P(E)* 5 tabennesiota] *P(E)*, tabennosiota *P(S)*, tabennensiota *U*; *Ἰωάννης ὁ Ταβεννησιώτης Theophanes* iconomus *U* 7 supstite *U* salafatiatio *P(E)* 9 salafatiatii *P(E)*, solafatiatii *P(S)* nomina] *UP*^{II} *(E*^{m}*S)*, *om. P*^{I} *(E)* 10 diptychis] *P*^{I} *(ES)*, dipticiis *P*^{III} *(S*^{m}*)*, dipatriis *P*^{II} *(E*^{m} *solus)*, dipratiis *U: cf. Liberatus brev. c. 18:* (Petrus Alexandrinus) sublato nomine Proterii et Timothei catholici de diptychis Dioscori et Timothei Aeluri nomina scripsit eccl. tollit *U* atque timothei helluri] *libri*, et helluri *edd.* proterius *U* 11 praefati] *P*^{II} *(E*^{m}*S*^{m}*) coniectura opinor;* priuati *UP*^{I}*(ES)* ^{III} *(S*^{m}*): pergit Liberatus l. c.:* eiusdem Timothei catholici corpus de terra levavit et foras proiecit, qui inter episcopos catholicos sepultus fuerat salafatiarii *UP(S)*, salafatiatii *P(E)* 12 ciuitatem] in c. *P(S)* 18 uc] unc *U* 19 illi] *U*, hilli *P* 20 theodorico] theodorito *P(E)*, t(h)eodorcto *UP(S)* 21 eccl. pr. *P* 24 theodorici] theodoreti *libri* 27 sinodi *U* renuntiant] *apogr. Scal.*, renuntient *UP* 30 a *om. P(S)* 33 alexandrine *U* antiochene *U* 34 rom. eccl. *P* italiae] *U*, in italia *P*

facta damnantur et ipsa damnatio Acacio Constantinopolim legatis missis per monachos monasteriorum Acoemetensium Basiani atque Dii ingeritur.

488 POST CONSVLATVM II LONGINI V. C. CONSVLIS.

1. Corpus S. Barnabae apostoli in Cypro et euangelium secundum Matthaeum eius manu scriptum ipso eodem revelante inventum est.

2. Leontius tyrannus et Illus patricius proditione castelli capti morte turpissima pereunt.

3. Petrus Antiochenus episcopus sub damnatione moritur et eius loco Stephanus ordinatur: quem Acacius Constantinopolitanus per suos satellites necat et in eius loco Calendionem ordinat. orientales autem episcopi tamquam nescientes Iohannem cognomento Campaneum eidem Antiochenae ecclesiae consecrant episcopum. cui Petrus succedit haereticus.

489 EVSEBIO V. C. CONS.

Acacius Constantinopolitanus episcopus sub damnatione moritur et pro eo Fravitas episcopus ordinatur, cui tertio promotionis suae mense mortuo Euphemius synodi Calchedonensis decretorum custos in episcopatum succedit.

490 POST CONSVLATVM LONGINI V. C.

1. Petrus Alexandrinae incubator ecclesiae sub damnatione moritur, cuius episcopatum simul et errorem suscepit Athanasius.

2. Calendio Antiochenus episcopus reliquias prodecessoris sui Eustachii episcopi et confessoris ex Philippopoli Macedoniae colligit et Antiochiam summo cum honore perducit.

3. Hoc tempore heremitae Annianus super Euphratem fluvium oratione podagros curat, Auxentius daemones fugat, Daniel et Anastasius, Vindimiolus, Manasse, Severus et ceteri alii per diversa heremi loca virtutibus variis atque praescientia claruerunt.

491 OLYBRIO V. C. CONS.

1. Zenon imperator Constantinopoli moritur anno vitae suae XLII Ariagne Augusta Zenonis relicta Anastasium silentiarium Illyricianum patre Dyrracheno matre Arriana,

---

488, 1 = *Isidorus chr. c.* 388.

1 damnatur *E* 2 aquimitensium *U*, achimitensium *P* basiani] $P^{I}(ES)$ $^{III}(S^{m})$, basiliani UP^{II} $(E^{m}S^{m})$: ἡ μονὴ τοῦ Βασιανοῦ *memoratur apud Theophanem ad a. 5957* atque dii] $UP^{III}(S^{m})$, atque (*sp. vac. trium litt.*) dii *P(ES)*: *cf. Theophanes ad a. 5980:* οἱ δὲ τῆς Δίου μοναχοὶ τῇ κυριακῇ εἰς τὸ ἱερατεῖον ἐπέδωκαν Ἀκακίῳ τὴν ἐπιστολήν; *Liberatus brev. c. 18:* datis Acacio huiusmodi litteris eas non suscepit patrocinio fultus imperatoris, ita ut cogerentur qui eas detulerunt per quendam monachum Acoemetensem ipsam chartam damnationis, dum ingrederetur ad celebranda sacra, suspendere in eius pallio et discedere; *Nicephorus Callistus hist. eccl. l. 16 c. 17* 6 et illius *U*, et hillus P^{II}, et (*om.* hillus) P^{I} 7 episcopus] *U*, *om. P* stephanus ordinatur . . . . et in eius loco (locum *S*) *UP(S)*, *om. P(E)* 10 campaneum] $UP^{II}(E^{m})$, campanum $P^{III}(S^{m})$, codonatum $P^{I}(ES)$ *docta interpolatione:* Ἰωάννης ὁ λεγόμενος Κωδώνατος *Theophanes ad a. 5973* = Iohannes qui dicebatur Codonatus *Anastasius* 13 flaiuitas *U*, flauitas $P^{II}(E^{m}S^{m})$, flauitus $P^{III}(S^{m})$, flauianus $P^{I}(ES)$ *ex interpolatione; praeterea quod adscribitur in E:* '*alias* prouitus', *item in S:* '*alias* phrouitus' (*ibi sic legitur in margine:* 'flauitius' *et alio loco:* '*alias* phrouitus, *alias* flauitus *in v. c., in Liberato, in Nicephoro,* Phrauitus *Euagrio*') *vix venit ex codicibus Victoris, sed ex scriptore diverso, Anastasio opinor Theophanis ad a. 5981 interprete:* cum Phravitas per tres menses episcopatum tenuisset 14 euphimius *U semper* 15 episcopatu *P(E)* 16 post consulatum longini u. c.] *requiritur* Longino v. c. cos. 18 athanasius] anastasius *libri*, 'Athanasius *dicitur infra bis et a Nicephoro*' *adnotat Perez* 19 prodecessoris *U*, praedecessoris *P* eustathii *P(S)* 20 philippopoli] $P^{III}(S^{m})$, philipopoli $P^{II}(E^{m})$, philippopullis *U*, philippispopulis $P^{I}(ES)$ antiochie *UP(E)* 21 perducit] *P(S) coniectura puto,* producit *UP(E)* 22 heremite *U*, heremita $P(E^{IIm}S^{m})$, *om.* $P^{I}(ES)$ annianus] ananianus $P^{III}(S^{m})$ euphratum *P(E)* 23 anastasius] athanasius $P^{III}(S^{m})$ 24 atque] ac *P(E)* pro scientia *P(S)* claruerunt] carruerunt *U* 26 ariagne] *U*, ariadne *P* 27 silentiarium] $P^{I}(ES)^{III}(S^{m})$, silitientianum *U*, silicentianum $P^{II}(E^{m}S^{m})$ dirraceno *U*, dyrrhaceno *P(S)*, dychaceno $P(E^{a})$, dyrchaceno $P(E^{b})$

imperatorem designat. Anastasii autem fide, immo perfidia procul iam patriae nota coactus est Euphemio Constantinopolitano episcopo insistente scripto promittere nihil sinistrum contra apostolicam fidem et synodum Calchedonensem agere. chirographum Euphemius episcopus suscipit et in archivo ecclesiae reponit.

2. Romanorum L ANASTASIVS regnavit annis XXVII. qui imperium sumens violenter chirographum suum ab Euphemio episcopo recolligit et adversus synodi Calchedonensis defensores episcopos atrociter saevit. inter quae mortuo Petro Antiocheno episcopo, qui Calendione synodi Calchedonensis defensore superstite fuerat ab haereticis Zenonis temporibus principis ordinatus, sententiam mutat in peius, ut Calendio quidem de malis ad peiora ducatur et pro eo Palladius ordinetur.

492 ANASTASIO ET RVFO CONSS.

1. Romanae ecclesiae Felici succedit Gelasius et Gelasio Anastasius. Alexandrinae vero Athanasius praeerat haereticus, Antiochenae etiam ecclesiae Palladius Calendione superstite factus et Hierosolymorum Sallustius.

2. Euphemius Constantinopoleos episcopus Anastasii imperatoris calliditate praevisa synodum congregat, Calchedonensis synodi decreta confirmat.

494 ASTERIO ET PRAESIDIO CONSS.

Iohannes episcopus Alexandrinus a Romana ecclesia veniens Anastasio imperatori supplicat, ut eum throno suo pro antiqua amicitia reddat. sed hoc pro defensione Calchedonensis synodi dum non impetrat, Romam furtim, unde venerat, remeavit.

495 VIATORE V. C. CONS.

1. Bellum Isauricum exardescit. Athenodorus et Longinus tyranni occiduntur.

2. Athanasio Alexandrino mortuo Iohannes cognomento Mula succedit: quo occumbente post paucos dies ei Iohannes alius cognomento Niceta succedit episcopus.

496 PAVLO V. C. CONS.

Anastasius imp. haereticorum synodum faciens henoticum Zenonis confirmat et Euphemium episcopum Constantinopolitanum Calchedonensis synodi defensorem deponit, quem Euchaida in exilium mittens pro eo Macedonium facit.

497 ANASTASIO AVG. II CONS.

1. Macedonius Constantinopolitanus episcopus synodo facta condemnat eos qui Calchedonensis decreta synodi suscipiunt et eos, qui Nestorii et Eutychis defendunt.

2. Anastasio Romano episcopo mortuo succedit Symmachus et ex alia parte Laurentius ordinatur, qui dum Nuceriae civitatis episcopus nollet esse contentus, synodo Romae facta a coetu est sacerdotali proiectus.

491, 2 = *Isidorus chr.* 389[a].

1 patrie UP^{III} (*S^m et in textu* patriae *S*), patre P^{I}(*E*) uota *U* 5 an. reg. *U*, regnat an. *P* 7 quae] quos *P* 8 defensores *U* 9 principis ordinatus] *scr.* ordinatus princeps 12 alexandrie *U* 13 athanasius] anastasius *U* 16 syn. chalc. *P* 18 a roma romane ecclesie *U* 20 rome *U* 21 uiatore] uictore *libri* 23 mula UP^{II}(*$E^m S^m$*)^{III}(*S^m*), hemula P^{I} *ex coniectura: cf. Theophanes ad a. 5989: Ἰωάννης ὁ Μονάζων . . . ὁ ἐπικλὴν Ἡμοῦλα = Anastasius:* Iohannes monachus . . . cognomento Hemula 23/24 occubente *U* 28 euchaida] UP^{I}, euchadia P^{II} (*S^m*, eucadia *E^m*) P^{III} in *om. U* 29 ii] *U*, *om. P* 30 macedonis *P(E)* 31 et] *U*, ut *P* nestori *P(E)* euticis *U* 33 noceriae] *P*, nocerie *U* ciuitati *libri* contemptus UP^{III}(*S^m*)

3. Palladius Antiochenus moritur et pro eo Flavianus ordinatur episcopus. Alexandrinae ecclesiae Iohannes cognomento Niceta adhuc praesidebat. Hierosolymae vero post Sallustium Helias suscepit praesulatum.

4. Gunthamundo Wandalorum rege Carthagine mortuo Trasamundus regnat annis XXVII mens. IV et hic Arriana insania plenus catholicos insectatur, catholicorum ecclesias claudit et Sardiniam exilio omni Africana ecclesia CXX episcopos mittit.

5. Eo tempore Fulgentius Ruspensis civitatis episcopus in nostro dogmate claruit.

498 IOHANNE SCYTHA ET PAVLO CONSS.

Olympius quidam Arrianus in balneis quae Heleniana vocantur apud Regiam urbem sanctam et consubstantialem trinitatem blasphemans tribus igneis iaculis angelo ministrante invisibiliter in piscina frigidae aquae percussus vitam impie simulque prodigiose finivit.

499 GIBBO V. C. CONS.

Anastasius imp. Flaviano Antiocheno et Filoxeno Hieropolitano praesulibus Constantinopolim synodum congregat et contra Diodorum Tarsensem, Theodorum Mopsuestenum cum scriptis, Theodoretum Cyri, Ibam Edessenum, Andream, Eucherium, Cyrum et Iohannem episcopos ceterosque alios, qui in Christo duas praedicabant naturas duasque formas et qui non confiterentur unum de trinitate crucifixum, una cum Leone Romano episcopo et eius tomo atque Calchedonensi synodo inferre anathema persuasit.

500 PATRICIO ET HYPATIO CONSS.

Barbas quidam Arriani erroris episcopus, dum praesumit contra regulam supra baptizandum dicere: 'baptizat te Barbas in nomine patris per filium in spiritu sancto', protinus aqua, ex qua futurus erat baptizare hominem, nusquam comparuit: vas vero ipsum, in quo aqua erat, confractum est. quod considerans qui baptizandus erat, protinus ad catholicam currit et baptismum regulariter suscipit.

501 AVIENO ET POMPEIO CONSS.

Anastasius imperator Macedonium Constantinopolitanum episcopum cum quibusdam clericis nolentem synodi Calchedonensis decreta damnare ab ecclesia rapit et in exilium mittit atque pro eo Timotheum presbyterum episcopum facit, qui continuo damnatores synodi Calchedonensis in communionem suscepit.

502 AVIENO IVNIORE CONS.

Ingens terrae motus cum coruscationibus et tonitruis magnis atque grandine et totius caeli ac terrae commotione factus est.

497, 4 = *Isidorus chr. c.* 390, *hist.* 81. 497, 5 = *Isidorus chr.* 391. 498 = *Isidorus chr.* 392. *a.* 500 = *Isidorus chr.* 393.

2 nictea *U* 4 guni (*vel* t) tamundo *U* itrasamundus *U* 6 sardiniam] in s. *P* omni] omnia *U*, ex omni *P* 8 paulo] *immo* Paulino 9 heleniana] *P*, eleniane *U*, heliana *edd.* uocantur *post* urbem *U* 10 igneis] UP^{II} $(E^m S^m)$, ignis P^I iaculis] *Isidorus*, siclis UP^I, spiculis P^{II} $(E^m S^m)$ *coniectura* 11 percussus] P^{II} $(E^m S^m)$ *coniectura puto*, perfusus UP^I 12 finibit *P(E)* 14 imperator] nuper *U* filoxino *U* 15 contra *om.* *U* 15/16 mansuetenum *U* 16 cyri ibam] *P*, cipribam *U* edessenum] *P (E et ex em. S)*, edesenum *U*, etessenum *(E^m et ante em. S)* eutherium *U* 17 cyrum] quirum *libri* ceterosque] ceteros *U* 18 confitentur *U* 19 ep. rom. *P* anathemam *U* 21 ipacio *U* 22 quidem *U* 23 baptizate te *U* 26 catholicam] UP^{III} (S^m), catholicum *P(ES)* suscipit] sumit *P(E)* 27 abiennio *U*, abieno *P(E)*, abienno *P(S)* 29 nolentem] UP^I $(ES)^{III}$ (S^m), uolentem P^{II} *(E^m solus)* 32 abieno *P*, abienno *U*

504 CETHEGO V. C. CONS.

Flavianus Antiochenus episcopus sera paenitentia Anastasium imperatorem deserit et in possessionem Platani vocabulo relicto throno suo recedit. huic Anastasius imp. Severum Calchedonensis synodi inimicum subrogat. ecclesiae Orientis scandala magna ministrat.

505 THEODORO V. C. CONS.

Eugenius Carthaginensis episcopus confessor moritur. Iulianus Bostrenus et Iohannes Paltensis episcopi ab ecclesiis propriis ultro recedunt et alii eis subrogantur.

506 MESSALA V. C. CONS.

Constantinopoli iubente Anastasio imperatore sancta euangelia tamquam ab idiotis euangelistis composita reprehenduntur atque emendantur.

507 VENANTIO ET CELERE CONSS.

Populos Alexandrinos et totius Aegypti omnes simul pusillos et magnos, liberos ac servos, clericos atque monachos praeter peregrinos inmundi spiritus occupant et humana locutione privati latrare cunctis diebus ac noctibus ut canes coeperunt, ita ut vinculis ferreis vincti ad ecclesias postea, ut sanitatem perciperent, traherentur. comedebant enim suas manus simulque et brachia pariter omnes. his evenientibus angelus in viri specie quibusdam ex populo apparuit dicens hoc eis pro eo, quod anathema synodo Calchedonensi dederint, evenisse, comminatus deinceps nihil eos tale aliquid praesumere.

508 VENANTIO IVNIORE V. C. CONS.

Cavvades rex Persarum Zundaber castellum plurimis thesauris ab initio suae conditionis plenum et daemonum legionibus mancipatum custodiaque munitum, ubi nullus umquam ingredi potuit, Christianorum sacerdotum orationibus capit et ingressus universos ex eo thesauros tulit.

509 INPORTVNO IVNIORE V. C. CONS.

Helias episcopus Hierosolymitanus synodi Calchedonensis defensor, nolens Severum Antiochenum apostolicae fidei inimicum in communionem praecipiente Anastasio imperatore suscipere, exilio Paraxenensi castello truditur, et pro eo Iohannes crucis custos episcopus ordinatur, qui confestim et Severum Antiochenum in communionem suscepit et synodum Calchedonensem damnavit.

510 BOETHIO V. C. CONS.

Vitalianus comes Patricioli filius fidei catholicae subversionem et synodi Calchedonensis damnationem remotionesque orthodoxorum episcoporum atque successiones

---

a. 506 = *Isidorus chr.* 389[b]. *a.* 507 = *Isidorus chr. c.* 384.

3 possessione *libri.* platani] *U*P^{I} *(E et ante em. S)*, palatini P^{II} *(*$E^{m}S^{m}$ *et ex em. S) ex interpolatione: cf. Theophanes ad a. 6004:* τούτου δὲ εἰς Πλατάνους ἐξελθόντος 8 propriis *om. edd.* 10 constantinopolim *U* 11 atque] *U*, et *P* 12 *Celer non hoc anno consul fuit, sed sequentis anni Orientalis* 22 cauuades] P^{I} *(sic S,* eauuades *E) fortasse coniectura,* caudes *U*P^{II}*(*$E^{m}S^{m}$*)*^{III}*(*S^{m}*)* zundaber] *UP(S)*, zumdaber *P(EF)* 23 legionibus] *P(S) fortasse ex Soriensi*, leonibus P^{I}*(E)*, leonis *U*P^{II} *(*E^{m} *solus)* 24 sacerdotum *om. P(E) edd.* 28 communione *U* 29 paraxenensi] P^{I} *(ES)*, parasenensi P^{II}*(*E^{m}*)*, parasonensi P^{III}*(*S^{m}*)*, paraseuensi *U* crucis] *U*P^{I}, carceris P^{II}*(*$E^{m}S^{m}$*) interpolatione: cf. Theophanes ad a. 6004:* Ἰωάννης ἀπὸ σταυροφυλάκων 33 uitalianus *U* subsionem *U*

haereticorum cognoscens virorum fortium validam manum congregat et Anastasii imperio rebellat.

511 FELICE V. C. CONS.

Vitalianus comes Hypatium nepotem Anastasii principis magistrum Romanae militiae congressione facta sexaginta et quinque milibus viris ex militia Romana peremptis vivum capit et vinculis aereis vinctum in custodiam caveae ferreae trudit et postea distrahit.

512 PAVLO ET MVSCIANO CONSS.

Alamundarus Sarracenorum rex a defensoribus synodi Calchedonensis baptizatus Theopaschitas episcopos a Severo Antiocheno episcopo ad se cum litteris missos barbara mirabiliter propositione concludens atque superans deum immortalem ostendit.

513 PROBO V. C. CONS.

Anastasii imperatoris praecepto Plato civitatis praefectus et Marinus pulpitum ecclesiae sancti Theodori ascendentes et hymno, quem Graeci Trisagion dicunt, *ὁ σταυρωθεὶς δι᾽ ἡμᾶς* noviter apponentes, dum per forum Constantini id psallentes ad maiorem ecclesiam pergunt, nubes ex inproviso cinerem super eos pro pluvia emiserunt totamque civitatem atque provinciam contexerunt. pro qua novitate Constantinopolitanae multa mala obvenerunt civitati multique male sunt interempti. prasinorum siquidem simulque et venetorum turbae adversum Anastasium imp. unitae inter mille iniurias atque mala incendium in urbem miserunt. combustaque est civitas *ἀπὸ τῆς Χαλκῆς* quod vocant usque ad Constantini forum supra longitudinem plateae columnarum XCIV.

514 SENATORE V. C. CONS.

Vitalianus comes cum manu valida barbarorum Constantinopolim veniens in Sosthene sedit: qui non aliter postulatus pacem Anastasio imperatori promittit, nisi prius defensores synodi Calchedonensis relegatos exilio sedibus propriis reddat et Romanae ecclesiae cunctas Orientis ecclesias uniat.

515 FLORENTIO V. C. CONS.

1. Ugni per Armeniam, Cappadociam et Galatiam Pontumque atrociter vexavere.
2. Eo tempore Euphemius Constantinopolitanus episcopus apud Ancyram Galatiae et Ariagne Augusta in regia urbe de hac vita transiere.

516 PETRO V. C. CONS.

Universi archimandritae et monachi heremi trans Palaestinam et Iordanem fluvium Anastasio imperatori scribunt pro statu Calchedonensis synodi et adversum impietates Severi Antiocheni episcopi.

---

1 ualidum *U* anastasio imperii *U* 4 hypatium] *P (ex em. S)*, hipaticum P^{II} *(E^m solus)*, ipatium *U*, in patritium P^{I} *(E et ante em. S)* 5 sexaginta et quinque milibus uiris (uiris *fortasse delendum*) *U*, lxum *P(S)*, lxuii *P(E)*: *cf. Theophanes ad a. 6005: φασὶ δὲ ὅτι ἐν μιᾷ συμβολῇ ξέ χιλιάδας στρατοῦ βασιλικοῦ ἐχρήμισε σὺν Ὑπατίῳ στρατηγοῦντι αὐτῶν* 6 custodia *U* caueae] *P(S)*, caure *U*, caucae *P(E)* 8 musciano] UP^{III}*(S^m)*, muschiano *P(ES)* 9 alamundarus] *P*, alamandarus *U*, alamandrus P^{III}*(S^m)* 10 theopascitas *U* 10/11 barbara m. propositione] *P(S) coniectura*, barbaram m. propositionem *UP(E)* 11 deum] dēm *U* 13 marinus] UP^{III}*(S^m)*, maximus *P(ES)* 14 quem] quo *U* 14/15 ostauratis diemas *U*, *ὁ σαυροθεις (sic) δι᾽ ἡμας P(E^a)*, *ὁ σταυρωθεὶς δι᾽ ἡμας P(S)*, *ὁ σταυροθεντι ἥμας P(E^b et sic apographa Scaligeri et Marianae)* 17 contexuerunt *P(E)* 19 uentorum *U* aduersii *U* 20/21 apo tis calcis *U*, *ἀπὸ τῆς κιλκης (κιλνης E)* P^{I}*(ES)*, *απο της καλκης* P^{II}*($E^m S^m$)*: *cf. Procop. de aedif. 1, 10: τὸ προτεμένισμα ὃ καλοῦσι Χαλκῆν* 22 xciu] lxiu P^{II}*($E^m S^m$)* 24 manum *U* 25 sostene *U* imperii *U* 27 uniat] imiat *U* 29 hunni P^{II}*($E^m S^m$)* per *om. edd.* 30 anchiram *U* 31 arriagne *U*, ariadne *P* 34 anastasii U^a imperarii *U* impietatis *U*

517 AGAPITO V. C. CONS.

1. Iohannes Alexandrinus episcopus moritur et pro eo Dioscorus ordinatur.

2. Timotheus Constantinopolitanus episcopus obtrectator synodi Calchedonensis V die Aprilis mensis occubuit et Iohanni Cappadoci syncello proprio atque presbytero episcopatum tradidit. hunc Anastasius ante ordinationem suam ut synodum Calchedonensem praedamnaret, coegit.

518 AGAPITO II ET MAGNO CONSS.

1. Anastasius imperator intra palatium suum tonitruorum terrore fugatus et coruscationis iaculo percussus in cubiculo, quo absconsus fuerat, moritur et cum ignominia absque consuetis exequiis ad tumulum ducitur anno vitae suae LXXXVIII.

2. Romanorum LI IVSTINVS regnavit an. VIII mens. VIIII, Illyricianus, catholicus, synodi Calchedonensis amator simulque defensor: cuius coniux Lupicina nomine dicebatur, quam Constantinopolitani Euphemiam postea vocaverunt: cui nepos Iustinianus vocabulo fuit candidati militia functus.

519

IVSTINO AVG. ET HERACLIO CONSS.

Amantius praepositus seditiones in populo suscitans imperator alius postulatur, qui Iustini praecepto principis una cum Andrea cubiculario occiditur et in Rheuma iactatur.

520 RVSTICIONE V. C. CONS.

1. Iohannes, qui ante Iustinum ad imperium erat electus, Heraclia Thraciae episcopus ordinatur.

2. Et Iustinianus nepos Iustini Aug. ex candidato magister militum ordinarius constituitur.

521 VALERIO ET IVSTINIANO CONSS.

1. Alexandrinae ecclesiae Dioscoro episcopo mortuo Timotheus succedit. Antiochenae vero ecclesiae Severus princeps haeresis fuit et Hierosolymitanae ecclesiae Iohannes.

2. Iustinus imperator Orientales propter pravos pontifices, Acacium quondam Constantinopolitanum, Petrum Alexandrinum et Petrum Antiochenum episcopos pristino errore implicitos Occidentalibus antistitibus sub digna satisfactione coniungit redivivaque facit synodi Calchedonensis decreta Zenonis et Anastasii principum temporibus abdicata.

522 SYMMACHO ET BOETHIO CONSS.

Vitalianus sacramento suscepto Constantinopolim redit, quem Iustinus Aug. grate suscipiens magistrum militum facit et consulatum dare permittit.

523 MAXIMO V. C. CONS.

1. Trasamundus Wandalorum rex Carthagine moritur. cuius uxor Amalafrida fugiens

---

518, 2 = *Isidorus chr.* 394[a]. 521, 2 = *Isidorus chr.* 394[a]. 523, 1 = *Isidorus hist.* 81.

4 m. apr. *P* iohanni] *Perez coniectura* ('*forte* (corr. in *immo*) Ioanni Syncello *ex Euagrio et Anastasio*'), iohs *U*, ioannis P^{I} *(ES)*, ioannes P^{II} *(E^{m} solus)* 7 *debuit esse* p. c. Agapiti sive Magno consule 10 ann. *post* lxxxuiii *repetit U* 11 iustinianus P^{III} *(S^{m})* reg^s *U* 13 euphimiam *U* uocaberunt *P(E)* 14 candidati *U*P^{III}*(S^{m})*, candidata $P^{I,II}$ *(E^{m} solus)* 15 eraclio *U*: *requiritur* Entharico 17 reuma *U*: *cf. Tzetzes ad Lycophronem 1285: ὁ Λυκόφρων φαίνεται μεταξὺ τὰς Συμπληγάδας εἶναι λέγων Χαλκηδόνος καὶ Βυζαντίου, ὡς εἶναι τὸ λεγόμενον παρὰ τοῖς ἰδιώταις βαρβάροις Ῥεῦμα* 19 nc. c.] unc *U* 20 era'clia *U*, heracliae *P* 22 iustini] P^{II}*($E^{m}S^{m}$) coniectura puto*, iustiniani *U*P^{I}*(ES)* 26 haeresis] heres *libri: cf. p. 199, 15* 27 propter prauos] *scripsi*, praeter paruos *UP(E)*, praeter paucos *P(S) coniectura* 28 petr. ant. et petr. alex. *P* 29 coniugit *U* 33 dare] *U*P^{II}*($E^{m}S^{m}$)*, dari P^{I}*(ES)*

ad barbaros congressione facta Capsae iuxta heremum capitur et custodia privata moritur.

2. Hilderix, qui ex Valentiniani imperatoris filia a Giserico captivata et Ugnerico iuncta natus est, regnavit annis VII mens. III. hic ergo sacramento a decessore suo Trasamundo obstrictus, ne catholicis in regno suo aut ecclesias aperiret aut privilegia restitueret, priusquam regnaret, ne sacramenti terminos praeteriret, praecepit et sacerdotes catholicos ab exilio redire et ecclesias aperire, et Bonifatium in dogmatibus divinis satis strenuum ad postulationem totius urbis Carthaginensis ecclesiae episcopum consecravit.

3. Vitalianus Constantinopoli intra palatium loco, quod *δέλφακα* Graeco vocabulo dicunt, Iustiniani patricii factione dicitur interfectus fuisse.

524 IVSTINO AVG. II et APIONE CONSS.

Romanae ecclesiae in episcopatu mortuo Symmacho succedit Hormisda. Alexandrinae ecclesiae adhuc Timotheus superfuit. Antiochenae ecclesiae Severus Calchedonensis synodi obtrectator, cum a Iustino imperatore quaereretur ad poenas, fugit, et in eius loco substituitur Paulus. Hierosolymitanae ecclesiae Iohannes praefuit. Constantinopolitanae vero ecclesiae Iohanni Epiphanius succedit episcopus.

525 POST CONSVLATVM II IVSTINI ET APIONIS.

Iustinus Augustus Iustinianum nepotem suum ad senatorum supplicationem invitus Caesarem facit.

525 PHILOXENO ET PROBO CONSS.

527 MAVORTIO CONS.

Iustinus imp. moritur.

Romanorum LII IVSTINIANVS regnavit annis XXXVIIII mens. VII. huic erat uxor vocabulo Theodora.

528 IVSTINIANO AVG. CONS.

Orientales ecclesiae eiusdem principis iussione sanctas quattuor synodos Nicaenam, Constantinopolitanam, Ephesenam primam et Calchedonensem atque sanctorum CL patrum fidem praesentibus sacrificiis publica voce suscipiunt recitari.

529 DECIO V. C. CONS.

Theodorae Augustae factio unum de trinitate passum non asserens secundum quid, sed absolute suscipiendum cunctis generali lege imponit et a clericis atque monachis subscriptiones violenter exegit. qua de causa plurimi se ab ecclesia subtraxerunt et monachi a propriis monasteriis recesserunt, asserentes sufficere sibi fidem eorum, qui in praefatas sanctas quattuor synodos convenerunt.

523, 2 = *Isidorus chr. c.* 395. 396, *hist.* 82.

2 custodia] *U*, in cust. *P* 3 hilderic *edd.* 5 transamundo *U* 6 praecipit *P(E)* 7 et *om. edd.* in] cum *Scal.* 10 constantinopolim *U* quod delfacam *U*, quem delphicum $P^{I}(ES)$, *δελφακαν* $P^{II}(E^{m}S^{m})^{III}$ 12 ii *om. P* apione] *immo* Opilione 13 episcopato *U* ormisda *UP(S)* 15 fugiit *U* 18 apionis] *immo* Opilionis 21. 22 philoxene (-no *P*) et probo et marbotio conss. *libri: deficit a. 526* Olybrio cos. *et bis positus est a.* 525 24 regn (a *superscr.*) *U* 25 theodera *U* 27 sanctas *P(E)*, sancta *U*, sanctos *P(S)* nicaenam (uicenam *U*) *om. Scal.* 28 cl] lc U^{a} 30 u. c.] unc *U* 31 factio] *P(E)*, factione *UP(S)* passum] possum *U* 32 quid] quidem *U* 34 sibi suff. *Scal.* 35 predictas *P(E)* sanctas *om. P(S)* conuenerant *P(S)*

530 LAMPADIO ET ORESTE CONSS.

Hypatius Anastasii principis nepos, tyrannidem Constantinopoli assumens, multis hominum millibus in circensi spectaculo militari gladio caesis capitur et nocte cum Pompeio occiditur atque in Rheuma iactatur.

531 POST CONSVLATVM II LAMPADI ET ORESTIS.

Geilimer apud Africam regnum cum tyrannide sumit et Carthaginem ingressus Hildericum regno privat et cum filiis custodiae mancipat atque Oamer Asdingum multosque nobilium perimit.

532 POST CONSVLATVM LAMPADI ET ORESTIS ANNO TERTIO.

Belesarius magister Romanae militiae duobus superatis proeliis tertium mirabiliter Persicum proelium superavit.

533 IVSTINIANO AVG. III CONS.

Geilimer tyrannus multos nobilium Africae provinciae crudeliter extinguit multorumque substantias per Bonifatium tollit.

534 IVSTINIANO AVGVSTO IIII CONS.

1. Iustinianus imperator visitatione Laeti episcopi ab Hugnerico Wandalorum rege martyre facto exercitum in Africam Belesario magistro militum duce contra Wandalos mittit. quos idem Belesarius proelio superans Gunthimer et Gebamundum Asdingos regis fratres perimit ipsoque Geilimer rege in fugam converso Africam capit nonagesimo et septimo Wandalorum ingressionis anno. in ipso etiam Belesarii ingressu, priusquam congressio fieret, Geilimer tyrannus Hildericum regem cum quibusdam generis eius affinibus occidit.

2. Belesarius magister militum ac patricius Geilimer tyrannum capit et eum cum divitiis ex rapinis Africae conquisitis Constantinopolim Iustiniano imperatori adducit.

535 BELESARIO V. C. CONS.

Reparatus Carthaginensis ecclesiae episcopatum post Bonifatium suscipit. Hierosolymitanae vero ecclesiae praesulatu Petrus Iohanni mortuo succedit.

536 POST CONSVLATVM BELESARII ANNO SECVNDO.

Iustinianus imperator libros de incarnatione dominica edidit et Illyricianos episcopos ad subscribendum coegit.

---

531 = *Isidorus hist.* 82. 83. 533 = *Isidorus hist.* 83. 534 = *Isidorus hist.* 84. *a.* 536 *compilavit Isidorus de vir. ill. c.* 41.

2 epatius *libri* 3 militibus *P* 4 reuma *U* 5 ii *om. P(E)* 7 oameras dignum *P* 9 lapidi *U* 10 belesarius] *U (semper)*, belisarius *P (S semper)*, belisatius *P(E)* duobus] a duobus *U* superatis] *Scal.*, superatus *libri* tertium] *UP(S)*, tracium *P(E)* 12 iustinianus *U* 16 hugnerico] hunerico *U*, hunerico *P* 17 '*immo* martyris facti' *Perez* 18 gunthimer $P^{1}(ES)^{III}$ *cum Isidoro*, gehlimer *U*, gehilimer $P^{II}(E^{m}S^{m})$ asdingos] *UP(E)*, ardingos *P(S)*, gardingos *Scal. edd.* 19 legis *U* geilimer] $P^{1}(S)$, gelimer $P^{1}(E)$, gehlimer *U*, gehilimer P^{II} (S^{m} *solus*: 'gehilimer') regem *U* 20 et *om. P* 21 gellimer *U* 22 affines *U* 23 gellimer *U* 24 imperii *U* 25 n̄. c̄.] nice *U* 27 presulatum *P(E)* 29 hillirícianos *U* 30 subscribendum] scribendum *U*

537 POST CONSVLATVM BELESARII V. C. ANNO III.

Epiphanio episcopo Constantinopolitanae ecclesiae mortuo, qui Iohanni successerat, Anthimus episcopus Eutychianista Trapezontensis factione Theodorae Augustae Constantinopolitanam pervadit Ecclesiam.

538

IOHANNE V. C. CONS.

1. Romanae ecclesiae post Hormisdam Iohannes, post Iohannem Felix, post Felicem Bonifatius, post Bonifatium alius Iohannes et post Iohannem Agapitus episcopus ordinatur.

2. Alexandrinae ecclesiae Timotheo mortuo, qui Dioscoro minori successerat, duo populi electione perversi ordinantur uno die episcopi, Theodosius scilicet et Gaianus. quibus ordinatis Alexandria in utrisque est Christi inimicis divisa. a Theodosio etenim Theodosiani et a Gaiano Gaianitae voluerunt appellari, quamvis aequaliter synodum Calchedonensem non suscipiant et errores Eutychetis ac Dioscori proprios faciant.

539 APIONE V. C. CONS.

Severus Antiochenus haeresis princeps, a quo Severiani vocantur, et Iulianus Halicarnassensis episcopi, apostolicae fidei et Calchedonensis synodi impugnatores exilio Alexandriam Iustiniani principis iussione mittuntur, ubi adversus sequaces Calchedonensis synodi scribentes ex duabus unam in Christo naturam esse dixerunt, quam dudum Severus corruptam et Iulianus adstruit incorruptam. Alexandria, Aegyptus et Libya in utrisque est Christi inimicis divisa. Theodosiani enim Severum et Gaianitae Iulianum secuti sunt. sed a Theodosianis aliae duae haereses exierunt, una Agnoitarum et altera Tritheitarum: Agnoitae siquidem perversitati, a qua exierunt, id adiciunt, quod Christi divinitas ignoret futura, quae sunt scripta de die et hora novissima. Tritheitae vero sicut tres partes in trinitate, ita quoque tres adstruunt deos esse, contra illud, quod scriptum est: 'Audi Israel: dominus deus tuus deus unus est' et *Deut. 6, 4.*
rursum: 'Nullus Deus nisi unus': et: 'Ego sum Deus et non est alius praeter me'. *I. Cor. 8, 4. Deut. 4, 35.*

540 IVSTINO V. C. CONS.

1. Agapitus archiepiscopus Romanus Constantinopolim venit et Anthimum episcopum Constantinopolitanae ecclesiae perversorem Calchedonensis synodi inimicum deponit, Theodoram Augustam eius patronam communione privat et Menam protinus Constantinopolitanae ecclesiae episcopum facit.

2. Theodosius et Gaianus Alexandrini episcopi cum suo errore damnati exilio transportantur. sed Theodosius Constantinopolim Sycas relegatus totum paene palatium et maximam regiae urbis partem sua perfidia maculavit. quae occasio cunctis paene haeresibus licentiam tribuit, ita ut non solum Theodosianitae, sed et Gaianitae monasteria atque oratoria apud urbem regiam construxissent. vixit enim Theodosius praefatus

---

538, 2 = *Isidorus chr.* 397 b.

1 anno *om. U* 3 anthemus *U*, anthemius *P* eutychianista trapezontensis *P(S)*, euticianista trapezotensis *U*, eutychia iusta trabezontensis *P(E)* 6 ormisdam *U* 10 ordinatur *U* 11 a *ante* th. *om. P(E)* 14 apione] $P^{III}(S^m)$, apoyne *UP(ES)* 16 alacarnasiensis *UP(EF)*, halicarnascnsis *P(S)* 17 alexandria *U* 20 enim] nam *P(S)* scnerum] seuerunt *U* 21 extiterunt *P(E)* 22 tritheytarum *U* agnoyte *U* 24 triteytc *U* partes] *U*, personas *P* 25 deus unus] *U*, unus *P* 28 anthimum] antemum *U*, anthimo $P^{III}(S^m)$, antemium *P(E)*, anthenium *P(S)* 29 constantinopolitanae] *UP(S)*, constantinopolitanum *P(E)* 30 communionem *U* menam] $P^{I}(S)$, moenam $P^{III}(S^m)$, mennam $P^{I}(E)$, nicenam UP^{II} (*E^m solus*) 33 constantinopoli *P* sycas] sucas $P^{III}(S^m)$, sugas $P^{I}(ES)$, fugas $UP^{II}(E^m S^m)$ 34 maximum *U* 35 theodocianite *U* 36 praedictus *Scal.*

haereticus usque ad primum Iustini iunioris Augusti consulatum. eo anno Paulo Antiocheno episcopo superstite subrogatur Eufrasius.

541 BASILIO V. C. CONS.

1. Agapito archiepiscopo Romano Constantinopoli mortuo Silverius pro eo episcopus ordinatur. Alexandrinae vero ecclesiae Theodosio atque Gaiano exulatis Paulus Prestor pro eis Tabennesiotarum monachorum a defensoribus synodi Calchedonensis ordinatur episcopus: qui Dioscori haeretici prodecessoris sui depositionem celebrans Palaestino concilio deponitur et pro eo Zoilus ordinatur episcopus.

2. Consulatu praefato Stuzas apud Africam regnum in heremi partibus cum tyrannide assumit.

542 POST CONSVLATVM BASILII V. C. ANNO SECVNDO.

1. Theodorae factione Augustae, quae occulta esse synodi Calchedonensis numquam destitit inimica, ex quo regnare coepit, proscriptionum insidiae preparantur, Silverius Romanus episcopus exilio mittitur et pro eo Vigilius ordinatur, a quo Theodora memorata Augusta, priusquam ordinaretur, occulto chirographo elicuit, ut papa effectus in proscriptione synodi Calchedonensis tria capitula condemnaret, id est epistolam Ibae Edesseni episcopi ad Marim Persam, quae iudicio synodi Calchedonensis approbata et orthodoxa indicata est et gestis synodalibus sociata: Theodorum dein Mopsuestenum episcopum synodaliter similiter gestis apud Antiochiam sub Iohanne episcopo eiusdem ecclesiae et Calchedonae laudatum, et Theodoreti Cyri episcopi dicta in eodem Theodoreto synodi Calchedonensis vocibus collaudata. hic itaque Vigilius papa effectus ab Antonina patricia Belesarii patricii uxore compellitur, ut Theodosio Alexandrino, Anthimo Constantinopolitano et Severo Antiocheno iam pridem ab apostolica Sede damnatis tanquam catholicis scriberet et ita de fide quemadmodum et illi sentiret. cuius epistulae illius tenor ita se habere probatur: 'Dominis et in Christi dei salvatoris nostri 'karitate coniunctis fratribus Theodosio, Anthimo et Severo episcopis Vigilius episcopus. 'Scio quidem, quia ad sanctitatem vestram ante fidei meae credulitas deo invante per'venit: sed quia modo gloriosa domina et filia mea patricia Antonina Christianissima 'desideria mea fecit impleri, ut fraternitati vestrae praesentia scripta transmitterem. 'salutans ergo gratia, qua nos in deo nostro Christo domino salvatore coniungimur, eam 'fidem, quam tenetis, deo invante et tenuisse me et tenere significo, sciens quia illud

a. 542 *adhibuit Isidorus de viris ill. c.* 42.

1 primum] ptimum F^{a}, septimum F^{b} 2 episcopus] tpc (*pro* epc) *U* 5 prestor] *U*P^{II}*(*E^{m}*)*, pretor P^{II}*(*S^{m}*)*, prior P^{I}*(ES)* 6 tabennesiotarum] tabennensiotarum *U*, tabernensiotarum P^{II}*(*$E^{m}S^{m}$*)*, zabinensiotarum P^{I}*(E)*, zabennensiotarum P^{I}*(S)* monachorum . . . episcopus qui *om. P(ES)* 7 prodecessoris] *U*, praedecessoris *P* 8 zoilus] *U*P^{III}*(*S^{m}*)*, zoilius *P(ES)* 12 occulta esse synodi chalcedonensis n. d. i. e q. r. c. pr. insidiae (-dias *U*) praeparantur] *UP(E)*, occultas synodo chalcedonensi n. d. i. e. q. r. c. pr. insidias praeparare *P(S)* 13 siluenus *U* 14 a quo . . . 201, 9 *oblitterata sunt in P(S) propter vituperia pontificis nec dignoscuntur, unde in eorum locum adhibuimus librum F* 16/17 ibee edeseni *U* 19 *malim* synodalibus 20 calcidona *U* ciri *U* in] *UP(F)*, cum *P(E)* 21 uigilius] *U*, *om. P* 22 antonina] *UP(F)*, antoniana P^{II}*(*E^{m}*)*, antonia P^{I}*(E)* 22/23 anthimo] *U*, anthemio *P* 25 illius *delendum* dominis et . . . . . episcopis] dominis et *χοις Lib. (cod. Par. 12028)*, dominis et episcopis *Lib. (cod. Paris. 2244)* 26 theodolio *U* antimo *U*, anthemio *P* episcopus *om. Lib.* 27 quia] *U*, quae *P* ante] antea *Lib. 2244* inuante] adiuuante *Lib.* 28 domina et *om. Lib.* mea] nostra *(si huc pertinet)* P^{II}*(*E^{m}*)* patricia] p. et *P(E)* antonina] *Lib.*, *om. UP* 29 fecit] *U Lib.*, facit *P* impleri] *U*P^{I}*(EF) Lib.*, implorauit P^{II}*(*E^{m}*)* ut] quod *Lib.* 30 ergo] *libri et Vict. et Lib.*, ergo nos *Lib. edd.* in deo nostro christo domino saluatore] *U*, in christo domino nostro saluatore *P(EF)*, deo nostro christo saluatore (saluatori *edd.*) *Lib.* coniungimur *U* eam] et eam *Lib. (libri*, me eam *edd.)* 31 iuuante] *UP(F)*, iubante *P(E)*, adiuuante *Lib.* me *om. Lib.* scientes illud inter nos quod praedicamus (predicamur *U*) et legimus quia anima *UP*, sciens quia illud inter nos *(sic libri*, nos *edd.)* pr. et l. ut et anima *Lib.*

'inter nos praedicamus et legimus, ut et anima una et cor nobis sit unum in deo. 'provectus mei, qui est vester, deo iuvante nuntiare vobis gaudia maturavi ex meo 'animo sciens fraternitatem vestram, quae optat, et libenter amplecti. oportet ergo, ut 'haec quae vobis scribo nullus agnoscat, sed magis tamquam suspectum hic me sapientia 'vestra ante alios aestimet se habere, ut facilius possit deus quae coepit operari, per-'ficere'. et subscriptio: 'Orate pro me, domini mei fratres in Christi dei nostri salva-'toris karitate conexi'.

2. Horum exordia malorum generalis orbis terrarum mortalitas sequitur et inguinum percussione melior pars populorum voratur.

543

POST CONSVLATVM BASILI V. C. ANNO III.

Stuzas tyrannus gentium multitudine adunata Solomoni magistro militiae ac patricio Africae ceterisque Romanae militiae ducibus Cillio occurrit. ubi congressione facta peccatis Africae Romanae rei publicae militia superatur, Solomon utriusque potestatis vir strenuus proelio moritur.

544

POST CONSVLATVM BASILI V. C. ANNO IIII.

1. Iustinianus imperator acephalorum subreptionibus instigatus Vigilium Romanorum episcopum subtiliter compellit, ut ad urbem regiam properaret et sub specie congregationis eorum, qui ab ecclesiae sunt societate divisi, tria capitula condemnaret.

2. Hierosolymitanae ecclesiae praesulatum post Petrum Macarius suscipit.

545

POST CONSVLATVM BASILI V. C. ANNO V.

Stuza tyrannus apud Africam portu Thaciae congressione facta Iohannis Romanae militiae ducis iaculo percussus est parique vice et Iohannes Stuzae, qui confestim alterutro utrique gladio ceciderunt et dominico die, quo pugna facta est, moriuntur.

546 POST CONSVLATVM BASILI V. C. ANNO VI.

1. Ferrandus Carthaginis ecclesiae diaconus clarus habetur.

2. Guntharith magister militum Ariobindam patricium principemque Romanae apud Africam militiae eo tempore ab imp. missum Carthagine intra palatium nocte perimit et regnum cum tyrannide assumit. hunc Carthaginis dux Artabanus trigesimo sexto regni sui die prandentem interfecit.

---

1 una] unum *Lib. 2244* nobis sit *om. Lib.* 2 prouectus] *Lib.*, profectus *UP(EF)* vester est *Lib.* iubante *P(E)*, adiuuante *Lib.* nuntiare *om. Lib. (libri)* maturari *U*, maturauit *Lib. (libri)* 3 sciens] *Lib.*, *om. UP(EF)* optat et *Lib. (libri)*, optat *UP(EF)*, optabat *Lib. (edd.)* amplecti] *Lib.*, amplectitur *UP(EF)* oporteret *Lib. (libri)* ut] *P(EF) Lib.*, *om. U* 4 hic] *Lib. (libri)*, *om. UP(EF)*, *Lib. (edd.)* 5 uestram *Lib. 2244* alio *P(F)* aestimet se] existimet *Lib.* possit deus quae coepit] *UP(EF)*, possim his (haec *edd.*) quae coepi *Lib.* 5/6 perficere] *Vict. et Lib. libri*, et perficere *Lib. edd.* 6 et subscriptio *om. Lib. 2244* pro me .... conexi] pro nobis domini (deum *edd.*) nostri fr. in christo domini nostri (domino nostro *cod. 2244 et edd.*) caritate coniuncti *Lib.* 9 uoratur] *edd.*, uocatur *UP(E)*, necatur *P(F)* 10—14 *om. P(E[a]; supplet manus eadem quae adscripsit excerpta Caesaraugustana)* 11 stuzas] *P(EF)*, stuzias *U* adunata] *libri*, ordinata *edd.* 12 ceterisque] *UP(S)*, aeducisque *P(E)*, ducique *edd.* cilio *libri* 13 miliscitia *P(E)* 13/14 potestatis uir str. pr. moritur] *UP(S)*, *resecta in P(E), unde deficiunt apud Scal. et in edd.* 16 iustianus *U* superstitionibus P^{III} (S^{m}) romanorum] *U*, romanum *P(E)*, rom. *P(S)* 17 et sub ... 18 condemnaret *oblitterata in P(S)* 18 ecclesia *U* 19 macharius *U* 21 tiranno *U* thaciae] *scripsi*, taceae *P(E)*, taccae *UP(S)* 24 ū. c̄.] unc *U* 26 magistro *U* 27 infra *edd.*

548 POST CONSVLATVM BASILI V. C. ANNO VIII.

1. Iustinianus imp. per diversas provincias in regni sui finibus constitutas instantissime scribit et antistites cunctos praefata tria capitula damnare compellit.

2. Euphemio Antiocheno episcopo succedit Domninus.

549 POST CONSVLATVM BASILI V. C. ANNO VIIII.

1. Illyriciana synodus in defensione trium capitulorum Iustiniano Aug. scribit et Benenatum primae Iustinianae civitatis episcopum obtrectatorem eorundem trium capitulorum condemnat.

2. Theodora Augusta Calchedonensis synodi inimica canceris plaga corpore toto perfusa vitam prodigiose finivit.

550 POST CONSVLATVM BASILI V. C. ANNO X.

1. Africani antistites Vigilium Romanum episcopum damnatorem trium capitulorum synodaliter a catholica communione reservato ei paenitentiae loco secludunt et pro defensione memoratorum trium capitulorum litteras satis idoneas Iustiniano principi per Olympium magistrianum mittunt.

2. Eo tempore duodecim libri Facundi Hermianensis ecclesiae episcopi refulsere, quibus evidentissime declaravit tria saepe fata capitula in praescriptione fidei catholicae et apostolicae Calchedonensisque concilii fuisse damnata.

551 POST CONSVLATVM BASILI V. C. ANNO XI.

1. Reparatus archiepiscopus Carthaginensis ecclesiae, Firmus Numidarum episcoporum primas et Primasius ac Verecundus concilii Byzaceni episcopi pro fidei causa ad urbem regiam eiusdem praecepto principis evocantur.

2. Apollinarius Zoilo tria memorata capitula damnare nolenti episcopus Alexandrinae ecclesiae subrogatur.

552 POST CONSVLATVM BASILI V. C. ANNO XII.

1. Reparatus archiepiscopus plurimis calumniis impetitus pro eo, quod damnationi trium memoratorum capitulorum assensum non praebuit, officio sumptibusque privatus Euchaida exilio relegatur, et Primosus diaconus apocrisarius eius, postquam damnavit quae sunt synodaliter atque universaliter defensata, eo superstite contra vota cleri simulque et populi episcopus Carthaginensis ecclesiae ordinatur.

2. Firmus concilii Numidiae primas donis principis corruptus damnationi eorundem capitulorum assensum praebuit, sed ad propria remeans in navi morte turpissima interiit.

a. 550 *c.* 2 *compilavit Isidorus v. ill.* 42.

2 iustinianus .... 3 compellit *oblitterata in P(S)* 2 constitutis *P(F)* 4 euphemio] *immo* Ephraimi domninus] P^{III}*(S*^{m}*)*, dominus P^{I}*(ES)*, domnus *U*, donatus P^{II}*(E*^{m}*S*^{m}*)* 6 hilliriciana *UP(S)* capitum *P(EF)* 7 obtrectatorem] impugnatorem *P(S)* capitulorum] *U*, cap̄ *P(S)*, capitum *P(E)* 9 canceris *UP(ES)*, cancri *edd.* 12 uigilium ... 13 secludunt et, *item* 14 satis idoneas, *item* 17 eu. declaravit, *item* 17 in praescr. .... 18 damnata *oblitterata omissave et pro extremis substitutum*: quibus iii saepe fata capa defendit *P(S)* 13 recludunt *P(E)* 15 magistrianum] *UP(F)*, magistranum *P(E)* mittunt] promittunt *U* 16 duodecim] *UP(S) cum Isidoro*, uii *P(E)* hermianensis] *U*, hermaniensis *P(E)*, hermanensis *P(S)* 17 declaruit *U* fata] facta *U* 17/18 in praescriptione fidei cath. et apostolicae calchedonensis (que *ins. F*) concilii] in praescriptione apostolicae fidei et calchedonensis consilii impugnatione *Isidorus* 20 cartaginis *U* numidiarum *U* 21 primas] *P(F) coniectura*, primatus *U*, primates *P(ES)* ac] *U*, et *P(EF)* uerecundus *P(SF)* byzaceni] bizanceni *U*, binzanteni *P(E)*, bizanteni *P(S)* pro fidei causa] trium capitulorum pro causa *ex interpolatione P(S)* 26 pl. cal. *oblitterata in P(S)* 27 cap. mem. *P* encayda *UP(S)*, encayda *P(E)*: *p.* 192, 28. 205, 14. 28 primosus] *U*, primossus P^{III}*(S*^{m}*)*, primosius P^{I}*(ES)* diaconus] dictus P^{II} *(E*^{m} *solus)* 28/29 quae s. s. a. u. defensata] tria capitula *P(S)* 31 primatus *U* donis pr. corruptus *deleta in P(S)* 32 sed .... interiit (periit *edd.*) *oblitterata in P(S)*

Primasius quoque Acoemetensi monasterio relegatur, sed Boethio primate Byzaceni concilii morte praevento, ut ei succederet, memoratae damnationi protinus assensit reversusque ad sua, quae prius defendebat, validissimis persecutionibus impugnavit fidelibusque calumnias generando eorumque substantias auferendo. sed in quibus peccavit, laetari non potuit, siquidem postquam a catholicis sui concilii antistibus pro suis est praevaricationibus condemnatus, infelici morte extinguitur et quae conquisierat fraudulenter, a iudicibus auferuntur. Verecundus vero ecclesiae Iuncensis episcopus in defensione memoratorum perdurans capitulorum Calchedonae, ubi refugium fecerat in diversorio gloriosae matris Euphemiae, de hac vita migravit ad deum. Macarius Hierosolymitanus episcopus eicitur et eo superstite Eustochius ordinatur.

553 POST CONSVLATVM BASILI V. C. ANNO XIII.

1. Constantinopolim synodus Iustiniani principis praecepto colligitur, cui praesules sedium aderant Vigilius Romanus episcopus superstite Silverio ordinatus, Apollinarius Alexandrinus Zoilo vivente promotus, Antiochenus Domninus, Eustochius Macario remoto Hierosolymitano episcopo episcopus factus et Eutyches Constantinopolitanus, qui Menae fuerat subrogatus. ibi tria saepe fata capitula cum defendentibus ea damnationi subiciunt sibique ipsis paenitentiae regressum poenaliter intercludunt, tali se anathemate perpetuo obstringentes, si aliquando absolvere temptaverint quae damnationis sententiae subdiderunt. quorum decretis Rusticus Romanae ecclesiae diaconus et Felix Gillensis monasterii provinciae Africanae hegumenus contradicentes scripto Thebaida in exilium cum suis sociis transmittuntur.

2. His ita gestis terrae motus urbem regiam a fundamentis concutiens aedificia plurima porticusque deiecit et basilicis consistentibus altaria paene cuncta prostravit.

554 POST CONSVLATVM BASILI V. C. ANNO XIIII.

1. Frontinus episcopus ad urbem regiam evocatus pro defensione trium eorundem capitulorum Antinoensi primae Thebaidae civitatis exilio deputatur et pro eo ab haereticis Petrus Salonensis ecclesiae ordinatur.

2. Proconsularis concilii provinciae Africanae sacerdotes Rufini et Vibi episcoporum, Reparati archiepiscopi obtrectatorum, arte delusi tamquam defensoribus fidei occurrunt et Primosi praevaricatoris Carthaginis ecclesiae communione praeter paucissimos polluuntur.

3. Datius Mediolanensis episcopus Constantinopolim venit et damnationi eorundem trium capitulorum consentiens eo die percussus occubuit.

4. Narses eunuchus ex praeposito patricius Totilanem Gothorum regem proelio apud Italiam mirabiliter superat ac perimit et omnes eius divitias tollit.

---

1 aquimetensis *libri* religatus *UP(E)* primati *U* byzateni *P(S)*, byzaneeni *P(E)*, bizaneeni *U* 2 ut ei sueeederet *oblitteratum in P(S)* 3 ual. pers. *oblitteratum in P(S)* 4 fidelibusque . . . 7 auferuntur *oblitteratum in P(S)* 5 laetari] *P(F) coniectura puto*, latere *UP(E)* 6 est *om. P(E)* 7 fraudulenter] *P(F) coniectura puto*, fraude fideliter *UP(E)* auferrentur *P(F)* iuneensis] P^{III} *(S^m), ut est in notitia episcoporum Africanorum post Victorem Vitensem Byzac. 44*, nicensis P^{I} *(ES)*, uieensis UP^{II} *(sic S^m*, uieetius *E^m)* 8 caleidona *U* ubi] urbi *U*, urbe *P(EF)* 9 diuersorio] diecorsorio *P(F)* euphimie *U* ad deum] *U*, ad dominum *P(EF)*, *oblitteratum in P(S)* maeharius *U* 13 sedium] sadium *P(F)* ordinatus] *P(F)*, ordinatur *UP(E)* 14 domninus] UP^{III} *(S^m)*, doninus *P(S)*, dominus *P(E)*: *uide supra p. 202, 4* eustoehius] *U*, eusthochius *P(F)*, eutochius *P(E)* 15 eutyehes] eutiehes P^{III} *(S^m)*, eutiees *U*, eutychius *P(ES)* menae] *P(ES)*, manae P^{III} *(S^m)*, meneae *U* 16 faeta *U* 17/18 anathemate (-ti *P[F]*) perp.] perp. an. *P(E)* 18 abstringentes *U* aliqua P^{II} *(E^m solus)* 19 guillensis *P(E)*; *malim* eillensis 21 his . . . 23 prostrauit *oblitterata in P(S)* 21 ita] itaque *P(E)* 26 antinoensi] *U*, antiochensi *P(EF)* 27 salonensi *libri* 28 affrieane prouincie *U*, pr. affricanae *P* uibi] *scripsi*, uiui *UP* 29 reparati . . . 30 praeuarieatoris *oblitterata in P(S)* 30 eeelesiae] eecl. episeopi *P(F)* 30/31 polluuntur] iunguntur *ex interpolatione P(S)* 32 datius *UP(S)*, petrus *P(F)* 33 consentiens . . . oceubuit] eonsensit *ex interpolatione P(S)* 34 narsis *U* tutilanem UP^{III} *(S^m)*, totilam *P(ES)*

555 POST CONSVLATVM BASILI V. C. ANNO XV.

1. Concilii Numidiae episcopi ad instar proconsularium sacerdotum collecti Carthaginem veniunt et Primosi eiusdem ecclesiae incubatoris communione polluti praevaricatoresque effecti ad propria redeunt.

2. Victor Tunnennensis ecclesiae episcopus huius auctor operis post custodias simulque et plagas, quas in insulis est Balearicis perpessus nec non etiam in monasterio de Mandracio primo, ac secundo exilio Aegimuritanae insulae, tertio Alexandriam una cum Theodoro Cebarsusitanae ecclesiae episcopo pro praefatorum trium capitulorum defensione exilio mittitur et carceri castelli Diocletiani post praetorianum carcerem truditur.

3. Antiochensis tunc Anastasius Domnino succedit episcopus.

556 POST CONSVLATVM BASILI V. C. ANNO XVI.

1. Primosus Carthaginis incubator ecclesiae sibi nolentes assensum praebere nunc fustibus, nunc custodiis, nunc quoque exiliis affligit.

2. Victor et Theodorus antefati episcopi Africani de carcere eiciuntur et post disputationes in praetorio continuas dierum XV ad aliam custodiam monasterii Tabennesiotarum, quod est apud Canopum XII millibus procul ab urbe Alexandrina, mittuntur.

557 POST CONSVLATVM BASILI V. C. ANNO XVII.

1. Vigilius Romanus episcopus, postquam praevaricatus est, sub excommunicatione totius Africanae ecclesiae pontificum in insula Sicilia moritur.

2. Eo tempore Felix hegumenus monasterii Gillitani exilio apud Sinopem de hac vita migravit ad dominum.

558 POST CONSVLATVM BASILI V. C. ANNO XVIII.

Pelagius Romanus archidiaconus trium praefatorum capitulorum olim defensor Iustiniani principis persuasione de exilio redit et condemnans ea, quae dudum constantissime defendebat, Romanae ecclesiae episcopus a praevaricatoribus ordinatur. qui fuit annis V.

559 POST CONSVLATVM BASILI V. C. ANNO XVIIII.

1. Illyriciani Episcopi praeter parva monasteria paucosque fideles persecutiones passi consentiunt pristinam fidem in irritum deducentes.

2. Eo tempore Ugni Armeniam gravissime vexaverunt.

---

3 ecclesiae .... 4 redeunt] ecclesiae episcopi communioni iunguntur *ex interpolatione P(S)* 3 incubatoris] *UP(E)*, inuassoris *P(F)* 5 tunnennensis] tunnuriensis *U*, tunnensis $P^{I}(ES)^{III}(S^{m})$, tuniensis $P^{II}(E^{m}S^{m})$ 6 in insulis est balearicis] *scripsi*, in sala est ualericis *UP(ES)* 7 de mandracio] demandraeum *UP(ES)*, *cf. Procopius de aedif. 6, 5 Iustiniani fabricas Carthaginienses recensens: ἐδείματο δὲ καὶ μοναστήριον τοῦ περιβόλου ἐντὸς ἐπὶ θαλασσίδιον, ἄγχιστα τοῦ λιμένος ὅπερ Μανδράκιον ὀνομάζουσιν, ἐρύματί τε αὐτὸ ἐγχυρωτάτῳ περιβαλὼν φρούριον ἀνανταγώνιστον ἀπειργάσατο.* primo] primoque *U* aegimuritanae] $P^{III}(S^{m})$, egimauritane *U*, egimauritaniae *P(ES)* alexandriam] $U(E^{m}S)$, alexandriuae *P(EF)* 8 cebarsusitanee *U* 9 carceri] *edd.*, carceris *libri* 10 anthiochenis *U* tunc] $UP(E^{m}F)$, *om. P (S et in sp. vacuo E)* domnino] $UP^{I}(ESF)$, donato $P^{II}(E^{m}$ *solus): v. supra p. 202, 4* 12 cartaginis *U*, cartagine *P(E)*, carthaginensis *P(S)* incubator] episcopus *ex interpolatione P(S)* 12/13 nunc fustibus *om. P(S)* 13 custodiis] custodibus *libri (repetit vocabulum in margine E)* affligit] damnat *P(S)* 14 antefacti *U* 15/16 tabennensiotarum *UP(SF)*, tabenensiotarum *P(E)* 16 canapum *U* milia *U* 18 postquam .... 19 pontificum *om. P(S)* 19 africae *P(F)* 20 eugumenus *U* gallitani *UP(E)* 21 ad dominum *om. P(S)* 23 cap. ol. def.] *P(S)*, def. cap. (*om.* olim) *UP(E)* 24 iust. pr. pers. *om. P(S)* rediit *U* 24/25 constantissime *om. P(S)* 25 a praeuaricatoribus *om. P(S)* 26 fuit] UP^{I}, praefuit $P^{II}(E^{m}S^{m})$ 28 paucosque] *P(S) coniectura puto*, paruosque *UP(E)* fid. pers. passi *om. P(S)*

560 POST CONSVLATVM BASILI V. C. ANNO XX.

Bulgares Thraciam pervadunt et usque ad Sycas Constantinopolim veniunt, Sergium patricium, qui dudum Africanae fuerat dux militiae, capiunt simulque et distrahunt. sed patricii Belesarii armis fortiter debellati pariterque fugati Danuvium transierunt.

561 POST CONSVLATVM BASILI V. C. ANNO XXI.

Corpus sancti Antonii heremitae repertum cum maximo honore Alexandriam perducitur et in basilica sancti Iohannis baptistae honorifice collocatur.

562 POST CONSVLATVM BASILI V. C. ANNO XXII.

1. Frontinianus Salonensis episcopus de exilio Antinoensi Ancyram Galatiae trasmutatur.

2. Petrus eius incubator ecclesiae moritur et pro eo Proclinus substituitur.

563 POST CONSVLATVM BASILI V. C. ANNO XXIII.

1. Reparatus archiepiscopus Carthaginensis ecclesiae exilio apud Euchaidam gloriosa confessione transit ad dominum die VII. idus Ianuarias.

2. Eo anno Iustinianus princeps legatos gentis Avarorum primus primos suscepit et cum donis maximis remeare unde venerant facit.

564? ANNO XXXVII IMPERII PRAEFATI PRINCIPIS IVSTINIANI.

1. Pelagius Romanus episcopus moritur: praefuit annis XI.

2. Eustochius Hierosolymitanus episcopus, qui fuerat Macario superstite ordinatus, eicitur et rursum Macarius reformatur.

565? ANNO XXXVIII IMPERII EIVSDEM.

Musicus, Brumasius, Donatus et Chrysonius episcopi de Africa et Victor ac Theodorus episcopi similiter ex Aegypto ad urbem regiam imperiali praecepto evocantur. qui dum eidem Iustiniano principi praesentes praesenti et postea Eutychio regiae urbis episcopo altercanti novae superstitioni resistunt, ab invicem segregati per monasteria eiusdem urbis custodiae mittuntur.

566? ANNO XXXIX IMPERII SVI.

1. Iustinianus Eutychium Constantinopolitanum episcopum damnatorem trium capitulorum et Euagrii heremitae diaconi ac Didymi monachi et confessoris Alexandrini, quorum laudes supra illustrium virorum ex auctoritate protulimus, exilio dirigit et pro eo Iohannem eiusdem erroris consimilem episcopum facit.

2. Eo anno prasini apud regiam urbem civile bellum faciunt multosque rei publicae viros gladio frequenti congressione prosternunt: sed eorum atroces plurimi postea a Iuliano praefecto extincti sunt.

---

2 inuadunt *P(S)* sucas *libri* 4 bellisarii *P(S)* pariterque] acriterque *Hirschfeld* danubium *traditur* 9 antinoensi] P^{I} *(ES)*, anthinoensi *U*, antoniensi P^{III} (S^{m}), antiochensi P^{II} (S^{m}, *coniectura puto*) anquira *U* 11 incubator] episcopus *P(S)* proclinus] *U*, prodinus *P(ESF)* 13 reparatus .... 15 eo anno *oblitteratum in P(S)* 13 exilio] *fortasse scr.* ex exilio euchaydam *U* 15 abarorum *libri* primus primos (primo *libri*) susc. .... 16 remeare] $UP^{II}(E^{m}S^{m})$, *om.* P^{I}*(ES) edd.* 18 moritur] ordinatur *libri* 20 macharius *U* 22 crisonius *U* episcopi] $\overline{\text{epc}}$ *traditur* 24 regis *U* 25 altercanti nouae (neue *U*) superstitioni *om. P(S)* 26 custodiae] *UP(E)*, custodiendi *P(S) coniectura puto* 28 damnatorem ... 30 protulimus *oblitteratum in P(S)* 30 ex auctoritate] exac^{te} *U* pertulimus *U* dirigit] redigit *P(S)* 31 ei. err. cons. *oblitteratum in P(S)*

567? XL IMPERII SVI ANNO.

1. Iustinianus vitae suscepit finem indictione XV.

2. Theodorus Cebarsuscitanus episcopus defensor trium capitulorum exilio apud urbem regiam eo mense et die quo Iustinianus moritur et iuxta confessores, quibus Ugnericus Wandalorum rex linguas absciderat, sepelitur.

3. Iustinus iunior Vigilantiae sororis Iustiniani Augusti filius, patre Dulcidio natus cum tranquillitate populi maxima imperii sumit sceptra. huius coniunx Sophia Theodorae Augustae neptis asseritur.

Colliguntur omnes anni ab Adam primo homine usque ad nativitatem domini nostri Iesu Christi secundum carnem V̄CXCIX, a nativitate vero domini nostri Iesu Christi secundum carnem, quae facta est XLIII Augusti Octaviani Caesaris imperii anno, usque in annum Iustini primum principis Romanorum, qui Iustiniano in imperio successit, anni DLXVII. fiunt simul ab Adam usque in annum primum memorati principis Romanorum anni V̄DCCLXVI.

3 cebarsuscitanus] *P(E)*, cebarssussitanus *UP(S)* 4 quod *U* et iuxta . . . . 5 sepelitur *oblitteratum in P(S)* 5 bandalorum *P(F)* 6 dulcidio] *P*II *(E*m*S*m*)*III *(S*m*)*, dulcissimo *UP*I 7 maxima] *UP(S)*, magna *P(EF)* 10 secundum carnem] *UP(S)*, secundum carnem quae facta est *P(E)* ūcxcix] *sive* ūclxluiiii *P(ES)*, ūccxix *P*III *(S*m*)*, ūclxuiiii *U* 11 carnem *om. P(ESF)* 12 in imperio] imperio *UP(EF)* 14 ūdccclxui *U*

IOHANNIS ABBATIS BICLARENSIS CHRONICA

A. DLXVII—DXC.

Iohannes, Isidorus (570—636) ait vitam aequalis et coepiscopi sui solito diligentius et plenius enarrans libro de vir. ill. c. 62. 63 [44], *Gerundensis ecclesiae episcopus, natione Gothus provinciae Lusitaniae Scallabi natus. hic cum esset adulescens Constantinopolim perrexit ibique Graeca et Latina eruditione nutritus septimo decimo anno in Spanias reversus est eodem tempore, quo incitante Leovigildo rege Arriana fervebat insania. hunc supra dictus rex cum ad nefandae haeresis credulitatem compelleret et hic omnino resisteret, exilio trusus et Barcinonam relegatus per decem annos multas insidias et persecutiones ab Arrianis perpessus est. qui postea condidit monasterium quod nunc Biclarum dicitur: ubi congregata monachorum societate scripsit regulam ipsi monasterio profuturam, sed et cunctis deum timentibus satis necessariam. addidit in libro chronicorum ab anno primo Iustini iunioris principatus usque in annum octavum Maurici principis Romanorum et quartum Reccaredi regis annum historico compositoque sermone valde utilem historiam. et multa alia scribere dicitur, quod ad notitiam nostram non pervenit* [1]). Iohannes igitur iam eo tempore, quo in Hispania Romani et Suebi catholicae sectae erant, Gothi autem Arianae, licet Gothus ipse orthodoxam religionem professus Constantinopolim se contulit adulescens ibique per multos annos moratus est: id quod praeter Isidorum ipsa chronica declarant. nam ab initio inde, id est ab a. 567, ad a. 576 perlustranti patebit auctorem referre res gestas Constantinopoli, legationes eo

---

1) erundensis *Matritensis 134 (vide supra p. 178)* — natiuitate *Matr.* — lusitane *Paris. 12160* — scallaui *Cas.*, scallani *Matr.*, scallui *Paris. 1791. 1792 Bern.*, scalsabi *Paris. 12160* — hic *om. Par. 12160* — constantinopoli *Paris. 1791 Bern.* — cum esset] trium esse *Matr.* — septimo decimo anno] *Cas.*, septimum decimum annum *Matr.*, xiiii^mo anno *Paris. 1792*, post decem et septem annos *teste Nic. Antonio (bibl. Hisp. vet. ed. 1788 vol. 1 p. 298) Isidori ed. Matritensis a. 1599 et Parisina Dubreuliana a. 1617*, septimo demum anno *Paris. 1791. 12160 Bern.* — spaniis *Paris. 1792 Bern. Cas.*, yspaniis *Matr.* — leuuegildo *Paris. 12160*, leouigilde *Paris. 1791*, leouegildo *Matr.* — ferrebat *Bern.*, seruiebat *Cas.* — supra dictum *Paris. 12160 Bern.* — credulitatem *Paris. 1791 (prima manu) 1792. 12160 Cas.*, credulitate *Bern.*, crudelitatem *Paris. 1792 (ex corr.) Matr.* — trusus et] trusus *Paris. 1792 Bern. Cas.* — barcinona *Paris. 1791 Bern. Cas.*, barchinona *Matr.*, barcinonae *Paris. 1792*, baremona *Paris. 12160* — annis *Paris. 1791 Bern.* — arrianos *Bern.* — perpessos *Paris. 1791* — est] et *Paris. 1791 Bern.* — quod] qui *Paris. 1791 Bern. Cas. Matr.* — biclarum *Paris. 12160*, biclaro *Paris. 1791. 1792 Bern. Matr.*, luctaro *Cas.* — societatem *Bern.* — necessaria *Cas.* — in] et in *Paris. 1791 Bern. Cas.* — iustiniani *Paris. 12160* — principatum *Matr.*, principatui *Paris. 1791 Bern.*, principatu* *Cas.*, principatu *Paris. 1792* — in] ad *Paris. 1792* — quarto *Paris. 1791 Bern. Cas.* — recaredi *Matr.*, recharedi *Paris. 1792* — anno *Paris. 1791 Bern. Cas.* — quod . . . peruenit] quae . . . peruenit *Cas.*, quae . . . peruenerunt *Paris. 1792 Matr.*

missas, victoriarum praemia eo allata, coniurationes ibi patefactas, morbos ibi grassatos: itaque neque dubium est secundum Isidorum non *septimo anno* ex Oriente eum in Hispaniam rediisse, id quod alii libri habent, sed *septimo decimo* et verisimile c. a. 576 eum ex Oriente domum reversum esse. deinde per decem annos, nempe Leovigildi extremos 577—586, propter fidem catholicam iniurias regis Arianae addicti perpessus est et exilium Barcinonense: quod nihilominus in chronicis eundem regem summa admiratione prosequitur, non magis regem quam ipsum honorat. monasterium quod condidit, verisimile est fuisse unum eorum, quae ipse scribit ad a. 587 Reccaredum catholicum factum cum gente sua instituisse. Biclarum ei nomen fuisse et ait Isidorus et ipse in chronicorum titulo sese appellat abbatem Biclarensem: sed id ubi fuerit, ignoratur. nam quod auctores Hispani id collocant prope Tarraconem duabus leugis a Montblanch oppido in vico qui dicitur dicebaturve Vallclara [1], id non nititur nisi vocabulorum similitudine nescio qua, quae vere nulla est. ibi abbas constitutus et monachis suis regulam dictavit teste Isidoro et scripsit chronica haec continuata ad a. 590. deinde factus est teste eodem Isidoro episcopus Gerundensis, nec dubium est ipsum esse episcopum Gerundensem Iohannem, quem reperimus subscripsisse tam Barcinonensi concilio a. 599 quam decreto Gundemari a. 610 [2]). itaque qui in chronicis memorantur termini imperii Mauricii a. 602 et episcopatus Gregorii a. 604, possunt adiecti esse post tempus ab ipso, videmusque eum in vivis fuisse, quo tempore Isidorus de viris illustribus commentarium edidit.

Victoris chronicis subscripta sunt et praescripta Iohannis in Matritensi haec: *huc usque Victor Tunnunensis ecclesie episcopus Affricane provincie ordinem precedentium digessit annorum: nos que consecuta sunt adiecere curavimus. abhinc historiam ducit venerabilis pater noster Iohannes abbas monasterii Biclarensis fundator*. eadem praescripta fuisse in Alcobaciensi verisimile est, quamquam exempla Pereziana priora *(E* et ante em. *S)* omissis iis non dant nisi *hactenus Victor Tunnunensis*. ipsa illa fuisse in Soriensi inde efficitur, quod adsunt totidem verbis (nisi quod ibi est *Tunnensis*) in libro Pereziano *S* deleta inscriptione priore et ad posteriora *abhinc . . . fundator* adnotatur: *hoc erat in margine*. sequuntur chronica incipientia *post Eusebium*, finientia *non esse superbos*. computatio sine dubio Biclarensis ipsius *colliguntur omnes anni . . . anni VDCCXCI*, et altera, quae est librariorum (supra p. 169) adsunt in Matritensi fueruntque sine dubio etiam in Alcobaciensi. indidem eam novit Perezius (supra p. 166), sed non superest in exemplaribus ipsius. a Soriensi idem ait (l. c.) eam afuisse. — In Iohanne quoque pariter atque in Victore (supra p. 179) secundaria inscriptio, scilicet ea, quam Soriensis liber in margine habuit, mihi videtur proficisci non ab auctore, sed ab Hispano eo qui saec. VIII corpus historicorum chronica duo continens ordinavit (p. 166. 172), quamquam unde eam traxerit, in Iohanne non liquet; potest adscripta fuisse in principio voluminis chronica Eusebiana cum continuationibus his continentis. Iohannes quae adiecit, fieri potest ut integra habeamus, quamquam Isidorus Iohannis compilator quae affert inter excerpta ex eo, scilicet interposita inter a. 572, 1. 2 infra in adnotatione relata fortasse item ex Iohanne petivit: certe neque ulli alii dari possunt ex auctoribus ab Isidoro adhibitis neque referri inter ea quae ex sua rerum notitia Isidorus adiecit et simillima sunt aliis apud Biclarensem relatis.

Egregius scriptor in chronologia ab erroribus non magis sibi cavit quam reliqui horum temporum auctores. annos praescripsit imperatorum Romanorum et ita facere

---

1) Biclariense monasterium vulgo nunc dici Valclara scribit Vasaeus chron. ed. 1552 f. 8; Pujades (*cronica de Cataluña* l. VI c. 62) addit alios cogitavisse de Fontclara de Guisona. 2) *Iohannes peccator:* Mansi 10, 481. Concilio Toletano a. 589 subscripsit episcopus Gerundensis Alivius (Mansi 9, 1002). 3) *Iohannes:* Mansi 10, 512. in Toletano concilio a. 633 adfuit episcopus Gerundensis Nonnitus (Mansi 10, 641).

debuit universi orbis res quantum potuit complectens. sed cum ad Hispaniam patriam sibi potissimum attenderet, inde a Leovigildi creatione adiunxit imperatoriis annos regum Hispanorum. annos intellegi a calendis Ianuariis ordientes, non a diebus imperii intellegitur inde, quod imperatorum annos et regum aequat et confirmatur eo, quod annum extremum Iustini et primum Tiberii pro uno numerat; sed turbas in chronologia per earum computationum diversitatem auctas esse (cf. p. 218, 1) probabile est. schema secutus est tale fere:

						debuit esse	
p. Chr. 567	Iustini	I			567	Iustini	II
568		II			568		III
569		III	Leovigildi	I	569		IV
570		IV		II	570		V
571		V		III	571		VI
572		VI		IV	572		VII
573		VII		V	573		VIII
574		VIII		VI	574		IX
575		IX		VII	575		X
576		X		VIII	576		XI
577	(Iustini) Tiberii	XI / I		IX	577		XII
578		II		X	578	(Iustini) Tiberii	XIII / I
579		III		XI	579		II
580		IV		XII	580		III
581		V		XIII	581		IV
582		VI		XIV	582		V
583	Mauricii	I		XV			
584		II		XVI			
585		III		XVII			
586		IV		XVIII			
587		V	Reccaredi	I			
588		VI		II			
589		VII		III			
590		VIII		IV			

Erravit in ipso principio ex parte in errorem inductus ab eo quem continuabat Victore Africano: cum enim cum viderimus rerum narrationem finire in excessu Iustiniani, qui obiit a. 565 Nov. 13, annorum laterculum continuare ad indictionem XV (566 Sept. 1 — 567 Aug. 31), Iohannes quamquam eandem indictionem repetit, tamen a quibus incipit Iustini II creatio et legatio Avarum spectant ad a. 565 extremum. — Item cum Iustinus diem obierit a. 578 Sept. 26, non eum annum, sed praecedentem, qui vere totus est Iustini, communem facit Iustino et successori eius Tiberio. ita factum est, ut Iustino pro annis regni XII plenis et imperfectis duobus anni tantummodo tribuantur XI demptis duobus plenis tam in principio quam in fine et ex imperfectis numerato solo postremo. — Deinde Tiberio, qui regnavit ab a. 578 Sept. 26 ad a. 582 Aug. 14, pro tribus annis plenis et duobus imperfectis sex tribuuntur numeratis his et addito praeterea ficticio uno. — Mauricius cum imperator factus sit a. 582 Aug. 13, primum eius annum numeravisse auctorem p. Chr. 583 probabile est itaque octavus, in quo finit, fit 590. — Quod si ad reges Hispaniae nos convertimus, satis constat Reccaredum patri successisse a. 586 Apr. 21 itaque primus annus eius fieri potuit 587, quartus, in quo Iohannes finit aequiparans cum Mauricii octavo, item 590, quod cum computatione altera convenit.

Leovigildi igitur anni duodeviginti, quorum extremus imperfectus est, coeperunt ab a. 569. ad hoc schema annos ad marginem adscripsi, quanquam ne hoc quidem certum est Iohannem ita annos numerare voluisse, multo minus annis indicatis res de quibus agitur vere evenisse. — Computatio, quae librum finit, aptata videtur Victorianae (supra p. 181): scilicet cum Victor computum deducat ad annum mundi 5766, Christi 567, Iohannes his addit Iustini annos XI, Tiberii VI, Mauricii VIII, in summa XXV itaque pervenit ad annum mundi 5791, Christi 592, quem annum aequavit aerae 630 librarius posterior, non ipse Iohannes, apud quem aera Hispanica non invenitur. at computatio illa non solum iis de quibus supra exposui erroribus in regnis computandis laborat, sed etiam ab ipso annorum ordine, qui apud Iohannem est, eo nomine recedit, quod Iustini extremus et Tiberii primus ibi pro uno est itaque anni vere enarrantur non XXV, sed uno minus. scripsit autem Iohannes, si haec recte se habent, non anno, ut ait, p. Chr. 592, sed a. p. Chr. 590.

Imperatorum numeratio continuat Victorianam (p. 181): Iustinus II imperator est LIII (a. 567), Tiberius LIV (a. 577), Mauricius LV (a. 582). — Episcopos non posuit nisi ecclesiae Romanae nec sine errore, sunt enim hi:

	Iohannes
a. 573 (vere 575 Iun. 2 — 579 Iul. 30)	Benedictus a. IV
a. 576 (vere 579 Nov. 26 — 590 Febr. 7)	Pelagius a. XI
a. 587 (vere inde a. 590 Sept. 3)	Gregorius a. XV

Gregorium defunctum a. 604 Mart. 12 praefuisse ecclesiae per annos XV supra p. 208 diximus adscriptum esse post chronica absoluta.

Ex publice editis scriptis nulla se adsumpsisse, sed narrare ea quae aut viderit aut amici sibi rettulerint in praefatione ait evidenter recte.

Expilavit eum pariter atque Victorem Isidorus.

Huc usque Victor Tunnennensis ecclesiae episcopus Africanae provinciae ordinem praecedentium digessit annorum: nos quae consecuta sunt adicere curavimus.

Post Eusebium Caesariensis ecclesiae episcopum, Hieronymum toto orbe notum presbyterum nec non et Prosperum virum religiosum atque Victorem Tunnennensis ecclesiae Africanae episcopum, qui historiam omnium paene gentium summa brevitate et diligentia contexere visi sunt et usque ad nostram aetatem congeriem perduxerunt annorum et quae acta sunt in mundo ad agnitionem nostram transmiserunt, nos ergo in adiutorio domini nostri Iesu Christi quae temporibus nostris acta sunt ex parte quod oculata fide pervidimus et ex parte quae ex relatu fidelium didicimus, studuimus ad posteros notescenda brevi stilo transmittere.

1. Quintadecima ergo indictione, ut dictum est, Iustiniano mortuo Iustinus iunior nepos eius Romanorum efficitur imperator.

567? **2.** Romanorum LIII regnavit IVSTINVS iunior annis XI. qui Iustinus anno primo regni sui ea, quae contra synodum Calchedonensem fuerant commentata, destruxit symbolumque sanctorum CL patrum Constantinopoli congregatorum et in synodo Calchedonensi laudabiliter receptum in omni catholica ecclesia a populo concinendum intromisit, priusquam dominica dicatur oratio.

3. Armeniorum gens et Hiberorum, qui a praedicatione apostolorum Christi susceperunt fidem, dum a Cosdroe Persarum imperatore ad culturas idolorum compellerentur, renuentes tam impiam iussionem Romanis se cum provinciis suis tradiderunt: quae res inter Romanos et Persas pacis foedera rumpit.

568? ANNO II MEMORATI PRINCIPIS.

1. In regia urbe Aetherius et Addaeus patricii, dum Iustino mortem vellent veneno potius quam ferro per medicos inferre, detecti capitali sententia puniri iussi prior a feris devoratus, secundus incendio concrematus interiit.

2. Iustinus filius Germani patricii consobrinus Iustini imperatoris factione Sophiae Augustae in Alexandria occiditur.

---

1. 2 *de praescriptis vide p. 208.* 4 tunnennensis] tunnensis P^{I} *(EF et ante em. S)*, tunnonensis *P (S ex em. et T)*, tunnunensis *U* 5 hystoria *U* 9 preuidimus *U* quae] quod *P(SF)* 11 iustinus] iustinianus *U* 13 reg^s *U* 15 constantinopolim *U* 19 cosdro(a)e *P(ST)*, quosdroe *U*, cosdra *P(E)* culturam *P(ESF)* 20 comprouintiis *P(TF)* 21 rupit *P(ESF)* 23 addeus $UP^{III}(S^{m})$, additus $P^{I}(E)$, addictus $P^{I}(S)$, addus $P^{II}(E^{m})$, addus $P^{II}(S^{m})$ 25 incendio] *UP(SF)*, incendiis $P(EF^{m})$

3. His temporibus Athanaildus rex Gothorum in Hispania vitae finem suscepit et Livva pro eo in regnum provehitur.

569? ANNO III IVSTINI IMP.

1. Garamantes per legatos paci Romanae rei publicae et fidei Christianae sociari desiderantes poscunt, qui statim utrumque inpetrant.

2. Theodorus praefectus Africae a Mauris interfectus est.

3. Maccurritarum gens his temporibus Christi fidem recepit.

4. Huius imperii anno III Leovegildus germanus Livvani regis superstite fratre in regnum citerioris Hispaniae constituitur, Gosuintham relictam Athanaildi in coniugium accipit et provinciam Gothorum, quae iam pro rebellione diversorum fuerat diminuta, mirabiliter ad pristinos revocat terminos.

570? ANNO IV IVSTINI IMP. QVI EST LEOVEGILDI REGIS SECVNDVS ANNVS.

1. Theoctistus magister militum provinciae Africanae a Mauris bello superatus interiit.

2. Leovegildus rex loca Bastetaniae et Malacitanae urbis repulsis militibus vastat et victor solio reddit.

3. Iustinus imp. per Tiberium excubitorum comitem in Thracia bellum genti Avarum ingerit et victor Tiberius Constantinopolim redit.

4. In provincia Gallaeciae Miro post Theudemirum Suevorum rex efficitur.

571? ANNO V IVSTINI IMP. QVI EST III LEOVEGILDI REGIS ANNVS.

1. Iustinus imperator Armeniam et Hiberiam repulsis Persis Romanas provincias facit et bellum Persarum imperator per duces parat.

2. Amabilis magister militiae Africae a Mauris occiditur.

3. Leovegildus rex Asidonam fortissimam civitatem proditione cuiusdam Framidanei nocte occupat et militibus interfectis memoratam urbem ad Gothorum revocat iura.

4. Donatus abbas monasterii Servitani mirabilium operator clarus habetur.

572? ANNO VI IVSTINI IMP. QVI EST LEOVEGILDI REGIS IIII ANNVS.

1. Gepidorum regnum finem accepit, qui a Longobardis proelio superati: Cuniemundus rex campo occubuit et thesauri eius per Trasaricum Arrianae sectae episcopum et

569, 1 = *Isidorus chr.* 401^{a}. 569, 2 = *Isidorus chr.* 401^{b}. 569, 3 = *Isidorus chr.* 401^{b}. 569, 4 = *Isid. hist.* 48. 570, 4 = *Isid. hist.* 91. 572, 1 = *Isidorus chr.* 401^{c}.

1 athanaildus] *P(E)*, athanayldus *U*, athanagildus *P(STF)* finem] terminum $P^{II}(E^{m}S^{m}F^{m})$ liuua] $P^{II}(E^{m})$, liuba $P^{I}(SEF)$, luiba $UP^{II}(S^{m}F^{m})$ 4 pacem *P(TF)* sociare *U* 5 poposcunt *UP(S)* 7 maccurritarum] *U (et sic infra p. 213, 21)*, macuritarum *P(F)*, mauritarum $P(ESF^{m})$: Mascuritae *Isidorus: videntur intellegi* Μακκοῦραι *Mauretaniae Caesariensis (Ptolem. 4, 2, 19)* recepit] *U*, recipit *P(ES)*, suscepit *P(F)* 8 imperatoris *U* leonegildus *U plerumque, P(S) plerumque,* leouigildus *U aliquoties (p. 212, 12, 19. p. 216, 22. 27), P(E) semper,* lenuegildus *U bis p. 215, 18. 23,* liuuigildus P^{III} *(S^{m} hic et 213, 18 et ad 212, 12* 'semper'; *inde S in textu 216, 29. 217, 1 alibique),* leonegildus $P^{II}(E^{m}S^{m})$ liuuani] luibani *UP(EF)*, liubani *P(S)* 9 gosuintam *UP(S)* atanaildi *U*, athanagildi *P(SF)* 10 accipit] *P(ES)*, accepit *U* pro rebellione] *U*, per rebelliones *P(STF)*, rebellione *P(E)* 14 bastetaniae] *Vasaeus ad a. 568 ex coniectura potius quam ex libro Alcobaciensi:* bastaniae *libri nostri.* 15 reddit] *U*, redit *P(ES)* 16 scubitorum *U* tracias *U* abarorum $P^{III}(S^{m})$, barbarorum *UP(ESTF)*: *cf. Menander fr. 29 Muell.: διαφῆκε τὸν Ταργίτιον (legatum Baiani ducis Avarorum) ὁ βασιλεὺς εἰρηκὼς αὐτῷ στέλλειν ἐκεῖσε (Sirmium) Τιβέριον αὐτοκράτορα στρατηγόν.* 17 uict'or *U* 18 theudomirum *P(SF)*, theodomirum $P(EF^{m})$ 21 imperatori *U* parat] *P(S) ex Soriensi opinor,* parcit *P(EF)*, perit *U* 22 africanae *P* 23 asidonam] P^{III}, *ut coniecerat* P^{II} (*'forte* asidonam' S^{m} *marg. dextro, 'et ita v. c.'* S^{m} *marg. sin., 'forte* asedonam' E^{m}, asidonam F^{m}), asinodam $UP^{I}(ESF)$ framidanei *U* 24 iura] *UP(E)*, ius *P(STF)* 25 abba *P(ST)* 27 egipidorum *U*, gepidarum *P(ES)* finem *om. U* cuniemundus *P (E et fortasse S)* 28 thesauri eius] thesauricius *F*

Reptilanem Cuniemundi nepotem Iustino imperatori Constantinopolim ad integrum perducti sunt.

2. Leovegildus rex Cordubam civitatem diu Gothis rebellem nocte occupat et caesis hostibus propriam facit multasque urbes et castella interfecta rusticorum multitudine in Gothorum dominium revocat.

3. Miro Suevorum rex bellum contra Runcones movet.

4. Domninus Helenensis ecclesiae episcopus clarus habetur.

573? ANNO VII IVSTINI IMP. QVI EST LEOVEGILDI V ANNVS.

1. Aluinus Longobardorum rex factione coniugis suae a suis nocte interficitur: thesauri vero eius cum ipsa regina in rei publicae Romanae dicionem obveniunt et Longobardi sine rege et thesauro remansere.

2. His diebus Livva rex vitae finem accepit et Hispania omnis Galliaque Narbonensis in regno et potestate Leovegildi concurrit.

3. Iustinus imperator gravi infirmitate concutitur, quae infirmitas ab aliis quidem cerebri motio, ab aliis daemonum vexatio putabatur.

4. In regia urbe mortalitas inguinalis plagae exardescit, in qua multa milia hominum vidimus defecisse.

5. Leovegildus rex Sabariam ingressus Sappos vastat et provinciam ipsam in suam redigit dicionem duosque filios suos ex amissa coniuge Hermenegildum et Reccaredum consortes regni facit.

6. Legati gentis Maccurritarum Constantinopolim veniunt dentes elephantinos et camelopardam Iustino principi munera offerentes sibi cum Romanis amicitias collocant.

7. Post Iohannem Romanae ecclesiae Benedictus ordinatur episcopus: praefuit annis IIII.

8. Mausona Emeritensis ecclesiae episcopus in nostro dogmate clarus habetur.

574? ANNO VIII IVSTINI, QVI EST LEOVEGILDI VI ANNVS.

1. Persi cum Romanis pacis foedera rumpunt et congressione facta Daras civitatem fortissimam bello superant et caesa multitudine militum Romanorum memoratam urbem ingressi depopulati sunt.

2. His diebus Leovegildus rex Cantabriam ingressus provinciae pervasores interficit, Amaiam occupat, opes eorum pervadit et provinciam in suam revocat dicionem.

Inter excerpta petita ex a. 572, 1 et 2 quae interponit Isidorus in chronicis c. 401[d]*:* Per idem tempus Martinus Domiensis episcopus Gallaeeia *(cf. Isidorus hist. 91, vir. ill. 45)* in doctrina fidei praedieatur *et c. 402:* Narses patrieius postquam sub Iustiniano Augusto Totilanem Gothorum regem in Italia superavit *(cf. Victor a. 554, 4)*, Sofiae Augustae Iustini coniugis minis perterritus *(cf. Iohannes a. 568, 2)* Langobardos a Pannoniis invitavit eosque in Italiam introdueit *et ipsa videntur sumpta esse ex chronicis Iohannis.*

572, 2 = *Isidorus chr.* 403. 573, 5 = *Isid. hist.* 49.

1 euniemundi] *P(S)*, cumemundi *U*, eunicmundi *P(EF)* 4 multitudinem *U* 5 domnino *[sic] U* 6 runeones] P^{III} *(*S^m*)*, roeeones *Isidorus* ('Rueones *ait Isidorus*' *Perez* $E^m S^m$), aragones *UP(SF)*, arragones *P(E)*. *'Ruconia es pueblo de Navarra en la historia de Veles anno 1206' adnotat Perez.* 7 domninus] *UP(F)*, dominius P^{III}*(*S^m*)*, dominus *P(ST)*, domnus *P(E)* elenensis *U* 9 aluinus] UP^{III}*(*S^m*)*, albernus *P(TF)*, alboinus *P(*ESF^m*)* 10 ditione *U* 12 liuna] liuba *UP(SF)*, luiba *P(E)* gall. q. narb. *post* eoneurrit *P(E)* 13 leonegildi *U* 16 ingumalis *U* 17 defuisse *P(E)* 18 sabariam] P^{I}*(ESF)* P^{III}*(*S^m*) cum Isidoro*, sapariam UP^{II}*(*$E^m S^m$*)*: 'Sarabrim urbs Toro' *P(*F^m*)*, *scilicet Sarabris vel potius Sarabis Vaccaeorum (Ptolemaeus 2, 6, 49) a chorographis Hispanis eius aetatis (Morales cronica general de España* l. III e. 41) *credebatur esse Toro oppidum prope Zamoram.* sappos] P^{III}*(*S^m*)*, sapos *UP(ESF)* 19 hermenegildum] P^{III} *(*S^m *et in textu SF)*, erm. *UP(E)* 21 maeeurritarum] P^{III}*(*S^m*)*, maeeuritarum *U*, maenritarum *P(ESF)* 21/22 eamelopardam] *U*, eamelopardanlim *P(F)*, eamelospardalim *P(E)*, eamelopardalem *P(S)* 22 afferentes *P(ESF)* eolloeans *P(F)* 24 masona P^{III}*(*S^m*)* *antè* in *ins.* praefnit ann. *U* 26 persi] *U*, persae *P(ESF)* 27 militum] *UP(S)*, *om. P(EF)* 29 interfeeit *U* 30 amayam P^{II}*(*E^m*)*

3. Iustinus imperator Tiberium, quem superius excubitorum comitem diximus, Caesarem facit et non multo post imperiali fastigio provehit et rei publicae principem designat.

4. Huius Tiberii Caesaris die prima in regia urbe inguinalis plaga sedata est.

575?

ANNO VIIII IVSTINI IMPERATORIS, QVI EST LEOVEGILDI REGIS VII ANNVS.

1. Cosdroes Persarum imperator cum nimia multitudine exercitus ad vastandos Romanorum terminos promovet. cui Iustinianus dux Romanae militiae et magister militum Orientis a Tiberio destinatus bellum parat et in campis, qui inter Daras et Nizivios ponuntur, forti pugna congressus, habens secum gentes fortissimas, quae barbaro sermone Herinam nuncupantur, memoratum imperatorem bello superat. quo cum suo exercitu in fugam verso castra eius pervadit et provinciae Persidae fines victor Iustinianus vastat exuviasque eorum pro triumpho Constantinopolim dirigit, XXIIII elephantos inter cetera, qui magnum spectaculum Romanis in regia urbe exhibuerunt. praeda vero de manubiis Romanorum Persarum multitudo ad nimiam utilitatem nummo publico venundatae sunt.

2. Leovegildus rex Aregenses montes ingreditur, Aspidium loci seniorem cum uxore et filiis captivos ducit opesque eius et loca in suam redigit potestatem.

3. Aramundarus Sarracenorum rex Constantinopolim venit et cum stemmate suo Tiberio principi cum donis barbariae occurrit. qui a Tiberio benigne susceptus et donis optimis adornatus ad patriam abire permissus est.

576?

ANNO X IVSTINI IMP. QVI EST LEOVEGILDI REGIS VIII ANNVS.

1. Baduarius gener Iustini principis in Italia a Longobardis proelio vincitur et non multo plus post inibi vitae finem accipit.

2. Romanus filius Anagasti Patricii magister militiae gentis Suanorum regem vivum cepit, quem cum suo thesauro, uxore et filiis Constantinopolim adducit et provinciam eius in Romanorum dominium redigit.

3. Leovegildus rex in Gallaecia Suevorum fines conturbat et a rege Mirone per legatos rogatus pacem eis pro parvo tempore tribuit.

4. Sclavini in Thracia multas urbes Romanorum pervadunt, quas depopulatas vacuas reliquere.

5. Avares litora maris captiose obsident et navibus litora Thraciae navigantibus satis infesti sunt.

575, 2 = *Isid. hist.* 49.

1 scubitorum *U* 2 publice] publicem *U* 5 leoucgildis *U* 8 cui] cuius *U* 9 campos *UP(FT)* niziuios] *UP(SF)*, nozinios *P(E)*: *cf. Menander fr. 46 Muell.*: *ἐς τὰ περὶ Νίσιβιν καὶ τὸ Δάρας.* 11 herinam] *U*, hermam *P(ESF)*: *cf. Euagrius 5, 14*: *τοσοῦτον ἀγείρει στρατὸν ἀνδρῶν ἡρώων ἔκ τε τῶν ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἐθνῶν τὰ ἀμφὶ τὸν Ῥῆνον ἀριστίνδην στρατολογήσας τά τε ἐντὸς τῶν Ἄλπεων Μασσαγετῶν τε καὶ ἑτέρων Σκυθικῶν γενῶν καὶ τὰ περὶ Παιονίαν καὶ Μυσοὺς καὶ Ἰσαύρους: intellegi Germanorum Arimannos verisimile est; vide quae exposuimus ego et Eduardus Schroeder, Zeitschrift für deutsches Alterthum 35 (1891) p. 172.* 12 persidis *P(SFT)* 13 exuuiasque] *P(SF)*, exuuieque *U*, excubiasque *P(E)* 14 urb. reg. *P(E)* praedam *libri* 15/16 uenumdata *P(E)* 17 montes] $UP^{II}(E^{m}F)$, montibus $P^{I}(ES)$ aspiclum $P^{III}(S^{m})$ 18 redegit *P(ESF)* 19 saracenorum *P(EF)* stemate suo *P(E)*, scemate suo *U*, suo chemate *P(S)*, suo schemato *P(F)*, (suo) schemate *P(T)* 20 susceptus] *UP(STF)*, exceptus *P(E)* 21 exornatus *P(E)* 23 baduarius] $P^{III}(S^{m})$, baudarius UP^{II} (*'alias* baudarius' S^{m} *solus*), baudarius *P(ESF)*: *apud Corippum in laudem Iustini* 2, 284 *Iustino ex curapalati facto imperatore Baduarius* (*uadouurius* cod.) *dicitur factus curapalati* successor soceri. *eiusdem nominis quem memorat Theophanes ad a. m. 6065 fortasse errore dicitur Iustini huius frater.* in italia] *P(S)*, in italiam *U*, *om. P(EF)* uondobardis *F* 24 plus *om. P(ESF)* inibi *om. P(E)* accepit *UP(FS)* 25 suanorum] $P^{III}(S^{m})$, sueuorum *UP(SEF)* 27 dominio *U* 30 sclauini] sclauini *P(SF)*, sclanini *P(E)*, sclaui huni *U* trathias *U* 31 relinquere U^{a} 32 abares *libri*

6. Post Benedictum Romanae ecclesiae Pelagius iunior ordinatur episcopus; praeest ann. XI.

577? **1.** Anno XI regni sui Iustinus diem clausit extremum, et Tiberius singulare obtinuit imperium.

2. Romanorum LIV TIBERIVS regnat annis VI.

ANNO ERGO I IMPERII TIBERII, QVI EST LEOVEGILDI IX REGNI ANNVS.

1. Avares Thracias vastant et regiam urbem a muro longo obsident.

2. Leovegildus Rex Orospedam ingreditur et civitates atque castella eiusdem provinciae occupat et suam provinciam facit. et non multo post inibi rustici rebellantes a Gothis opprimuntur et post haec integra a Gothis possidetur Orospeda.

578? ANNO II TIBERII IMPERATORIS, QVI EST LEOVEGILDI REGIS ANNVS X.

1. Gennadius magister militum in Africa Mauros vastat, Garmulem fortissimum regem, qui iam tres duces superius nominatos Romani exercitus interfecerat, bello superat et ipsum regem gladio interficit.

2. Tiberius Mauricium excubitorum comitem magistrum militiae Orientis instituit et ad repugnandum Persis direxit.

3. Romani contra Longobardos in Italia lacrimabile bellum gerunt.

4. Leovegildus rex extinctis undique tyrannis et pervasoribus Hispaniae superatis sortitus requiem propria cum plebe resedit et civitatem in Celtiberia ex nomine filii condidit, quae Recopolis nuncupatur: quam miro opere in moenibus et suburbanis adornans privilegia populo novae urbis instituit.

5. Iohannes presbyter ecclesiae Emeritensis clarus habetur.

579? ANNO III TIBERII IMP. QVI EST LEOVEGILDI XI ANNVS.

1. Avares a finibus Thraciae pelluntur et partes Graeciae atque Pannoniae occupant.

2. Leovegildus rex Hermenegildo filio suo filiam Sisberti regis Francorum in matrimonium tradit et provinciae partem ad regnandum tribuit.

3. Leovegildo ergo quieta pace regnante adversariorum securitatem domestica rixa conturbat. nam eodem anno filius eius Hermenegildus factione Gosuinthae reginae tyrannidem assumens in Hispali civitate rebellione facta recluditur et alias civitates atque castella secum contra patrem rebellare facit. quae causa provincia Hispaniae tam Gothis quam Romanis maioris exitii quam adversariorum infestatio fuit.

4. Novellus Complutensis episcopus clarus habetur.

577, 2 = *Isid. hist.* 49. 578, 4 = *Isid. hist.* 51. 579, 3 = *Isid. chr.* 405, *hist.* 49. *cf. titulus Hispali inventus apud Huebnerum inscr. Hisp. christ. n. 76:* in nomine domini anno feliciter secundo regni domni nostri Erminigildi regis, quem persequitur genetor su(u)s dom(nus) Liuvigildus rex, in cibitatem Ispa(lensem) dueti a ione (?).

6 ix regni ann.] *U*, regis ix r. a. *P(SF)*, annus ix *P(E)* 7 abares *libri* trathias *U* longe *U* 8 orosp̄dam *U* 11 annus *om. P(ES)* 12 garmulem] *P*III*(S*m*)*, gasmulem *UP(ESF)* 13 superius] *vide a. 569, 2. 570, 1. 571, 2* 14 interfecit *P(E)* 15 seubitorum *U* militum *P(SFT) fortasse ex Soriensi* 17 italiam *U* 18 persuasioribus *U* 18/19 sortitur *P(SF)* 19 propriam *libri* plebe] p̃be *U* 20 reeopolim *U*, receopolis *P(SF)* in moen.] *UP(S) ex Soriensi puto*, et moen. *P(E)* 22 emeretensis *U* 23 abares *libri* 24 thratie *U*b, thraties *U*a pannonis *P(E)* 25 sisberti] *UP(ESF)*, sisiuerti *P*III*(S*m*)* 25/26 matrimonio *U* 28 ermenegildus *U* 29 ispali *U* recludit *P(E)* 30 feeit *P(SE)* prouinciam *U*, in prouincia *P(ESF)* 32 *ad* nouellus (nonellus *E*) *in margine 'aqui falta' P(E), habens tamen omnia quae habent alii libri.*

580? ANNO IIII TIBERII, QVI EST LEOVEGILDI XII ANNVS.

1. Mauricius magister militum Orientis contra Persas bellum movet et repulsa Persarum multitudine in Oriente hiemavit.

2. Leovegildus rex in urbem Toletanam synodum episcoporum sectae Arrianae congregat et antiquam haeresem novello errore emendat, dicens de Romana religione a nostra catholica fide venientes non debere baptizari, sed tantummodo per manus impositionem et communionis praeceptione pollui et gloriam patri per filium in spiritu sancto dare. per hanc ergo seductionem plurimi nostrorum cupiditate potius quam impulsione in Arrianum dogma declinant.

581? ANNO V TIBERII, QVI EST LEOVEGILDI XIII ANNVS.

1. Longobardi in Italia regem sibi ex suo genere eligunt vocabulo Autharic, cuius tempore et milites Romani omnino sunt caesi et terminos Italiae Longobardi sibi occupant.

2. Sclavinorum gens Illyricum et Thracias vastat.

3. Leovegildus rex partem Vasconiae occupat et civitatem, quae Victoriacum nuncupatur, condidit.

4. Tiberius imperator Mauricio magistro militum Orientis filiam suam in coniugium tradit.

582? ANNO VI TIBERII, QVI EST LEOVEGILDI XIIII ANNVS.

1. Tiberius vitae terminum dedit et Mauricius pro eo Romanorum imperator efficitur.

2. Romanorum LV MAVRICIVS [regnat annos XX].

3. Leovegildus rex exercitum ad expugnandum tyrannum filium colligit.

583? ANNO ERGO I MAVRICII IMPERATORIS, QVI EST LEOVEGILDI REGIS XV ANNVS.

Leovegildus rex civitatem Hispalensem congregato exercitu obsidet et rebellem filium gravi obsidione concludit, in cuius solacium Miro Suevorum rex ad expugnandam Hispalim advenit ibique diem clausit extremum. cui Eboricus filius in provincia Gallaeciae in regnum succedit. interea Leovegildus rex supra dictam civitatem nunc fame, nunc ferro, nunc Baetis conclusione omnino conturbat.

584? ANNO II MAVRICII IMP., QVI EST LEOVEGILDI XVI ANNVS.

1. Leovegildus muros Italicae antiquae civitatis restaurat, quae res maximum impedimentum Hispalensi populo exhibuit.

2. His diebus Audeca in Gallaecia Suevorum regnum cum tyrannide assumit et Siseguntiam relictam Mironis regis in coniugium accepit. Eboricum regno privat et monasterii monachum facit.

580, 1 = *Isidorus chr.* 404^{a}. 580, 2 = *Isid. chr.* 408, *hist.* 50. 583, 1 = *Isid. hist.* 91. 584, 2 = *Isid. hist.* 92.

3 orientem *U* 5 heresim *P(ESF)* 5/6 a nostra catholica fide] *scripsi,* ad nostram catholicam fidem *libri: 'ita v. c., sed legendum* arrianae' [*immo* arriana] *P*(S^{m}) 7 praeceptionem *P(S)* pollui] ablui P^{II} (E^{m} *solus*) 8 dare] P^{I}*(E)*, dari *U*P^{II} (E^{m}*SF*) 8/9 quam impulsione] *P(SFT) fortasse ex Soriensi,* inpulsione *U*, impulsi *P(E)* 11 italiam *U* autharic *U*, autarich *P(STF)*, antarich *P(E)* 12 caesi] celi *U* 14 uastant *P(SEF)* 15 uictoriacum] *P(ESF)*, uictoriaco *U*P^{III}(S^{m}) 17 mauricio magistro] *P(STF) fortasse ex Soriensi*, magistro *UP(E)* 20 regnat annos xx *postea adscriptum (v. p. 208)* 24 ispalensem *U* 25 solacium] *P(ST) coniectura,* solatio *UP(EF)* 26 ispalim *U* deuenit *P(EF)* eboricus] P^{III}(S^{m}), eburicus *UP(SF)*, eburicius *P(E)*: Euricus *in Fredegarianis* 3, 83 31 ispalensi *U* 32 audeca] P^{III}(S^{m}), andeca *UP(SEF)* galliae P^{II} (E^{m} *solus*) 32/33 siseguntiam *P(ESF)* 33 mironis] minori *U* regnum *U*

3. Leovegildus rex filio Hermenegildo ad rem publicam commigrante Hispalim pugnando ingreditur, civitates et castella, quas filius occupaverat, cepit et non multo post memoratum filium in Cordubensi urbe comprehendit et regno privatum in exilium Valentiam mittit.

4. Mauricius imperator contra Longobardos Francos per conductelam movet, quae res utrique genti non parva intulit damna.

5. Eutropius abbas monasterii Servitani discipulus sancti Donati clarus habetur.

585? ANNO III MAVRICII, QVI EST LEOVEGILDI XVII ANNVS.

1. Mauricius per duces bellum Persis infert.

2. Leovegildus rex Gallaecias vastat, Audecanem regem comprehensum regno privat, Suevorum gentem, thesaurum et patriam in suam redigit potestatem et Gothorum provinciam facit.

3. Hermenegildus in urbe Tarraconensi a Sisberto interficitur.

4. Franci Galliam Narbonensem occupare cupientes cum exercitu ingressi. in quorum congressionem Leovegildus Reccaredum filium obviam mittens et Francorum est ab eo repulsus exercitus et provincia Galliae ab eorum est infestatione liberata. castra vero duo cum nimia hominum multitudine unum pace, alium bello occupat. castrum vero qui Hodierno vocatur tutissimus valde in ripa Rhodani fluminis ponitur, quod Reccaredus rex fortissima pugna aggressus obtinuit et victor ad patrem patriamque redit.

5. Audeca vero regno privatus tondetur et honore presbyteri post regnum honoratus non dubium quod in Eborico regis filio rege suo fecerat, patitur et exilio Pacensi urbe relegatur.

6. Malaricus in Gallaecia tyrannidem assumens quasi regnare vult, qui statim a ducibus Leovegildi regis oppressus comprehenditur et Leovegildo vinctus praesentatur.

7. Leander Hispalensis ecclesiae episcopus clarus habetur.

586? ANNO IIII MAVRICII IMPERATORIS, QVI EST LEOVEGILDI REGIS XVIII ANNVS.

1. Autharic Longobardorum rex cum Romanis congressione facta superat et caesa multitudine militum Romanorum Italiae fines occupat.

2. Hoc anno Leovegildus Rex diem clausit extremum et filius eius Reccaredus cum tranquillitate regni eius sumit sceptra.

587? ANNO V MAVRICII PRINCIPIS ROMANORVM, QVI EST RECCAREDI REGIS PRIMVS FELICITER ANNVS.

1. Mauricius Theodosium filium suum ex filia Tiberi imperatoris natum Caesarem facit.

2. Pelagio iuniore mortuo Romanae ecclesiae Gregorius in episcopatum succedit. [praeest annis XV].

584, 3 = *Isid. hist.* 49. 585, 2 = *Isid. chr.* 407, *hist.* 49. 585, 5 = *Isid. hist.* 92. 585, 7 = *Isid. chr.* 408 a.

1 ernenegildo *libri* ad rem publicam] *scr. opinor* ad Romanos: *nam ita praeterea Iohannes scribit Byzantios intellegens.* ispalim *U*, *om.* $P^{III}(S^{m})$ 6 utrique] utique $P^{III}(S^{m})$ 7 abba *P(S)* seruitani] *P(EFS)*, siruitani *U* 9 persis] *P(SF) fortasse ex Soriensi, om. UP(E)* 10 audecanem] $UP^{III}(S^{m})$, andecanem *P(SF)*, andecanim *P(E)* 11 suam in pot. red. *P(E)* 13 tarrogonensi *U* 15 leou.] l. rex *P(STF)* reccaredum] reccarendum *U*, recarendum *P(SEF)* 16 rep. ex.] *U*, ex. rep. *P* gallatiae *P(E)* inf. est *P(E)* 17 alium] *U*, alterum *P(SEF)* 18 qui] quod *P(E)* hodierno] $UP^{I}(ES)^{III}(S^{m})$, hodierno die *P(F)*, ugerno P^{II} (*'alias* ugerno' $E^{m}S^{m}$) *coniectura sine dubio, sed recta.* tutissimum *edd.* quod] que *U* 18/19 reccaredus] *scripsi semper,* recaredus *libri plerumque.* 20 audeca] $UP^{III}(S^{m})$, audeca *P(ESF)* presbiterii *U* honoratur *libri* 21 non dubium *fortasse delendum* 23 maluricus *P(E)* gallecie *U* tyrannidem] tyrannus omnem *P(F)* 24 regis *om. P(E)* 25 ispalensis *U* 28 anthane *P(E)* cum] in *P(ES)* 32 principis] imp. *P(ESF)* 36 praeest annis XV *non sunt Iohannis (v. p. 210)*

3. Romani per Francorum adiutorium Longobardos vastant et provinciae Italiae partem in suam redigunt potestatem.

4. Sisbertus interfector Hermenegildi morte turpissima perimitur.

5. Reccaredus primo regni sui anno mense X catholicus deo iuvante efficitur et sacerdotes sectae Arrianae sapienti colloquio aggressus ratione potius quam imperio converti ad catholicam fidem facit gentemque omnium Gothorum et Suevorum ad unitatem et pacem revocat Christianae ecclesiae. sectae Arrianae gratia divina in dogmate veniunt Christiano.

6. Desiderius Francorum dux Gothis satis infestus a ducibus Reccaredi regis superatur et caesa Francorum multitudine campo moritur.

7. Reccaredus rex aliena a praecessoribus direpta et fisco sociata placabiliter restituit. ecclesiarum et Monasteriorum conditor et ditator efficitur.

588? ANNO VI MAVRICII, QVI EST RECCAREDI II ANNVS.

1. Quidam ex Arrianis, id est Sunna episcopus et Segga, cum quibusdam tyrannidem assumere cupientes deteguntur; convicti Sunna exilio truditur et Segga manibus amputatis in Gallaeciam exul transmittitur.

2. Mauricius Theodosium filium, quem supra Caesarem diximus, Romanorum imperatorem facit.

589? ANNO VII MAVRICII, QVI EST RECCAREDI REGIS TERTIVS ANNVS.

1. Uldida episcopus cum Gosuintha regina insidiantes Reccaredo manifestantur et fidei catholicae communionem, quam sub specie Christiana quasi sumentes proiciunt, publicantur. quod malum in cognitionem hominum deductum Uldida exilio condemnatur, Gosuintha vero catholicis semper infesta vitae tunc terminum dedit.

2. Francorum exercitus a Gonteramno rege transmissus Bosone duce in Galliam Narbonensem obveniunt et iuxta Carcassonensem urbem castra metati sunt. cui Claudius Lusitaniae dux a Reccaredo rege directus obviam inibi occurrit. tunc congressione facta Franci in fugam vertuntur et direpta castra Francorum et exercitus a Gothis caeditur. in hoc ergo certamine gratia divina et fides catholica, quam Reccaredus rex cum Gothis fideliter adeptus est, esse cognoscitur operata, quoniam non est difficile deo nostro, si in paucis, una in multis detur victoria. nam Claudius dux vix cum CCC viris LX ferme milia Francorum noscitur infugasse et maximam eorum partem gladio trucidasse. non inmerito deus laudatur temporibus nostris in hoc proelio esse operatus, qui similiter ante multa temporum spatia per manum ducis Gedeonis in CCC viris multa milia Madianitarum dei populo infestantium noscitur extinxisse.

587, 5 = *Isid. hist.* 52. 588, 1 = *Isid. hist.* 55. 589, 2 = *Isid. hist.* 54.

3 hermenegildi] *P(EF)*, hermegildi *UP(S)* 4 iuvante *P(E)* et] *P(ESF)*, que *U* 5 ratione] *P(ESF)*, idem *U* 6/7 unitatem et] *P(ESF)*, imitantemque *U* 7 sectae] et sectae *P(S)* 10 campo] *U*, in campo *P(ESF)*, campa (*om.* in) $P^{III}(S^{m})$ 11 praedecessoribus *P(ESF)* sociate *P(E)* 13 ii annus *ad* 19 reccaredi regis *om. P(F)* 14 siuma] summa *U*, sunna *P(ES)* 15 siuma] *U*, sunia $P^{II}(E^{m}S^{m})$, sunna $P^{I}(ES)$ traditur *P(ES)* 16 exulans mittitur *P(E)* 20 uldida] UP^{II} (E^{m} *solus*), uldila $P^{I}(ESF)$ gosuinta P^{II} (E^{m} *solus*), gosiunta *U* 21 communionem . . . publicantur (puplicantur *U*)] *scr.* communione . . . privantur 22 uldila *P(ESF)* exilio] *P(ESF)*, *om. U* gosiunta *U* 24 gonteramno] $UP^{III}(S^{m})$, gouteramno *P(S)*, goteramno *P(EF)* 26 tunc] $P^{II}(E^{m})$, cum *U*, cum quo $P^{I}(ESF)$ 27 franti *U* directa *U* et *om. U* 29 cum] $UP^{II}(E^{m}SF)$, in $P^{I}(E)$ noscitur *P(ES)* quoniam] quemadmodum *P(E)* 30 si in paucis (paruis *U*) una in multis] *UP(SFT)*, siue in paucis siue in multis *P(E) coniectura puto: fortasse pro* una *scr.* ut ita cladius *U* 31 lx ferme milia] *U*, lx m ferme $P^{I}(ESF)$, lx fere (seu E^{m}) millia $P^{II}(E^{m}S^{m})$ 34 extintisse *U*

590? ANNO VIII MAVRICII IMPERATORIS, QVI EST RECCAREDI REGIS IIII ANNVS.

1. Sancta synodus episcoporum totius Hispaniae, Galliae et Gallaeciae in urbe Toletana praecepto principis Reccaredi congregatur episcoporum numero LXXII, in qua synodo intererat memoratus christianissimus Reccaredus, ordinem conversionis suae et omnium sacerdotum vel gentis Gothicae confessionem tomo scriptam manu sua episcopis porrigens et omnia, quae ad professionem fidei orthodoxae pertinent, innotescens, cuius tomi ordinem decrevit sancta episcoporum synodus canonicis applicare monimentis. summa tamen synodalis negotii penes sanctum Leandrum Hispalensis ecclesiae episcopum et beatissimum Eutropium monasterii Servitani abbatem fuit. memoratus vero Reccaredus rex, ut diximus, sancto intererat concilio, renovans temporibus nostris antiquum principem Constantinum Magnum sanctam synodum Nicaenam sua illustrasse praesentia, nec non et Marcianum Christianissimum imperatorem, cuius instantia Calchedonensis synodi decreta firmata sunt: siquidem in Nicaena urbe haeresis Arriana et initium sumpsit et damnationem meruit radicibus non amputatis, Calchedona vero Nestorius et Eutyches una cum Dioscoro ipsorum patrono et haeresibus propriis condemnati sunt. in praesenti vero sancta Toletana synodo Arrii perfidia post longas catholicorum neces atque innocentium strages ita radicitus amputata insistente principe memorato Reccaredo rege, ut ulterius non pullulet catholica ubique pace data ecclesiis. haec ergo nefanda haeresis, secundum quod scriptum est: 'de domo domini exiet temptatio', ab Alexandrina ecclesia detegente sancto Alexandro eiusdem urbis episcopo per Arrium presbyterum inolevit, qui in Nicaena synodo CCCXVIII episcoporum iudicio vicesimo imperii Constantini senioris anno synodaliter damnationem cum proprio errore suscepit. quae post haec non solum Orientis et Occidentis partem maculavit, sed etiam meridianam et septentrionis plagam et ipsas insulas sua perfidia irretivit. a vicesimo ergo imperii Constantini principis anno, quo tempore haeresis Arriana initium sumpsit, usque in octavum annum Mauricii principis Romanorum, qui est Reccaredi quartus regni annus, anni sunt CCLXXX, quibus ecclesia catholica huius haeresis infestatione laboravit: sed favente domino vicit, quoniam fundata est supra petram.

2. In his ergo temporibus, quibus omnipotens deus prostrato veternosae haeresis veneno pacem suae restituit ecclesiae, imperator Persarum Christi suscepit fidem et pacem cum Mauricio imperatore firmavit.

3. Reccaredo ergo orthodoxo quieta pace regnante domesticae insidiae praetenduntur. nam quidam ex cubiculo eius, etiam provinciae dux nomine Argimundus adversus Reccaredum regem tyrannidem assumere cupiens, ita ut, si posset, eum et regno privaret et vita. sed nefandi eius consilii detecta machinatione comprehensus et in vinculis ferreis redactus habita discussione socii eius impiam machinationem confessi condigna sunt ultione interfecti. ipse autem Argimundus, qui regnum assumere cupiebat,

---

590, 1 = *Isid. hist.* 53. 590, 3 = *Isid. hist.* 55.

4 quo *U* 7 professionem] P^{I}*(E)*, prophesionem P^{II}*(E*^{m}*)*, profectionem *U*, perfectionem *P(SF) coniectura* 8 cuius] eus *U* 9 ispalensis *U* 10 seruitani] *P(ESF)*, sirbitani *U* 10/11 recharedus *U* 12 nichenam *U* potentia *P(E)* 14 formata *P(ES)* in] et in *P(SEF)* 15 calcidona *U*, chalcedone *P(ESF)* 16 eutyches] P^{II}*(E*^{m}*)*, eutychis P^{II}*(S*^{m}*)*, eutices *U*, eutychius P^{I}*(SEF)* 18 rad. amp.] *U*, est rad. amp. *P(SF)*, rad. amp. est *P(E)* 20 de domo domini exiet temptatio] *haec verba Dillmannus monuit sumpta videri ex epistula Petri altera 4, 17: καιρὸς τοῦ ἄρξασθαι τὸ κρίμα ἀπὸ τοῦ οἴκου τοῦ θεοῦ, apud Hieronymum ita reddita:* tempus est, ut incipiat iudicium a domo dei, *hic propter odium Alexandrinorum consulto ita mutata, ut iudicio substitueretur temptatio eo sensu, quo usurpatur a Christianis, incipiendi vocabulo vocabulum exeundi.* 24 etiam] et *P(ESF)* 26 imperii *om. P(E)* 28 cclxxx] U^{b} P^{II}*(E*^{m}*S*^{m}*)* ^{III}*(S*^{m}*)*, ** lxxx U^{a}, cclxii P^{I}*(SEFT): auctor si scripsit a. 590, ab a. 324 ad eum numerantur CCLXVI.* 29 domino] deo *P(E)* 37 discursione *U* 38 archemundus *U*

primum verberibus interrogatus, deinde turpiter decalvatus, post haec dextra amputata exemplum omnibus in Toletana urbe asino sedens pompizando dedit et docuit famulos dominis non esse superbos.

Colliguntur omnes anni

ab Adam usque ad diluvium anni IICCXLII.

a diluvio usque ad Abraham anni DCCCCXLII.

ab Abraham vero usque ad nativitatem domini nostri Iesu Christi secundum carnem anni IIXV.

fiunt simul anni VCXCVIIII.

porro a nativitate domini nostri Iesu Christi usque in annum VIII Mauricii principis Romanorum anni DXCII.

fiunt simul omnes anni ab Adam usque in annum VIII Mauricii principis Romanorum, qui est IIII annus Reccaredi Gothorum regis, anni VDCCXCI.

---

3 dominii *P(E)* *in* superbos *finiunt P(SEF) et teste Perezio Soriensis (vide p. 166)* 4—13 *habet solus U* 9 ūcxcuiiii] ūclx (*pro* lxl) uiiii *U* 11 dlxii (*pro* dlxlii) *U* 13 *post* regis *quae habet U* in quo est era dcxxx et a principio *non sunt Iohannis, sed librarii eius, a quo veniunt relata p. 169* ūdccxci] anni ūdcclx (*pro* lxl)i *U; quae sequuntur adiecta a librario posteriore dedimus supra p. 169*

CHRONICORVM CAESARAVGVSTANORVM RELIQVIAE.

Chronica, quorum reliquias edimus, a Perezio attributa Iohanni Biclarensi perperam omnino, scripta esse apparet Caesaraugustae: nam quae propria auctor habet, eorum pleraque pertinent ad eam urbem, alia ad alias provinciae Tarraconensis civitates Dertosam Barcinonem Gerundam. pronum igitur fuit conicere, id quod coniecit in schedis Bethmannus et diligenter exposuit Hugo Hertzberg (*die Historien und die Chroniken des Isidorus,* Gottingae 1874 p. 65 seq.), cum Isidorus non solum in recensu illustrium scriptorum tres sexti saeculi chronicorum scriptores laudet Victorem Tonnennensem, Iohannem Gerundensem, Maximum Caesaraugustanum, sed etiam ut Victorem et Iohannem ita hunc quoque Anonymum compilarit, haec ad marginem Victoris et Iohannis servata proficisci ex chronicis Maximi Caesaraugustani [1]). Scilicet *Maximus,* Isidorus ait c. 65 [46] postremo [2]), *Caesaraugustanae civitatis episcopus multa versu prosaque componere dicitur. scripsit et brevi stilo historiolam de iis quae temporibus Gothorum in Spaniis acta sunt historico et composito sermone. sed et multa alia scribere dicitur quae needum legi.* idem interfuit conciliis duobus Barcinonensi a. 599 [3]) et Egarensi a. 614 [4]). neque obstat, quod tamquam de aequali eo tractat Isidorus (c. 570—636), adnotationes autem hae desinunt in a. 568: nam horum chronicorum auctorem in eo anno scribendi finem fecisse tantum abest, ut inde colligas, ut e contrario verisimile sit adnotatorem, a quo illae veniunt, Hispanum hominem cum Victoris et Iohannis chronica haberet, deficeret autem in Victorianis rerum Hispanarum notitia et maxime regum Gothorum recensus, eum defectum ex Caesaraugustanis chronicis supplevisse. ad Biclarensem talia addere necesse non habuit. et recte observavit Hertzbergius apud Isidorum non solum plura adesse videri ex hisce chronicis excerpta quam servavit margo illa, sed etiam post a. 568 uno certo loco Caesaraugustani scriptoris indicium ibi comparere, nempe c. 50 ad a. 580 in narratione de Vincentio Caesaraugustano episcopo. ceterum nobis inutile visum est quae coniectura hisce chronicis addi poterunt ex Isidorianis hoc loco recensere, cum fines parum certo regantur, ipsa autem Isidoriana infra edantur.

Perezius, cui praeter excerpta Vasaei uni hae chronicorum reliquiae acceptae ferendae sunt, usus est eorum libris duobus hodie deperditis ambobus, quorum alterum, aut a Paezio aut a Docampo (supra p. 172) descriptum ex Alcobaciensi repraesentat liber Perezianus Escorialensis *(E),* alterum, nimirum veterem codicem Gothicum Soriensem quem dicit nominatim eum adlegans hic ad a. 450, adhibuit ad recensionem Segobrigensem *(S).*

---

1) Inter suppositicia quae saec. XVI finxit Higueira etiam Maximi chronica reperiuntur, de quibus iam licebit tacere. 2) Librorum (cf. p. 178) varia lectio haec est: *caesaragustanes* Paris. 1791 — *uersa* Bern. — *historioleam* Casin., *historialam* Paris. 1792 — *de iis quae*] *de eis quae* Matr., *de his quae* Paris. 12160, *de aeaqueae* 1791, *de ea quae* Bern. Cas. — *storico* Bern. 3) Mansi 10, 484: *Maximus ecclesiae Caesaraugustanae minister.* 4) Mansi 10, 531: *Maximus* sede non enuntiata, sed videtur esse idem. secundum tempora eorum, qui in sede ea ei successerunt Iohannes et Braulio, Maximus obiit ante a. 621 (Hertzberg Isidorus p. 66).

ad a. 450. His diebus Gotthi contra Hunnos dimicant in campis Catalaunicis, in quo proelio Theodoredus rex occubuit et Gotthi victores extiterunt et dimicant Thurismundo rege. Attila rex Hunnorum nusquam comparuit.

ad a. 451. Post Theodoredum Thurismundus filius eius Gotthorum regna regit an. VI.

ad a. 457 [*ad verba p. 186, 19* Calchedonensis synodi]. His temporibus Theodoricus frater Thurismundi Gotthorum regnum regit an. IX.

ad a. 458. His diebus Gotthi contra Suevos dimicant in campo Paramo iuxta flumen Orbicum, in quo proelio Gotthi extitere victores.

ad a. 460. His diebus Maioranus imp. Caesaraugustam venit.

ad a. 461. His conss. Maioranus imp. a Ricimiro interfectus est.

ad a. 462. Leone et Severo.

ad a. 463. Viviano et Basilio.

ad a. 466. His diebus Theodoricus rex Gotthorum a suis gladio interfectus est et Euricus frater eius Gotthorum rex efficitur. regnat ann. XVI.

ad a. 473. His coss. Arelatum et Massilia a Gotthis occupata sunt.

ad a. 485. His diebus Euricus rex moritur et Alaricus filius eius pro eo rex Gotthorum efficitur. regnat an. XXIII.

ad a. 490. Hoc cos. Theudericus Ostrogotthorum rex a Thracia et Pannonia Italiam venit.

ad a. 492. Hoc cos. Odoacrus tyrannus a Theuderico rege interfectus est.

ad a. 494. His conss. Gotthi in Hispanias ingressi sunt.

ad a. 496. His coss. Burdunelus in Hispania tyrannidem assumit.

ad a. 497. His coss. Gotthi intra Hispanias sedes acceperunt et Burdunelus a suis traditus et Tolosam directus in tauro aeneo impositus igne crematus est.

ad a. 504. His coss. Caesaraugustae circus spectatus est.

ad a. 506. His cons. Dertosa a Gotthis ingressa est. Petrus tyrannus interfectus est et caput eius Caesaraugustam deportatum est.

---

ad 450 *E, in Soriensi adscriptum fuisse ad a. 448 ait Perez in S: 'esta nota marginal in v. c. Gotthico está mas arriba en Posthumiano et Zenone, però mejor está aqui, porque fué anno 452 (sic)'* his] hic *E* gottii *E* unos *E* cathalaunicis *S*, cachalaunicis *E* gotte *E* et dimicant] *S*, dimicante *E* turismundo *ES* hunorum *E* 451 *(laudat Vasaeus)* theuderedum *S* turismundus *E* regna] regia *E* ui] *S cum Vasaeo*, xu *E* 457 regnum *om. E* 458 his] hic *E* 460 *(laudat Vasaeus)* 461 maiorianus *E* 462. 463 *Victor cum in suis chronicis ad annos hos solos consules Orientis ponat, scilicet ad a. 462 Leonem II, ad a. 463 Vivianum, in hisce videntur fuisse secundo loco occidentales, scilicet a. 462 Severus, a. 463 Basilius; vide adn. ad Victorem* 466 his] hic *E* xui] *ES*, xuiii *Soriensis* (*S*m: 'xuiii *dicitur in v. c.'*) 485 euricus] *S*, erudicus *E* gotthorum *om. E* 490. 492 *om. E* 494 *(habet Vasaeus)* goti] *S (sic, non* gotthi *ut praeterea) puto ex Soriensi*, saci *E cum Vasaeo ('annotationes marginales libri Alcobaciensis testantur . . . Sacos in Hispaniam irrupisse Asterio et Praesidio coss., de qua re nihil usquam alibi legi, nisi quod Plinius Sacas in Scythia ponit')* 496 *(habet Vasaeus)* burdunelus *ES*, burdunellus *Vasaeus*, burdimelus *Scal. errore* 497 *(habet Vasaeus)* his] hic *E* a suis] *S*, assuit *E* 504 caesaraugu. . . . . *E margine resecto* spectatus] *S*, expectatus *E* 506 *(habet Vasaeus)* gottis] . . . ttis *E* petrus tyrannus] *S cum Vasaeo*, pe//us tirannus *E marg. resecto, unde* Petyrannus *Scal.* inter . . ctus *E* et apud (sic) eius | . . esaraugustam depor . . atum est *E*

ad a. 507. His diebus pugna Gotthorum et Francorum Boglada facta. Alaricus rex in proelio a Francis interfectus est: regnum Tolosanum destructum est.

ad a. 508. Post Alaricum Gisaleecus rex ex concubina eius filius Gotthorum rex efficitur: regnat an. VII.

ad a. 510. His coss. Gesaleeus Goericum Barcinone in palatio interfecit. quo anno idem Gesaleeus ab Hebbane Theodorici Italiae regis duce ab Hispania fugatus Africam petit.

ad a. 511: comes uero Veila Barcinone occiditur.

ad a. 513. 1. His coss. Gisaleeus de Africa rediens ob motum Hebbanis Aquitaniam petiit ibique latuit annum unum.

2. [*ad verba p. 195, 19* simulque et.] Post Alaricum Theodoricus Italiae rex Gotthos regit in Hispania an. XV, Amalarici parvuli tutelam gerens.

ad a. 525 (*scilicet* p. c. Iustiniani II et Apionis). His coss. Amalaricus Gotthorum rex efficitur: regnat an. V.

ad a. 529. His diebus Stephanus Hispaniarum praefectus efficitur. qui tertio anno praefecturae suae in civitate Gerundensi in concilio discinctus est.

ad a. 531. His coss. Amalaricus rex cum Hildiberto Francorum rege in Gallia superatus Narbonensi in proelio Barcinonem fugiens venit ibique a Franco nomine Bessone angone percussus interiit.

ad a. 541. Hoc anno Francorum reges numero V per Pampelonam Hispanias ingressi Caesaraugustam venerunt, qua obsessa per quadraginta novem dies omnem fere Tarraconensem provinciam depopulatione attriverunt.

ad a. 542. His diebus inguinalis plaga totam paene contrivit Hispaniam.

ad a. 544. Thiudi mortuo Thiudisclus Gotthos regit an. I m. VII.

ad a. 545. Thiudisclo mortuo Agila Gotthos regit annos V m. VI.

ad a. 552. Agilane mortuo Athanagildus, qui dudum tyrannidem assumpserat, Gotthorum rex efficitur. regnat an. XV.

ad a. 568 (*Ioh. Bicl. ad verba p. 212, 1* his temporibus). Hic Athanagildus Hispalim civitatem Hispaniae provinciae Baeticae sitam bello inpetitam suam fecit, Cordubam vero frequenti incursione admodum laesit.

---

507 . . is diebus pugna gotto | . . . ū cu *(sic)* francorum boglado | . . reta *(sic;* bogladoreta *Scaliger)* alaricus rex in | . . aelio a trancis *(sic)* inter | . . ctus est legum *(sic)* tolosanum | . . estructum est *E margine resecto* 508 *om. E* 510 idem gesalicus *E* hebbane] helbane *ES* (*fere cum Vasaeo:* ab Ilba), heobane *Soriensis* (*S*m: 'heobane *in v. c.*') italiae] *E*, italorum *S* ueila] *S*, ueilia *E* 513, 1 gisalecus *S*, gilasius *E* hebbanis] helbanis *ES* anno unum *E* 2 gotthos] *S*, gotthorum *E* amaralici *E* 525 amalalicus *E* 529 consilio *E* 531 rex *om. S* hildiberto] *S*, hidiberto *E* regi *E* bessone] *S*, besone *E* 541 *(habet Vasaeus)* quam obsessam *libri* per quadraginta novem dies] *Soriensis* (*S*m: '*in v. c. dicitur* per q. n. dies'), per tres dies *ES*, per octodecim dies *Vasaeus: notarum* X *et* XL *in hac litteratura similitudo errores generavit* attriuerunt] *S*, //triuerunt *E margine resecto*, triuerunt *Scal.* 542 *(habet Vasaeus)* 544 *(habet Vasaeus)* tindi *E* thiudisolus *S*, tiudisolus *E* 545 *(habet Vasaeus)* thiudisolo *S*, tiudisolo *E* 568 *om. E* ciuitati *S*

MARII
EPISCOPI AVENTICENSIS
CHRONICA

A. CCCCLV—DLXXXI.

LIBER ADHIBITVS:

L = Londiniensis musei Britannici n. 16974.

Marius episcopus, cuius haec chronica sunt, is est qui concilio Matisconensi a. 585 subscripsit sic: *Marius episcopus ecclesiae Aventicae* (concil. Gall. ed. Maur. I p. 1305). praeterea in annalibus Lausonnensibus scriptis saec. X exeunte (MG. 3, 150 et emendatius apud Iaffeum in add. ad meam Cassiodoriani chronici editionem priorem p. 686) adscriptum est manu recentiore ad a. 601: *Marius Aventicensis seu Lausonensis obiit;* eodem anno manu antiquiore dicitur obiisse rex Guntramnus mortuus vere a. 592 vel 593. Conon denique praepositus ecclesiae Lausannensis inter gesta episcoporum Lausannensium, quae composuit a. 1235 (MG. SS. 24, 793), ex 'veteri regula Lausannensi et nova' post verba supra allata ex annalibus antiquioribus repetita ita pergit: *suscepit autem episcopatum anno ab incarnatione domini DLXXXI et tenuit annis XX mensibus octo et vixit annis LXIIII.* eadem redeunt alio loco sic: *Conon prepositus Lausannensis audivit ab antiquis fide dignis, qui audierant a predecessoribus suis, quod beatus Marius Lausannensis episcopus fuit natus de episcopatu Eduensi de nobili genere* (*ubi adhuc eius vita scripta esse dicitur* addit Conon alibi), *et invenit in cartulariis beate Marie Lausannensis, quod suscepit episcopatum Lausannensem anno ab incarnatione domini DLXXXI et tenuit annis XX mensibus VIII et vixit annis LXIII* (sic). item alio loco Conon: *idem servus Christi Marius episcopus in honore sanctae Mariae genitricis templum et villam Paterniaeam in solo construxit proprio dedicavitque sub die VIII kal. Iulii indictione V, episcopatus vero sui anno XIV regnante donno Guntrando rege.* sequuntur excerpta ex annalibus antiquioribus supra citatis de obitu regis Guntrandi et successione Childeberti. denique Conon: *epytaphium beati Marii tale est:*

Mors infesta ruens quanvis ex lege parentis
  moribus instructis (-tus *cod.*) nulla nocere potest,
hoc ergo Marii tumulantur membra sepulcro
  summi pontificis, cui fuit alma fides.
clericus officio, primaevis tonsus ab annis
  militia exacta dux gregis egit oves.
nobilitas generis radians et origo refulgens
  de fructu meriti nobiliores tenet.
ecclesiae ornatus vasis fabricando sacratis
  et manibus propriis praedia iusta colens.
iustitiae cultor, civium fidissima virtus,
  norma sacerdotum pontificumque decus,
cura propinquorum, iusto bonus arbiter actu,
  promptus in obsequiis corpore casto dei.
humanis dapibus fixo moderamine fultus
  pascendo inopes se bene pavit ope,
ieiunando cibans alios, sibi parcus edendo,
  horrea composuit quo modo pastor abit

pervigil in studiis domini, exorando fidelis
nunc habet inde requiem unde caro fessa fuit.
quem pietate patrem dulcedinis arva (arma *cod.*) tuentem
amissis terris credimus esse polis.

De origine Marii ex oppido Augustoduno quae Conon affert, ut fama tradita ita fide sublesta sunt. contra epitaphium ex titulo sepulcri descriptum esse probabile est indidemque videntur proficisci anni vitae et anni mensesque episcopatus more eius aetatis carmini subscripti: neque fides Cononis infringitur eo, quod omnia ea non tam ex lapide descripsisse videtur quam ex chartulario ecclesiae Lausannensis. denique titulum ecclesiae Paterniaci a Mario dedicatae sive Conon ipse vidit sive hunc quoque ex collectaneis vetustioribus deprompsit, causa nulla est cur ei diffidamus. ea si dedicata est regnante rege Gunthramno, id est inter a. 561 et 592 vel 593 (Krusch script. Merov. 2 p. 576) et indictione V, id est a. aut 572 aut 587, episcopatus autem Marii anno XIV, hic sedere coepit a. 574, dedicavit ecclesiam illam a. 587, obiit a. 594, vitae anno LXIII vel LXIV, id est natus a. 530 vel 531. indictionem enim V si referimus ad a. 572, Marius obiit a. 579, id quod cum reliquis certis testimoniis conciliari non potest. contra cum supra positis annis convenit, quod chronica quae habemus perscripta primum ad a. 567 (eo enim ducit computatio ibi adiecta) a. 581 episcopus iam absolvit, item quod a. 585 interfuit concilio Matisconensi. convenit item, quamquam non accurate, quod, id quod significant veteres annales, rex Gunthramnus et Marius episcopus eodem fere tempore obierunt. annus autem obitus 601 ex erroneo de Gunthramni mortis anno effectus et, quem inde deduxit Conon, coepti episcopatus a. 581 reiciendi sunt. diem obitus cum Conon non enuntiet, in necrologio quodam ecclesiae cathedralis Lausannensis scripto c. a. 1510 (Grémaud *mém. de la Suisse Romande* vol. 18 a. 1863 p. 223) leguntur haec: *Dec. 31 Silvestri pape et Marii episcopi: hodie fit processio ad ecclesiam sancti Marii, in qua r. d. prior distribuit dnis can. presentibus in eadem I s(olidum) cuil(ibet).*

Aventicense episcopium postea translatum esse Lausannam ut satis constat, ita quando translatum sit, ignoratur, potestque propterea dubitari, utrum Aventici Marius libellum scripserit an Lausannae: sed cum subscribens concilio illud solum nominet, verisimile est post eum episcopii sedem mutatam esse.

Titulum Marius adnotationibus suis fortasse nullum praescripsit satis habens eas subiungere chronicis Prosperianis; certe propria libelli inscriptio nobis non est tradita. ut in annis mundi computandis (vide adnotata ad a. 567) ita in ordinandis iis secutus est quem continuavit Prosperum, nimirum praescriptis consulatibus res gestas enarravit. et consulares annos suos esse voluit ad finem usque, sed erravit auctor degens in Occidente et rerum Byzantiarum parum gnarus in consulatibus epochae Iustini II et Tiberii. scilicet Iustinus Augustus factus a. 565 Nov. 14 vere consul processit primum a. 566, iterum a. 568, Tiberius ei succedens a. 578 Oct. 5 consul processit a. 579 debueruntque secundum ea appellari anni sic:

566 Iustino cos.
567 p. c. Iustini
568 Iustino cos. II
569—578 p. c. Iustini II anno I—X
579 Tiberio cos.
580. 581 p. c. Tiberii anno I. II

Marius e contrario annum 566 fecit post consulatum Basilii XXV, a. 567—579 dixit *annos I—XIII consulatus Iustini iunioris Augusti*, a. 580—581 *annos I. II consulatus Tiberii Constantini Augusti*, quae annorum appellatio consularis aliquatenus accedens ad eorundem Augustorum appellationem imperatoriam (secundum eam Iustini annus primus

est 565 Nov. 14 ad 566 Nov. 13, annus decimus tertius et ultimus 577 Nov. 14 ad 578 Oct. 5) Mario nostro propria est et omnino perversa. — Praeterea ad consules Marius adscripsit indictiones, sed ab a. demum 523, quem cur elegerit, non perspicitur: certe a. demum 537 Iustinianus constituit, ut annus non solum consulari et imperatoria appellatione, sed etiam per indictionem enuntiaretur. aequat autem Marius cum anno consulari a calendis Ianuariis incipiente indictionem eam, quae currit iisdem calendis, itaque indictio quam ponit prima a. 523 vere coepit a. 522 Sept. 1 et sic deinceps. — Imperatorios regiosve annos Marius nullos posuit. errore Iustiniani mortem traxit ad a. 566 pro 565, Iustini II ad 579 pro 578; annos huius imperatorios modo diximus fortasse eum confudisse cum consularibus.

Inter subsidia scripta, quae Marius adhibuit, primum locum obtinent fasti consulares. eorum usurpavit laterculum exactum ad usum Occidentis: scilicet ubi secundum leges receptas collocatio duorum collegarum alia erat in Orientis partibus, alia in Occidentis, plerumque Marius hanc secutus est consulem Orientalem aut secundo loco collocans aut omittens. exceptionem faciunt quinque loci a. 490 *Longino et Fausto* — a. 505 *Sabiniano et Theodoro* — a. 513 *Clementino et Probo* — a. 517 *Anastasio et Agapito* — a. 521 *Iustino II et Valerio,* quorum primus aliquatenus defenditur titulis aliquot occidentalibus similiter conceptis (C. I. L. V, 5210. 5417. XII, 2058), quartum et quintum excusant nomina a scriptore errore credita imperatoria. ad consularia Italica, quibus Marium usum esse videbimus, Mariana etsi prope accedunt (ut a. 466 Tatianum collegam Leonis agnoscunt soli hi duo laterculi et Veronensis: cf. *neues Archiv* 14, 236 not. 2), tamen non ita concordant, certe ut consularia Italica nos accepimus tradita, ut Mariana inde possis contendere descripta esse: exempli causa annus 500 in Italicis notatur *iterum post consulatum Paulini,* in Marianis consulibus Orientis duobus *Patricio et Hypatio;* item annus 512 in Italicis est *post consulatum Felicis,* in Marianis *Paulo et Moschiano* Orientalibus duobus et ipsis: similiter annus 518 in Italicis est *post consulatum Agapiti,* in Marianis *Magno.* item a. 490 Longinum, a. 505 Sabinianum, a. 506 Ariobindam, a. 507 Celerem (vere referendum ad a. 508), a. 511 Secundinum, a. 513 Clementinum, a. 515 Anthemium, a. 517 Anastasium, a. 519 Iustinum, a. 520 Vitalianum, a. 521 Iustinianum consules Orientis omnes omittunt consularia Italica, habent Mariana. scilicet fastorum laterculi omnes, ut exposui alibi (*neues Archiv* 14, 235), cum ad consules in suis partibus creatos postea adicere deberent creatos in alteris, haec additamenta modo neglecta sunt, modo sine aequabilitate nec raro cum errore adscripta. diversa ratione erravit Marius a. 458 Maiorianum utpote Occidentis Augustum Leoni praeponens: id enim quamquam regula flagitat, eo anno constat Occidentis imperatorem locum priorem cessisse collegae splendidiori. itaque quamquam origo ex Occidente nequaquam in Marianis oblitterata est, expletio laterculi ex fastis Orientis latius multo processit atque in Italicis factum est, nec satis fidum ducem Marium experimur in dignoscendis utriusque partis consulibus. omnino in eiusmodi diversitates qui ratione inquirit causasque errorum diligenter expendit, acutissimas quasque virorum doctorum coniecturas non raro vero fundamento carere intelleget.

Consularia igitur adhibuit Marius Italica aucta et mutata adsumpto exemplari altero consules Orientales in illis omissos complures suppeditante et habente indictiones a nostris chronicorum Italicorum reliquiis alienas. hoc decidi non potest, utrum ipse duos laterculos diversos inter se contulerit an nactus sit exemplar fastorum Italicorum ita expletum, ut apud ipsum leguntur. utut est, consularium Italicorum adnotationibus quoque, ut supra (vol. I p. 252) observavimus, ita usus est, ut ad annum certe 500 quae habet Italica omnia inde deprompta videantur: neque enim obstat, quod quae habet Marius modo in his modo in illis excerptis consularium illorum redeunt adeoque quaedam, ut Ravennae locus a. 461, in nullis adsunt, neque enim plena consularia illa

ad nos pervenerunt. indidem repetenda crediderim quae per sextum saeculum narrantur tam Italica quam spectantia ad universum imperii statum; nam consentaneum est horum chronica illa magis quam antea rationem habuisse Italia a Iustiniano recuperata. pertinent eo narrationes a. 524—526 de obitu Boethii Symmachi Theoderici, quae redeunt quamquam breviata et corrupta inter reliquias consularium Italicorum (v. vol. I p. 332. 333 et tractatum de adnotationibus cyclorum Dionysianorum ib. p. 752), a. 532 de Nica seditione Constantinopolitana, a. 534 de recepta Africa, denique ab a. inde 535 pleraque certe quae narrantur de rebus gestis in Italia temporibus Belisarii et Narsetis, obitus Iustiniani (a. 566 pro 565) et Iustini II (a. 579 pro 580), cum praecedentium imperatorum successiones non enuntientur. horum omnium quamquam in excerptis chronicorum eorum priore volumine compositis exiles admodum reliquiae inveniuntur, ea late in iis enarrata fuisse et per se extra dubium est et confirmat summa similitudo excerptorum horum Marianorum cum locis qui respondent apud Marcellinum comitem eiusque continuatorem, ad quam demonstrandam hos apposui ad a. 538. 539, reliquis ad a. 548, quo continuatio illa abruumpitur, in margine adlegatis. non multa Marius habet ad chronica Italica probabiliter referenda a Marcellino omissa, ut in relatione a. 535 numerum interfectorum praeterea non memoratum nisi apud auctores Graecos. at aliis locis a relatione ea, quam probabiliter referemus ad chronica Italica, Marius ita recedit, ut non inde eum pendere verisimile sit. ita qui Mario est Baduila nomine legitimo, Marcellino appellatur vulgari vocabulo Totila. item a. 538. 539 Mediolani excidium cum Marcellinus Gothis adscribit, Marius Gothis Burgundionibusque, verisimile est hos adiecisse virum paene aequalem ex suae regionis memoria. Francorum quoque ubi meminit, fieri potest, ut annales non tam Italicos adhibuerit quam eos de quibus statim dicetur.

Annalibus Gallicis iis, quos adhibuit compilator anni 511, etiam Marium usum esse supra (vol. I p. 627) observavimus; quae similia habent duo auctores cum non perveniant nisi ad annos 460. 463. 467, pleraque quae Marius solus refert spectantia ad partes easdem redeunt sine dubio ad annales eosdem a Mario aliquantum latius expilatos quam a scriptore vetustiore. eosdem annales videtur adhibuisse Marii aequalis Gregorius Turonensis († 594), diserte laudans eos hist. Franc. l. 2 c. 9: *et in consularibus legimus Theudomerem regem Francorum filium Richimeris quondam et Asculam matrem eius gladio interfectos* (quem locum antea vol. I p. 253 negavimus referri posse ad consularia Italica) et saepenumero in rebus narrandis prope accedens ad narrationes Marianas, ad quas propterea in margine adscripsimus locos similes Gregorianos non raro in verbis quoque concordantes. potest addi quod locutio *viribus resumptis* adest tam apud Marium ter a. 500. 547. 556 quam apud Gregorium in locis duobus 2, 33. 3, 6 ad Marianos prope accedentibus. locis iis, qui tam ad Francorum res pertinent quam ad Italicas, uter auctor adhibitus sit, decidi nequit, nisi quod narratio a. 556 de Burdino a Gallico videtur tracta esse, cum redeat apud Gregorium. — Annales Gallici, quibus usi sunt tam Gregorius quam Marius, si recte locum illius supra laudatum ad eos rettulimus, exacti erant ad annos non imperatorios, sed consulares. quod si ita est, Marius laterculum consularem duplicem nactus potest ex Gallico ea sumpsisse, quae in Italico deficerent.

Marius ipse scribens Aventici potissimum respexit res gestas Agauni (a. 515. 565. 574) et per universam Vallem Poeninam (a. 563. 574. 580); denique quae pertinent ad Burgundionum regionem prae ceteris eum respexisse passim apparet. sed causa nulla est, cur eum statuamus adhibuisse annales in ipsa Burgundia scriptos et rerum Burgundicarum condicionem antiquiorem explicantes; quae eius generis habet, recte conveniunt annalibus illis Gallicis. de sua notitia fieri potest, ut dederit quae referuntur annis postremis pertinentia ad regionem eam quam habitabat.

Unicus per quem Marii chronica ad nos propagata sunt codex est hodie Londiniensis musei Britannici n. 16974 saec. X, exaratus ut videtur in monasterio S. Trond prope Maestricht et supra iam ad Prosperum (vol. I p. 366) et chronica Gallica a. 452 (vol. I p. 620) a nobis descriptus. in eo post chronica Eusebiana Hieronymiana et Gallica illa a. 452 et extremam partem Prosperianorum a. 453—455 sequuntur haec praescriptis verbis *usque hic Prosper: quae secuntur Marius episcopus:* subscribitur post a. 581: *usque hic Marius aepiscopus.* his subiungitur chronicorum Isidorianorum pars extrema in epitomen redacta et post Isidoriana auctarium, quod nos inter additamenta Isidorianorum primo loco posuimus perveniens ad a. 624. — Scripturae specimen dedit Guil. Arndt *Schrifttafeln zur Erklärung der lat. Palaeographie* 1887 fasc. I p. 6 tab. 16 paginam eam, in qua finiunt Mariana, incipit auctarium.

Medio aevo Marii chronica non sunt adhibita; ne apud eos quidem qui chronica Gallica a. 452 quibus adhaerent in usum suum verterunt Paulum diaconum et Sigebertum Gemblacensem Mariana ulla inveniuntur. id ipsum valet de Beda. denique laterculi chronicis Gallicis a. 452 in libris duobus Bambergensi et Monacensi adhaerentes quas similes habent Marianis narrationes de obitu Symmachi et Theodorici, eas supra (vol. I p. 752) vidimus non depromptas esse ex Mario.

Marii chronica ad apographum sumptum ab Rosweydio (cf. Henschen in actis sanct. Mai vol. VII p. XL) primus edidit Chifflet apud Duchesnium hist. Franc. script. vol. I (1636) p. 210; variam lectionem codice denuo collato edidit Labbé nova bibl. vol. I (1657) p. 55. deinde multi chronica Mariana repetiverunt subsidiis propriis nullis adiuti, donec nuper ad codicem denuo a Pertzio collatum ea edidit Guilelmus Arndt recensionibus duabus, maiore: *Bischof Marius von Aventicum, sein Leben und seine Chronik; nebst einem Anhang über die Consulreihe der Chronik* (Lipsiae 1875. 8. pp. 96) et minore: Marii episcopi Aventicensis chronicon (Lipsiae 1878. pp. 16).

Vitia scripturae non recepta in textum paucis exceptis in adnotatione indicavi, cum codex sit unicus, quamquam non ita vetustus ut in censum veniat, et adsunt formae a sexto certe saeculo alienae. minora, qualia sunt permutatae *ae* et *e* (*e* pro *ae* passim, raro e contrario, ut 532 *paenae*), *e* et *i*, *o* et *u*, *b* et *v*, exceptis nominibus propriis ad sinceram formam reformavi. non nego auctorem ab eiusmodi erroribus et ipsum vix immunem fuisse; sed cum quae traduntur a librariis veniant, id est casu regantur, nolui minutis difficultatibus sine utilitate vera editionem obscurare. *m* quoque in fine accusativi passim omissum reposui, item *o* mutavi ubi reperitur pro *um*, ut 500 *contra fratrem suum Gundebagaudo*, 534 *per Belesario patricio;* sed eos errores adnotavi. retinui soloecismos, quos dubium non est non librarii esse, sed auctoris, ut genera permutata: *castrum* masc. (563), *regnum* masc. (500), *hiems* masc. (566), *Mediolanus* (538) — *cum* praepositio cum accusativo passim (500. 565. 572. 574); contra *iuxta Aurilianis* (463) magis inde venit, quod locorum vocabula ablativo casu usurpantur tamquam indeclinabilia. non raro inveniuntur accusativi absoluti (500: *fugatum fratrem suum Gundobagaudum* — 547: *deiectosque muros* — 560: *incensumque* — 568: *Mediolanum vel reliquas civitates reparatas*), interdum contaminati cum similibus ablativis (555: *Saxones rebellibus* — 556: *rebellantibus Saxones*).

a. 455 [*praecedunt* Valentiniano VIII et Anthemio.]

Cons. Ital. 1 p. 304. 1 *Consule supra scripto levatus est Avitus imperator in Gallias*[1]).

2 Et ingressus est Theodoricus rex Gothorum Arelatum cum fratribus suis in pace.

a. 456 Iohanne et Varana.

Cons. Ital. 1 p. 304. 1 *His consulibus deiectus est Avitus imperator a* Maioriano et *Recemere Placentia et factus est episcopus in civitate.*

2 Eo anno Burgundiones partem Galliae occupaverunt terrasque cum Gallis senatoribus diviserunt.

a. 457 Constantio et Rufo.

a. 458 Maioriano et Leone.

a. 459 Recemere et Patricio.

a. 460 Magno et Apollonare.

1 His consulibus Maiorianus imperator profectus est ad Hispanias.

2 Eo anno captae sunt naves a Vandalis ad Elecem iuxta Cartaginem Spartariam[2]).

a. 461 Severino et Dagauulfo.

Cons. Ital. 1 p. 305. *His consulibus deiectus est Maiorianus de imperio in civitate Dertona a Recemere patricio, et interfectus est super Ira fluvio: et levatus est Severus imperator* Ravenna.

a. 462 Leone II et Severo.

a. 463 Basilio et Vibiano.

His consulibus pugna facta est inter Aegidium et Gothos inter Ligerem et Ligerecinum iuxta Aurelianis ibique interfectus est Fredirieus rex Gothorum[3]).

a. 464 Olibrio et Rusticio.

a. 465 Ermenerico et Basilisco.

---

455 *praescr.* usque hic Prosper quae secuntur Marius adiecit *et in margine m. eadem* alias maurius *L* 2, 1 arelato *L* 456 *hic, ut item in parte Prosperiana annis 453 et 454 (vide vol. 1 p. 482. 483) et passim deinceps* (457. 461. 462. 464. 468. 474. 476. 489 *ante* his. 490. 494. 501. 510. 516. 517. 523. 524. 525. 526. 533. 535. 539. 540. 541. 549 *ante* p. c.) *ante consulum nomina extra versum* c̄ *est in L, quod nos sustulimus* 1, 1 recemire L^b, remere L^a 2, 1 burgundionis L^b, burgundionum L^a galliis *L* 457 constancio *L*: *scr.* Constantino 458 maiuriano *L* 460 *scr.* Apollonio 1, 1 maiurianus *L* ispanias *L* 2, 1 cartagine spartaria *L* 461 *scr.* Dagalaifo 1 maiurianus *L* 2 super] supe *L* seuirus *L* 462 ii] secundo *L* 463 bibiano *L* 1 egidio *L* 1. 2 legere et legerecino *L* 2 aurilianis *L* 464 olibrius L^a

1) *Cursiris expressa redeunt in consularibus Italicis ad marginem laudatis.* 2) *Similiter chronica Gallica a. 511 ad annum Leonis III (vol. 1 p. 664)*: (Maiorianus) volens Africam proficisci naves eius in Hispaniis a Wandalis captae sunt iuxta Carthaginem Spartariam. 3) *Similiter chronica Gallica a. 511 ad a. Leonis V (vol. 1 p. 664)*: Fredericus frater Theuderici regis pugnans cum Francis occiditur iuxta Ligerim.

a. 466 Leone III et Tassiano.

a. 467 Posco et Iohanne.

Cons. Ital. 1 p. 305. 1 *His consulibus levatus est Anthemius imperator.*

2 Eo anno interfectus est Theodoricus rex Gothorum a fratre suo Euthorico Tholosa [1]).

a. 468 Anthemio Augusto.

a. 469 Marciano et Leone.

a. 470 Severo et Iordano.

a. 471 Leone IIII et Probiano.

a. 472 Fisto.

a. 473 Leone V.

Cons. Ital. 1 p. 306. *Hoc consule levatus est Licerius imperator Ravenna.*

a. 474 Leone iun.

Cons. Ital. 1 p. 306. *Hoc consule depositus est Licerius de imperio, et levatus est Nepus imperator.*

a. 475

a. 476 Basilisco et Armato.

Cons. Ital. 1 p. 309. *His consulibus levatus est Odovacer rex.*

a. 477 p. c. Basilisci et Armati.

a. 478 Illone.

a. 479 Zenone.

a. 480 Basilio iun.

a. 481 Placido.

a. 482 Severino iun.

a. 483 Fausto.

a. 484 Venantio et Theodorico.

a. 485 Symmacho.

a. 486 Decio et Longino.

a. 487

a. 488 Dinamio et Sifidio.

a. 489 Probino et Eusebio.

Cons. Ital. 1 p. 316. 317. *His consulibus ingressus est Theudoricus rex Gothorum in Italia ponte Isonti.*

a. 490 Longino et Fausto.

a. 491 Olibrio.

a. 492 Anastasio et Rufo.

a. 493

Cons. Ital. 1 p. 320. 321. *His consulibus occisus est Odovacer rex a rege Theuderico in Laureto.*

a. 494 Asterio et Presidio.

a. 495 Viatore.

a. 496 p. c. Viatoris.

a. 497 Viatoris.

a. 498 Paulino.

a. 499 p. c. Paulini.

---

467 ioanne L^a 1, 1 antimus *L* 468 antimo agusto *L* 469 leone] *scr.* Zenone 473, 1 conss. *L* 474 leonē *L* 476. 477 basilisco et marmato p. c. his consulibus l. e. odouacer rex baselisci et armati *L* 479 genone *L* 481 uenancio L^b, uenencio L^a 485 simaco *L* 489 prouino et usebio *L* gothorum] L^b, *inc.* L^a 496 uiatoris] L^a, uiatori L^b 497 uiatori *L*: *scr.* II p. c. Viatoris

1) *Similiter chronica Gallica a. 511 ad a. Leonis X (vol. 1 p. 664):* Theudericus rex Gothorum ab Euricho fratre suo Tolosa occiditur.

cf. Greg. Tur. 2, 32. a. 500 Patricio et Hypatio.

1 His consulibus pugna facta est Divione inter Francos et Burgundiones Godegeselo hoc dolose contra fratrem suum Gundobagaudum machinante. in eo proelio Godegeselus cum suis adversus fratrem suum cum Francis dimicavit et fugatum fratrem suum Gundobagaudum regnum ipsius paulisper obtinuit et Gundobagaudus Avinione latebram dedit.

cf. Greg. Tur. 2, 33. 2 Eo anno Gundobagaudus resumptis viribus Viennam cum exercitu circumdedit, captaque civitate fratrem suum interfecit pluresque seniores ac Burgundiones, qui cum ipso senserant, multis exquisitisque tormentis morte damnavit, regnumque, quem perdiderat, cum id quod Godegeselus habuerat, receptum usque in diem mortis suae feliciter gubernavit.

Cons. Ital. 1 p. 331 ad a. 504. 3 *Eo anno interfectus est Odoind Romae.*

a. 501 Avieno et Pompeio.

a. 502 Avieno iuniore et Probo.

a. 503 Volusiano.

a. 504 Cetheo.

a. 505 Sabiniano et Theodoro.

a. 506 Messala et Ariobinda.

a. 507 Venantio et Celere.

a. 508 Venanti.

a. 509 Inportuno.

Hoc consule Mammo dux Gothorum partem Galliae depraedavit.

a. 510 Boetio.

a. 511 Felice et Secundino.

a. 512 Paulo et Musciano.

a. 513 Clementino et Probo.

a. 514 Senatore.

cf. Greg. Tur. 3, 5. a. 515 Florentio et Anthemio.

His consulibus monasterium Acauno a Sigimundo constructum est.

a. 516 Petro.

cf. Greg. Tur. l. c. Hoc consule rex Gundobagaudus obiit et levatus est filius eius Sigimundus rex.

a. 517 Anastasio et Agapito.

a. 518 Magno.

a. 519 Iustino et Euterio.

a. 520 Rusticio et Vitaliano.

a. 521 Iustino II et Valerio.

a. 522 Symmacho et Boetio.

cf. Greg. Tur. 3, 5. His consulibus Segericus filius Sigimundi regis iussu patris sui iniuste occisus est.

---

500 cippacio *L* 1, 2 gundobagaudo macenante *L*: *scribendum* Gundobaudum *cum Gregorii libro optimo.* 3 godegeselo *L* 2, 1 uienam *L* 2 suum] L^1, suum hildricum L^2: *Godegisilum nominat Gregorius 2, 33, ut res requirit.* seniores ac (hac *L*) burgundiones] *L*: interfectis senatoribus Burgundionibusque *ex iisdem annalibus Gregorius hist. Franc. 2, 33 secundum librum optimum Casinatem,* que *deleverunt interpolati et cum his editores:* Galli senatores, *scilicet Romani, item opponuntur Burgundionibus a. 456.* 3 ipsos *L* exquisitisque] L^b, quaesitisque L^a 5 gubenauit L^a 501 abieno *L* 502 abieno *L* 504 et cetheo *L* 505 sauinlano *L* 506 missila p. c. et ariuinda *L* 507. 508 uenancio et celere uenanti *L*: *requiritur a. 507* Venantio, *a. 508* Venantio et Celere, *scilicet cum repperisset Marius in chronicis Italicis (vide vol. 1 p. 330. 331) utroque anno solum nomen Venantii, consulem Orientis Celerem errore adscripsit ad priorem (ita recte Kaufmann Philol. 42, 280).* 509, 1 conss. *L* 515 florencio et antimio *L* 1 manasterium L^a sigimundo] *sic L infra ad a. 523 et Gregorius,* regismundo *L* 516, 1 regismundus *L* 517 agypcio *L* 521 *debuit esse* Iustiniano et Valerio. 522 simmaco *L* 1, 1 regimundi *L* iusso *L*

a. 523 Maximo. Ind. I.

cf. Greg. Tur. 3, 6. Hoc consule Sigimundus rex Burgundionum a Burgundionibus Francis traditus est et in Francia in habitu monachale perductus ibique cum uxore et filiis in puteo est proiectus.

a. 524 Iustino et Opilione. Ind. II.

cf. Greg. Tur. 3, 6. 1 His conss. Godemarus frater Sigimundi rex Burgundionum ordinatus est.

cf. Greg. Tur. l. c. 2 Eo anno contra Chlodomerem regem Francorum Viseroncia proeliavit ibique interfecto Chlodomere.

cf. cons. Ital. 1 p. 332. 333. 3 Eo anno interfectus est Boetius patricius in territorio Mediolanense.

a. 525 Probo iuniore et Philoxeno. Ind. III.

cf. cons. Ital. 1 p. 332. 333. His conss. occisus est Symmachus patricius Ravennae.

a. 526 Olibrio. Ind. IIII.

cf. cons. Ital. 1 p. 332. 333. Hoc consule defunctus est Theudoricus rex Gothorum in urbe Ravenna et levatus est Atalaricus nepos eius rex.

a. 527 Mavurtio. Ind. V.

a. 528 Iustino. Ind. VI.

a. 529 Decio iun. Ind. VII.

a. 530 Lampadio et Oreste. Ind. VIII.

a. 531 p. c. Lampadi et Orestis. Ind. VIIII.

a. 532 item p. c. Lampadi et Orestis. Ind. X.

cf. Marcellinus a. 532. His consulibus Hypatius patricius seditione populi imperator levatus et iussu Iustiniani Augusti interfectus est et cum eo Pompeius, et paene triginta milia hominum in circo gladio necati sunt.

a. 533 Iustiniano Aug. III. Ind. XI.

a. 534 Paulino iun. Ind. XII.

cf. Greg. Tur. 3, 11. 1 His conss. reges Francorum Childebertus, Chlotarius et Theudebertus Burgundiam obtinuerunt et fugato Godomaro rege regnum ipsius diviserunt.

cf. Marcellinus a. 534. 2 Eo anno Africa Romano imperio post nonaginta et duos annos per Belesarium patricium restituitur: et Gelimer rex Vandalorum captivus Constantinopoli exhibetur et Iustiniano Augusto cum uxoribus et thesauris a supra scripto patricio praesentatur.

a. 535 Belesario. Ind. XIII.

cf. contin. Marcellini a. 535, 1. Hoc consule eo anno, quo consulatum dedit, Siciliam ingressus eam imperio Romano restituit.

a. 536 p. c. Belesari. Ind. XIIII.

a. 537 item p. c. Belesari. Ind. XV.

a. 538 Iohanne. Ind. I.

Hoc cons. Mediolanus a Gotis et Burgundionibus effracta est ibique senatores et sacerdotes cum reliquis populis etiam in ipsa sacrosancta loca interfecti sunt, ita ut sanguine eorum ipsa altaria cruentata sint.

523, 1, 2 monachale] *L*a, monechale *L*b 524, 1 regimundi *L* 2, 1 flodomerem *L* 2 chlodomere] chlome *L* 3 modiolaninse *L* 525 filiximo *L* 1 simacus *L* 526, 1, 1 defuctus *L* 2 atalaricus rex nepus eius *(cum notis transpositionis) L* 527 maturio *L* *indictio ante consulatum hic et* 528—534 *L* 530 lampidio *L* 532, 1, 1 yppacius *L* seditione] sedicio *L* iusso *L* 533 aug. iii] an. uiii *L* 534, 1, 1 thedebertus *L*a 2 godomado *L* 2, 1. 2 belesario patricio restituetur *L* 2 captiuos *L* 3 exhibitur *L* 535 ē belesario cons. *L* 1, 1 hoc conss. *L* 538, 1, 2 sacrasancta *L*

a. 539 Appione. Ind. II.

cf. contin. Marcellini (infra). Hoc consule Theudebertus rex Francorum Italiam ingressus Liguriam Aemiliamque devastavit, eiusque exercitus loci infirmitate gravatus valde contribulatus est [1]).

a. 540 Iustino. Ind. III.

cf. contin. Marcellini (infra). 1 Hoc cons. Persi Antiochiam vastaverunt universamque Syriam depopulantes [2]).

chr. Ital.? 2 Eo anno Belesarius patricius Wittegis regem Gothorum de Ravenna captivum abductum Constantinopoli cum uxore et thesauris Iustino Augusto praesentavit.

a. 541 Basilio. Ind. IIII.

a. 542 p. c. Basilii ann. I. Ind. V.

a. 543 p. c. Basili ann. II. Ind. VI.

a. 544 p. c. Basili ann. III. Ind. VII.

a. 545 p. c. Basili ann. IIII. Ind. VIII.

a. 546 p. c. Basili ann. V. Ind. VIIII.

a. 547 p. c. Basili ann. VI. Ind. X.

cf. contin. Marcellini a. 547, 4. 1 Hoc anno Vigilius papa Romanus Constantinopolim properavit.

cf. contin. Marcellini a. 547, 5. 2 Eo anno Baduila rex Gothorum Romam captam depopulavit, deiectosque muros partem civitatis incendit.

cf. contin. Marcellini a. 547, 5. 3 Eo anno resumptis viribus Belesarius dux civitatem Romam ad Romanum dominium revocavit.

a. 548 p. c. Basili ann. VII. Ind. XI.

cf. Greg. Tur. 3, 36. 37. 1 Eo anno Theudebertus rex magnus Francorum obiit, et sedit in regno eius Theudebaldus filius ipsius.

2 Eo anno Lanthacarius dux Francorum in bello Romano transfossus obiit.

a. 549 p. c. Basili ann. VIII. Ind. XII.

a. 550 p. c. Basili ann. VIIII. Ind. XIII.

a. 551 p. c. Basili ann. X. Ind. XIIII.

a. 552 p. c. Basili ann. XI. Ind. XV.

a. 553 p. c. Basili ann. XII. Ind. I.

Hoc anno Baduila rex Gothorum ab exercitu rei publicae per Narsetem chartularium eunuchum interficitur: et Teia accepit regnum eius.

a. 554 p. c. Basili ann. XIII. Ind. II.

Hoc anno Teia rex Gothorum a supra scripto Narse interficitur.

a. 555 p. c. Basili ann. XIIII. Ind. III.

cf. Greg. Tur. 4, 9. 1 Hoc anno Theudobaldus rex Francorum obiit et obtinuit regnum eius Chlothacarius patruus patris eius.

cf. Greg. Tur. 4, 16. 2 Eo anno Cramnus filius Chlothacarii regis sollicitante Childeberto patruo suo ad ipsum latebram dedit.

cf. Greg. Tur. 4, 10. 3 Eo anno Saxones rebellantibus Chlothacharius rex cum gravi exercitu contra ipsos dimicavit, ubi multitudo Francorum et Saxonum ceciderunt. Chlothacharius tamen rex victor abscessit.

539, 1, 1 leguriam *L* 542 annum *L* 547, 1 constantinopoli *L* 2, 1 roma capta *L* deiectusque (que *om.* *L*a) murus *L* 553, 1, 2 cartolarium eunucum *L* 554, 1 interfecit *L* 555 annos *L* 1, 1 obtenuit *L* 1. 2 chlothacarius] *L*a, chlotharius *L*b 2, 1 sollicitanti *L* 2 ipsum] ipsam *L* 3, 2. 3 chlotarius *L* 3 abscessit] abscessit *L*

1) *Continuator Marcellini ad a. 539, 4:* Theudibertus Francorum rex cum magno exercitu adveniens Liguriam totamque depraedat Aemiliam. Genuam ... euertit ac praedat. exercitu dehinc suo morbo laboranti ut subveniat, paciscens cum Belisario ad Gallias revertitur. 2) *Continuator Marcellini ad a. 540, 1. 2:* Parthi in Syriam ingressi multas urbes subvertunt .... Antiochia magna depraedata demolitur a Persis.

cf. Greg. Tur. 4, 9. 4 Eo tempore Buccelenus dux Francorum in bello Romano cum omni exercitu suo interiit.

a. 556 p. c. Basili ann. XV. Ind. IIII.

cf. Greg. Tur. 4, 10. 1 Eo anno iterum rebellantibus Saxones Chlothacarius rex pugnam dedit ibique maxima pars Saxonum cecidit.

cf. Greg. Tur. 4, 10. 2 Eo anno Franci totam Toringiam pro eo, quod cum Saxones coniuravit, vastaverunt.

cf. Greg. Tur. 4, 17. 3 Ipsis diebus Cramnus collecto exercitu regionem patris sui devastat.

4 Eo anno exercitus Francorum rei publicae Romanae exercitum vastavit atque effugatum devastavit cum illis et divitiis multis abductis.

5 Eo anno exercitus rei publicae resumptis viribus partem Italiae, quam Theudebertus rex adquisierat, occupavit.

a. 557 p. c. Basili ann. XVI. Ind. V.

a. 558 p. c. Basili ann. XVII. Ind. VI.

cf. Greg. Tur. 4, 20. Hoc anno Childebertus rex Francorum transiit et obtinuit regnum eius Chlothacarius rex frater eius.

a. 559 p. c. Basili ann. XVIII. Ind. VII.

a. 560 p. c. Basili ann. XVIIII. Ind. VIII.

1 Hoc anno serenitate caeli inter stellas splendidas obscurata est luna XVI, ut vix conspici posset.

cf. Greg. Tur. 4, 20. 2 Eo anno Chramnus post sacramenta, quae patri dederat, ad Brittanos petiit et moliens regnum patris invadere adversus ipsum cum Brittanis movere ausus est multaque loca graviter depraedavit. ad cuius insaniem reprimendam pater cum exercitu properavit et interfecto comite Brittanorum Chramnum vivum cepit incensumque cum uxore et filiis totius regionis incidit excidium.

a. 561 p. c. Basili ann. XX. Ind. VIIII.

cf. Greg. Tur. 4, 21. 22. Hoc anno Chlothacarius rex mortuus est et diviserunt regnum eius filii ipsius, id est Charibertus, Guntegramnus, Hilpericus et Sigibertus.

a. 562 p. c. Basili ann. XXI. Ind. X.

a. 563 p. c. Basili ann. XXII. Ind. XI.

cf. Greg. Tur. 4, 31. Hoc anno mons validus Tauretunensis in territorio Vallensi ita subito ruit, ut castrum, qui vicinus erat, et vicos cum omnibus ibidem habitantibus oppressisset, et lacum in longitudine LX milium et latitudine XX milium ita totum movit, ut egressus utraque ripa vicos antiquissimos cum hominibus et pecoribus vastasset, etiam multa sacrosancta loca cum eis servientibus demolisset: et pontem Genava cum molinas et homines per vim deiecit et Genavam civitatem ingressus plures homines interfecit.

a. 564 p. c. Basili ann. XXIII. Ind. XII.

a. 565 p. c. Basili ann. XXIIII. Ind. XIII.

1 Hoc anno monachi Agaunensi iracundiae spiritu incitati noctis tempore episcopum suum Agricolam cum clero et cives, qui cum ipso erant, occidere nitentes domum ecclesiae effregerunt, et dum episcopum suum clerici vel cives defensare conati sunt, graviter ab ipsis monachis vulnerati sunt.

2 Eo anno transiit Magnacarius dux Francorum.

555, 4, 1 tempore ut buccelenus *L* 556 pc] ē *L* 1, 1 chlotarius *L* 3 ipsis] *L*ᵇ, ipsius *L*ᵃ 4, 1 publiac *L*ᵃ 558, 1, 1 obtenuit *L* chlotarius *L* 560, 1, 1 est *om.* *L*ᵃ 2 conspiei posset] conspeit postest *L* 2, 2 molliens *L* cum *om.* *L* 561, 1, 2 ilpericus *L*ᵃ 563, 1, 3 oppressiset *L* 4 hominibus] omnibus *L* 5 sacrasancta *L* 7 genua ciuitate *L* 565, 1, 1 augaunensi *L*ᵇ, augaunesi *L*ᵃ 2 transiis *L*

a. 566 p. c. Basili ann. XXV. Ind. XIIII.

1 Hoc anno signum apparuit in caelo per dies LXX.

2 Eo anno mortuus est Iustinianus Augustus, et suscepit Iustinus nepos ipsius imperium.

3 Eo anno hiems valentissimus fuit, ut quinque aut eo amplius mensibus propter nivis magnitudinem terra videri non posset, ipsaque asperitas multa animalia necavit.

4 Eo anno Sindewala Erolus tyrannidem adsumpsit et a Narseo patricio interfectus est.

a. 567 An. I cons. Iustini Aug. iun. Ind. XV.

A principio mundi usque ad hunc consulem sunt anni VDCCLXVIII.

a. 568 An. II cons. Iustini Aug. Ind. I.

Hoc anno Narses ex praeposito et patricio post tantos prostratos tyrannos, id est Baduilam et Teiam reges Gotorum et Buccelenum ducem Francorum nec non et Sindevalem Erolum, Mediolanum vel reliquas civitates, quas Goti destruxerant, laudabiliter reparatas, de ipsa Italia a supra scripto Augusto remotus est.

a. 569 An. III cons. Iustini iun. Aug. Ind. II.

Hoc anno Alboenus rex Langobardorum cum omni exercitu relinquens atque incendens Pannoniam suam patriam cum mulieribus vel omni populo suo in fara Italiam occupavit, ibique alii morbo, alii fame, nonnulli gladio interempti sunt. eo anno etiam in finitima loca Galliarum ingredi praesumpserunt, ubi multitudo captivorum gentis ipsius venundati sunt.

a. 570 An. IIII cons. Iustini iun. Aug. Ind. III.

1 Hoc anno morbus validus cum profluvio ventris et variola Italiam Galliamque valde afflixit et animalia bubula per loca supra scripta maxime interierunt.

2 Eo anno mortuus est Celsus patricius.

a. 571 An. V cons. Iustini Aug. iun. Ind. IIII.

Hoc anno infanda infirmitas, quae glandula, cuius nomen est pustula, in supra scriptis regionibus innumerabilem populum devastavit.

a. 572 An. VI cons. Iustini iun. Aug. Ind. V.

Hoc anno Albuenus rex Langobardorum a suis, id est, Hilmaegis cum reliquis consentiente uxore sua Verona interfectus est: et supra scriptus Hilmegis cum antedicta uxore ipsius, quam sibi in matrimonium sociaverat, et omnem thesaurum, tam quod de Pannonia exhibuerat quam quod de Italia congregaverat, cum partem exercitus, Ravennae rei publicae se tradidit.

a. 573 An. VII cons. Iustini Aug. iun. Ind. VI.

1 Hoc anno dux Langobardorum nomine Clebus genti ipsius rex ordinatus est et plures seniores et mediocres ab ipso interfecti sunt.

2 Eo anno Vaefarius dux Francorum obiit et ordinatus est Theodofridus in loco eius dux.

a. 574 An. VIII cons. Iustini Aug. iun. Ind. VII.

1 Hoc anno Clebus rex Langobardorum a puero suo interfectus est.

566, 3, 3 multa] multaque *L* 4, 1 asumpsit *L* 567 cons. *om.* *L* 1 hunc] *L*b, hoc *L*a lxuiii] xuiii *L*: *Prosper cum ad a. 433 numeret annos mundi 5634 (vol. 1 p. 352), additis annis 134 (434—567) efficiuntur anni 5768.* 568 cons. *om.* *L* 1, 1 praeposito] proposito *L* 569, 1, 1 relinques *L*a 2 cum omni (*supra* omni *est* 1 *vel* †) mulieribus *L* 3 nonnulli] nec nonnulli *L* 5 uenundati sunt] *L*a, uenundata est *L*b 570, 2 est *om.* *L*a 571, 1, 1 que glandola *fortasse delendum.* pustula, *non* pusula *L* 572, 1, 2 consentienti *L* suprascriptis *L* 3 uxor *L* 5 partem exercitus] *L*b, ex. partem *L*a ranene *L*

2 Eo anno iterum Langobardi in Vallem ingressi sunt et Clusas obtinuerunt et in monasterium sanctorum Acaunensium diebus multis habitaverunt: et postea in Baccis pugnam contra exercitum Francorum commiserunt, ubi paene ad integrum interfecti sunt, pauci fuga liberati. sed et Mauri et aliae gentes, qui in Provinciam eorum ingredi praesumpserunt, ab ipsis Francis devicti sunt.

a. 575 An. VIIII cons. Iustini iun. Aug. Ind. VIII.

a. 576 An. X cons. Iustini iun. Aug. Ind. VIIII.

cf. Greg. Tur. 4, 51. Hoc anno Sigibertus rex Francorum, bellum contra fratrem suum Hilpericum movet, et cum eum iam inclusum haberet et de eius interfectione cogitaret, ab hominibus Chilperici per fraudem interfectus est, et suscepit regnum eius Childebertus filius ipsius.

a. 577 An. XI cons. Iustini iun. Aug. Ind. X.

cf. Greg. Tur. 4, 25. 5, 17. Eo anno mortui sunt regii atque egregii adulescentes, Chlothacarius et Chlodomeris filii Gunthegramni regis.

a. 578 An. XII cons. Iustini iun. Aug. Ind. XI.

cf. Greg. Tur. 5, 18. Hoc anno Meroveus filius Hilperici regis occisus est.

a. 579 An. XIII cons. Iustini iun. Aug. Ind. XII.

cf. Greg. Tur. 5, 27. 1 Hoc anno duo germani Salonius et Sagittarius episcopi a synodo, quae Cabalonno collecta est, pro diversis criminibus ab episcopatus honore deiecti sunt.

2 Eo anno mortuus est Iustinus Augustus, et successit Tiberius in loco eius.

a. 580 An. I cons. Tiberii Constantini Aug. Ind. XIII.


Eo anno mense Octobre ita in Vallensi territorio Rodanus exundavit, ut copias messium denegaret: et intra Italiam ita fluvii exundaverunt, ut damna agricolae paterentur.

a. 581 An. II cons. Tiberii Constantini Aug. Ind. XIIII.


cf. Greg. Tur. 5, 35. 1 Ea ind. mense Septembri Austregildis regina obiit, propter cuius transitum interfecti sunt duo medici Nicolaus et Donatus.

2 Eo anno Mummolus patricius cum uxore et filiis et multitudine familiae ac divitiis multis in marca Childiberti regis, id est Avinione, confugit.

574, 2, 1 ualle *L* 2 monasterius *L*a 3 pugna *L* 4 intregrum *L*a 5 prouincia *L* 578, 1 moroueus *L* 579, 1, 1 synodo] senado *L* 2 agustus *L* (*plerumque compendio* ags) suggessit *L* 580, 1, 1 octubre *L*a ualinsi *L* 581, 2, 1 nummolus *L* 2 auinione] *L*b, auione *L*a *subscr.* usque hic marius aepiscopus *L*



post [illegible] mundi fabri-
que in Constantinum principem Eusebius
Caesariensis [illegible] iussa ab cultiori origine tempor[illegible]
[illegible] regna virtutesq· mortalium et variarum
artium repertores omniumq· paene provincia-
rum monumenta commemorans Graeco edidit
stilo· Noster Hieronimus cuncta transtulit
[illegible] eiusq· in Valentem Caesarem Roma-
no adiecit eloquio· Igitur uterque huius ope-
ris auctor quinque milium et quingentorum septu-
aginta [illegible] annorum hunc mundum tempore
miro computavit ingenio· [illegible] ego vero [illegible]
dumtaxat computatione orientale tantum
secutus imperium per indictiones perque consu-
les infra scriptos centum quadraginta an-
nos a septima videlicet indictione et a consu-
latu Ausonii et Olybrii quibus etiam consulibus
Theodosius magnus creatus est imperator
enumerans et usque in consulatu Magni in-
dictione undecima colligens eorundem aucto-
rum operi subrogavi· Item que alios sedecim
annos a consulatu Iustini Augusti primo us-
que in consulatum Iustiniani Augusti quarto
suffeci· id sunt simul anni centum quinquagin-
ta sex et meum rusticum opus subposui
Indictione [illegible] consulatu Ausonii et Olybrii
Theodosius Hispanus Italicae divi Traiani
civitatis a Gratiano augusto apud Sirmium
tricensimus nonus post Valentis interitum
imperator creatus est quartodecim[illegible]



ISIDORI IVNIORIS
EPISCOPI HISPALENSIS

HISTORIA
GOTHORVM WANDALORVM SVEBORVM

AD A. DCXXIV.

ACCEDVNT

I. DEDICATIO HISTORIARVM ISIDORI AD SISENANDVM.
II. ADDITAMENTA AD ISIDORI HISTORIAS PELAGIANA.
III. EXORDIA SCYTHICA.
IV. CONTINVATIO BYZANTIA ARABICA A. DCCXLI.
V. CONTINVATIO HISPANA A. DCCLIV.
VI. EPITOME OVETENSIS A. DCCCLXXXIII.
VII. COMPILATIO COD. MATR. F 86.
VIII. HISTORIA PSEVDOISIDORIANA COD. PARISINI 6113.
IX. PROPRIETATES GENTIVM.

LIBRI ADHIBITI:

FORMAE BREVIORIS:

P = Parisinus 4873 saec. XII.

FORMAE PROLIXIORIS:

SINE DEDICATIONE:

B = Berolinensis Phillipps. 1885 saec. IX.
N = Matritensis bibl. nat. X 161 saec. XI/XII.
H = Matritensis academiae saec. XIII.
O = Matritensis bibl. nat. F 58 saec. XVI/XVII.
[*O*] = Matritenses T 10 et F 93 saec. XVI.
X = Bernensis 83 saec. X } in *laude Hispaniae* et in *recapitulatione*
Y = Petropolitanus saec. IX } (c. 66—70).
Z = Sangallensis 133 saec. IX in *recapitulatione.*
R = Romanus Palatinus n. 927 saec. XII ad c. 13—19.

CVM DEDICATIONE AD REGEM SISENANDVM:

W = Escur. R II 18 saec. VIII ad c. 1. 2. 3. 66.
M = Matrit. univ. 134 saec. XIII.
A = Paris. bibl. *de l'Arsénal* n. 982 saec. XIV.
L = Lucas Tudensis (potiora sola).
*L*m = cod. Matr. Tolet. 27, 28 }
*L*p = cod. Lugd. Perizon. fol. 9 } Lucae.
*L*s = editio Schotti }

Litteris cursivis ut locos distinximus sumptos ex auctoribus adhuc servatis, ita ubi in talibus duae recensiones differunt, eam solam quae ad communem auctorem propius accedit cursivis expressimus (v. p. 254).

om(issum) *ubi pertinet ad verba quae praecedunt duo plurave, haec signis ' ' comprehenduntur, contra ubi haec absunt, hic ut alibi ad proxime praecedens vocabulum solum pertinet.*

Isidorus, secundo vocabulo fortasse Iunior[1]), natione Hispanus aut extremis annis Reccaredi († a. 601) aut imperante Livva (a. 601—603) Hispali episcopus creatus est[2]) eamque sedem cum per annos plus minus XL tenuisset, obiit a. 636. sic enim ait aequalis eius et amicus Braulio episcopus Caesaraugustanus (obiit sub Chindasuintho rege a. 641—652 teste Ildefonso de viris ill. c. 12) in elogio ad Isidori librum de viris illustribus adiecto (opp. Isidori ed. Areval. vol. 1 p. 8): 'Isidorus vir egregius Hispa-'lensis ecclesiae episcopus ... floruit a tempore Mauricii imperatoris (a. 582—602) et 'Reccaredi regis ... obiit temporibus Heraclii imperatoris († a. 641) et christianissimi 'Chinthilani regis (a. 636—640).' item Ildefonsus in additamentorum ad Isidori librum eundem c. 9 (Arevalus vol. 1 p. 24 cf. vol. 7 p. 171 not. ad c. 15): 'Isidorus ... floruit 'temporibus Reccaredi (a. 586—601), Livvanis (a. 601—603), Witterici (a. 603—610), 'Gundemari (a. 610—612), Sisebuti (a. 612—620), Suinthilanis (a. 620—631) et Sise-'nandi (a. 631—636) regum, annis fere quadraginta tenens pontificatus honorem.' epitaphium Isidori (v. adn. 2) si libri scripti recte tradiderunt, obiit prid. non. Apr. aera DCLXXIIII = 4. Apr. 636 eundemque diem martyrologia habent; relatio quoque de eius obitu, quam scripsit Redemptus archidiaconus, eodem ducit, quoniam Isidorum ait decessisse quarto die post paenitentiam publice actam, eam autem actam esse die quo devotus populus sacri fontis undam percepturus esset; nam ea aetate baptisma fieri solebat paschatis die vel pentecostes, inciditque pascha a. 636 in diem Mart. 31. errore igitur, ut videtur, relationi in libris subscriptum est 'sub die pr. kal. Apr. luna XIX aera DCLXXXIIII' = 31. Mart. 636[3]). de anno certe dubitari nequit, cum Braulionis Ildefonsique testimonia conveniant. conciliorum quoque subscriptiones adstipulantur; nam a. 633 concilio Toletano quarto subscripsit Isidorus, a. 638 Toletano sexto successor eius in sede Hispalensi Honoratus.

'De origine Gothorum et regno Sueborum et etiam Wandalorum historia librum 'unum' edidisse Isidorum idem Braulio testatur in indice operum eius, quem elogio modo citato inseruit. laudes Hispaniae, a quibus haec editio ut priores incipiunt, ex libris soli habent Berolinensis *(B)* historiis praemissas, solitarias (nam historias hi non habent) Bernensis *X* et Petropolitanus *Y* et Legionensis, inscribentes subscribentesve Berolinensis *de laude Spaniae*, tres reliqui *laus Spaniae provinciae*. in tribus rerum gestarum

1) Iunioris vocabulum Isidoro adscribunt et chronicorum codices egregii quidam et aliorum eiusdem auctoris operum libri non ita pauci recensiti apud Arevalum vol. 1 p. 108. id si recte factum est, non cogitandum erit cum Arevalio de determinatione adiecta propter Isidorum Pelusiotam saeculi quarti hominem Graecum, sed de cognomine altero: Iunior enim sic non ita raro usurpatur (C. I. L. V p. 1078. C. I. Gr. 5956). 2) Leandri fratris, cui successit, obitus una cum Isidori ipsius et Florentinae sororis perscriptus in epitaphio edito apud Arevalum vol. 1 p. 35 evenisse dicitur die III k. Mart. aera DCXLI = 27 Febr. 603. sed ei epitaphio codicibus nescio quibus propagato quatenus fides habenda sit, nescio. 3) Arevalus vol. 1 p. 27. Vere dies Mart. 31 est luna XVIII, Apr. 4 luna XXII. editores quod posuerunt prid. non. Apr. lun. XXII, ex coniectura venit.

commentariis primum locum tenet, ut oportet, Gothicus et apud Braulionem et in recensione breviore *(P)* et in amplioris exemplo antiquissimo *(B)*. in libro Rodensi deperdito inter Vandalicum et Suebicum, qui continuantur, et Gothicum interposita fuerunt chronica. in deterioribus exemplis Vandalica historia et Suebica Gothicam praecedunt. brevioris formae liber unicus *(P)* cum tribus commentariis simpliciter praescribat *historia Gothorum* et *Wandalorum* et *Suevorum* suis locis (v. p. 255), Gothicus commentarius ut apud Braulionem. ita etiam in excerptis antiquissimi omnium codicis Ovetensis *(W)* inscribitur *de origine Gothorum:* in Berolinensi, ubi inscriptio haec legitur in litura, ita concepta est: *de origine Gothorum et gestis*: Vandalico commentario ibi adscriptum est *storia Vandalorum*, Suebico *(storia) Suevorum* (v. p. 256). Rodensis in Gothica historia inscriptione caruit: *istoria regni uandalorum — regnum Suevorum — regnum Gothorum* legitur in Matritensi X 161 et in Vallicelliano, qui pendent ex Rodensi. in interpolatis *AM* titulantur tres libelli fere *Wandalorum historia, Suevorum historia, Gothorum historia*: in Perezianis *O* est *chronica Vandalorum regum, Suevorum cronica, chronica regum Gothorum* hic sub nomine Isidori continuata ad Wambanem, sicut infra in libris describendis plene relatum est. conclusioni historiae Gothicae c. 66—70, quae abest a recensione breviore, non habet inscriptionem propriam in *X*, praescribitur *recapitulatio* in excerptis Ovetensibus, *recapitulatio cuius supra de origine Gothorum* in codice *M* (abest ab *A*), *capitulatio* in *B*: *laus Gothorum* ibi praescribitur, ubi seorsum proponitur, in excerptis *XYZ*.

Auctores episcopus Hispalensis nullos adhibuit nisi aetatis Christianae, scilicet praeter chronica sua, ex quibus repetivit certe c. 78, Orosii historias, quarum eum habuisse codicem Donaueschingensi (*D* apud Zangemeisterum), similem ostendit adnotatio ad c. 16 p. 274, 3; chronica Hieronymi; Prosperi, quorum exemplar usurpavit continuatum ad a. certe 453 (c. 28); Hydatii, quae prae ceteris compilavit et legit plena neque tamen nostra recensione pleniora (supra p. 10); Maximi Caesaraugustani, quae habuit integra (supra p. 221); Iohannis Biclarensis (supra p. 210). nominatim nullus eorum laudatur, quamquam uno loco c. 9 pulchrum, ut auctori visum est, dictum Orosianum affertur adiectis verbis *iuxta cuiusdam sententiam*. omnes hi libri cum excepto Maximo, cuius non supersunt nisi excerpta exilia, adhuc extent, Isidorianis historiis non multum proficimus; crisin quoque auctorum raro iuvant, cum satis bene traditi omnes ad nos pervenerint. quam imperite et neglegenter Isidorus eos compilarit, maxime ubi ex duorum auctorum narrationibus suam composuit, exponere operae pretium non est, cum ex adscriptionibus satis pateat; exempli causa adlego relationem c. 22 ex Hydatio et Orosio pessime contaminatam. ad suam aetatem pertinentia quae adfert Isidorus, ut ipsa non meliora sunt, ita summa huius temporis auctorum penuria ut spernamus non admittit. — Ad res in Hispania gestas cum exteri scriptores raro advertant, indigenae quoque quos Isidorus adhibuit imperfecte de iis rettulerunt: maxime apud Suebos in partibus Callaeciae post Hydatium qui regnarint, eorum ne nomina quidem Isidorus tradita repperit, inter Remismundum, quem postremum nominat Hydatius, et Theudemirum (cui aeram 607 = p. Chr. 569 adscribunt acta concilii Lucensis relata apud Mansium conc. coll. 9, 815) patrem Mironis (cuius annum secundum aerae 610 = p. Chr. 572 aequat praescriptio concilii Bracarensis apud Mansium 9, 835) scribens c. 90 fuisse *reges multos:* quorum unum Veremundum adscripta aera 523 = p. Chr. 485 nominat titulus in Callaecia repertus apud Huebnerum inscr. Hisp. christ. n. 135, alterum aetatis incertae Ariamirum praescriptio concilii Bracarensis habiti anno eius tertio (Mansi 9, 773).

Chronologia Isidoriana ad aeras Hispaniae proprias exacta est certe in historia regni Gothorum Hispanici eo tempore a Romano plene separati et saepe cum Byzantiis de finibus belligerantis; ad Suebos item Hispanos et Vandalorum regnum Africanum magis

quam Hispanum eaedem aerae num perveniant, propter codicum dissensum dubium est et sunt fortasse in hisce duobus libellis aerae diasceuastae magis quam ipsius Isidori. regum Hispanorum annos, quos Biclarensem vidimus adscripsisse, Isidorus ad chronologiam non adhibuit: contra diligenter, quatenus in eiusmodi hominem diligentia cadit, adscripsit annos imperatorum Romanorum scilicet Orientis. Occidentis, ut ab eius aetatis scriptore expectandum fuit, praetermittit vel certe praetermittere voluit: nam non solum post Theodosium I Arcadio adiunxit Honorium, sed graviore errore post a. 408, quo obiit Arcadius, non Theodosii II annos numeravit, sed Honorii et Arcadii continuavit certe ad a. 419; ab eo anno ad primum Marciani, p. Chr. 452 secundum Isidorum scilicet, cum aerae nullae apud eum inveniantur, utrum numerationem illam perversam ad Theodosii II mortem continuarit an eius annos certe a morte Honorii posuerit, nescitur. error is mature animadversus est et in utraque recensione aliquatenus correctus, scilicet sic:

c. 15 a. 409 anno Honorii et Arcadii XV *libri omnes, sed numerum om. P*
c. 19 a. 410 anno Honorii et Arcadii sexto decimo *B*
anno primo Theodosii minoris *P*
anno Honorii et Arcadii XVII et sexto Theodosii minoris *AM*,
id quod ortum est ex dittographia:
I Theodosii minoris
anno Honorii et Arcadii X et sexto
c. 20 a. 416 anno Honorii et Arcadii XXII *BAM*
anno septimo Theodosii minoris *P*

Ipsos annos cum apud auctores inveniret aut imperatoria computatione annali aut per consules indicatos, talem qualem videmus formam commentario dedit. nobis utile visum est tam annos eos imperatorios quam aerarum numeros apud Isidorum repertos ad laterculum redigere. ab aera inde DXXII numeri recensionis brevioris *(P)* plerique a traditis in altera ita differunt, ut demptis librariorum erroribus intellegatur hic quoque diasceuasten eum, a quo brevior forma proficiscitur, tradita emendasse unione numeris adiecto: quod videtur originem ducere ex annis Eurici in ea recensione pro septendecim factis duodeviginti. — Adscripsi ad laterculum eum annos regum Gothorum et Vandalorum et, ad Remismundum scilicet, Sueborum, sic ut ex historiarum libello efficiuntur. adieci item annos mundi, quales non in historiis, sed in chronicis usurpavit Isidorus, aequiparans, sicut ibi videbimus, annum quintum Heraclii et quartum Sisebuti anno mundi 5813. habebimus ita computum talem, qualem Isidorus aut instituit aut certe sibi constans instituere debuit; nam dubium non est saepenumero numeros ab ipso auctore positos inter se pugnare. laterculus cum numeros in ipso libello ab a. inde p. Chr. 369 traditos exhibeat omnes cursivis expressos, cum laterculo consentientes in eo nude procedunt, ab eo recedentes uncis quadratis comprehenduntur.

anni p. Chr.	*aerae.*	*anni mundi.*	*anni imperatorum.*	*anni regum Gothorum.*	*anni regum Sueborum.*	
369	*407*	5567	Valentis *5*	Athanarici *1*		c. 6
370	408	5568	6	2		
371	409	5569	7	3		
372	410	5570	8	4		
373	411	5571	9	5		
374	412	5572	10	6		
375	413	5573	11	7		
376	414	5574	12	8		
377	*415*	5575	*13*	9		c. 7
378	*416*	5576	*14*	10		c. 9
379	417	5577	Theodosii 1 1	11		
380	418	5578	2	12		
381	*419*	5579	*3*	*13*		c. 11
382	*420*	5580	*4*	Alarici 1		c. 12
383	421	5581	5	2		
384	422	5582	6	3		
385	423	5583	7	4		
386	424	5584	8	5		
387	425	5585	9	6		
388	426	5586	10	7		
389	427	5587	11	8		
390	428	5588	12	9		
391	429	5589	13	10		
392	430	5590	14	11		
393	431	5591	15	12		
394	432	5592	16	13		
395	433	5593	Arcadii et Honorii 1	14		
396	434	5594	2	15		
397	435	5595	3	16		
398	436	5596	4	17		c. 13
399	*437* 1)	5597	5 [*4*] 1)	18		
400	438	5598	6	19		
401	439	5599	7	20		
402	440	5600	8	21		
403	441	5601	9	22		
404	442	5602	10	23		
405	443	5603	11 [*10*]	24		c. 14
406	*444*	5604	12	25		c. 71
407	445	5605	13	26		
408	*446* 1)	5606	*14* 1)	27	Hermerici 1	c. 13 *(P)*. 72. 85

1) Alarici et Radagaisi annum Isidorus determinavisse videtur adhibito Prospero c. 1218 ad a. Arcadii et Honorii quintum: *Gothi Italiam Alarico et Radagaiso ducibus ingressi*, sed errore pro quinto anno dedit quartum. brevioris formae numeri per se correcti CCCCXLVI—XIIII videntur proficisci ex emendatione.

anni p. Chr.	*aerae.*	*anni mundi.*	*anni imperatorum.*		*anni regum Gothorum.*	*anni regum Vandalorum.*	*anni regum Sueborum.*	
409	*447*	5607	Arcadii et Honorii	*15*	Alarici 28		Hermerici 2	c. 15
410	*448*	5608	[Theodosii II] *1*	*16*	Athaulfi 1		3	c. 19
411	*449*	5609	2	17	2	Gunderici 1	4	c. 73
412	450	5610	3	18	3	2	5	
413	451	5611	4	19	4	3	6	
414	452	5612	5	20	5	4	7	
415	453	5613	6	21	6	5	8	
416	*454*	5614	*7*	*22*	Sigerici 1	6	9	c. 20
					Valliae 1	7		
417	455	5615	8	23	2	8	10	
418	456	5616	9	24	3	9	11	
419	*457*	5617	10 *[9]*	*25*	Theoderidi 1	10	12	c. 23
420	458	5618	11	26	2	11	13	
421	459	5619	12	27	3	12	14	
422	460	5620	13	28	4	13	15	
423	461	5621	14	29	5	14	16	
424	462	5622	15		6	15	17	
425	463	5623	16		7	16	18	
426	464	5624	17		8	17	19	
427	465	5625	18		9	18	20	
428	466 *[467]*	5626	19		10	Geserici 1	21	c. 74
429	467	5627	20		11	2	22	
430	468	5628	21		12	3	23	
431	469	5629	22		13	4	24	
432	470	5630	23		14	5	25	
433	471	5631	24		15	6	26	
434	472	5632	25		16	7	27	
435	473	5633	26		17	8	28	
436	474	5634	27		18	9	29	
437	475	5635	28		19	10	30	
438	476	5636	29		20	11	31	
439	477	5637	30		21	12	32	
440	*478*	5638	31		22	13	Rechilae 1	c. 86
441	479	5639	32		23	14	2	
442	480	5640	33		24	15	3	
443	481	5641	34		25	16	4	
444	482	5642	35		26	17	5	
445	483	5643	36		27	18	6	
446	484	5644	37		28	19	7	
447	485	5645	38		29	20	8	
448	486	5646	39		30	21	Recciarii 1	c. 87
449	487	5647	40		31	22	2	
450	488	5648	41		32	23	3	
451	489	5649	42		33	24	4	
452	*490*	5650	Marciani *1*		Thurismundi *1*	25	5	c. 30
453	*491*	5651	*2*		Theuderici *1*	26	6	c. 31
454	492	5652	3		2	27	7	

anni p. Chr.	*aerae.*	*anni mundi.*	*anni imperatorum.*	*anni regum Gothorum.*	*anni regum Vandalorum.*	*anni regum Sueborum.*	
455	493	5653	Marciani 4	Theuderici 3	Geserici 28	Rechiarii 8	
456	494	5654	5	4	29	9	
457	*495*	5655	6	5	30	Maldrae 1	c. 88
458	496	5656	7	6	31	2	
459	497	5657	Leonis 1	7	32	3	
460	*498*	5658	2	8	33	Frumarii 1, Rechimundi 1	c. 89
461	499	5659	3	9	34	2	
462	500	5660	4	10	35	3	
463	501	5661	5	11	36	4	
464	*502*	5662	6	12	37	Remismundi 1	c. 90
465	503	5663	7	13	38		
466	*504*	5664	*8*	Eurici *1*	39		c. 34
467	505	5665	9	2	*40*		
468	*506*	5666	10	3	Hunerici 1		c. 78
469	507	5667	11	4	2		
470	508	5668	12	5	3		
471	509	5669	13	6	4		
472	510	5670	14	7	5		
473	511	5671	15	8	6		
474	512	5672	Zenonis 1	9	7		
475	513	5673	2	10	8		
476	*514*	5674	3	11	Guntamundi 1		c. 80
477	515	5675	4	12	2		
478	516	5676	5	13	3		
479	517	5677	6	14	4		
480	518	5678	7	15	5		
481	519	5679	8	16	6		
482	520	5680	9	17	7		
483	*521*	5681	*10*	Alarici II *1*	8		c. 36
484	*522*	5682	*11 (P)*	2	9		c. 36
485	523	5683	12	3	10		
486	524	5684	13	4	11		
487	525	5685	14	5	12		
488	*526*	5686	15	6	Trasamundi 1		c. 81
489	527	5687	16	7	2		
490	528	5688	Anastasii 1	8	3		
491	529	5689	2	9	4		
492	530	5690	3	10	5		
493	531	5691	4	11	6		
494	532	5692	5	12	7		
495	533	5693	6	13	8		
496	534	5694	7	14	9		
497	535	5695	8	15	10		
498	536	5696	9	16	11		
499	537	5697	10	17	12		
500	538	5698	11	18	13		

anni p. Chr.	*aerae.*	*mundi.*	*anni imperatorum.*	*anni regum Gothorum.*	*anni regum Vandalorum.*		*Adnotationes.*
501	539	5699	Anastasii 12	Alarici II 19	Trasamundi 14		
502	540	5700	13	20	15		
503	541	5701	14	21	16		
504	542	5702	15	22	17		
505	543	5703	16	23	18		
506	*544* [*545 P*]	5704	*17*	Gisaleici 1	19	c. 37	
507	545	5705	18	2	20		
508	546	5706	19	3	21		
509	547	5707	20	4	22		
510	548	5708	21	[5]	23		
511	*549* [*545 P*]	5709	22 [*21 B, 26 P*]	Theoderici 1	24	c. 39	
512	550	5710	23	2	25		
513	551	5711	24	3	26		
514	552	5712	25	4	27		
515	*553*	5713	26	5	Hildiricis 1	c. 82	
516	554	5714	27	6	2		habita synodus Tarracone anno VI Theuderici regis consulatu Petri sub die VIII id. Nov. *Mansi* 8, 541
517	555	5715	Iustini 1	7	3		synodus habita Gerundae anno VII Theodorici regis VI id. Ian. Agapeto v. c. cos. *Mansi* 8, 549
518	556	5716	2	8	4		
519	557	5717	3	9	5		
520	558	5718	4	10	6		
521	559	5719	5	11	7		
522	*560*	5720	6	12	Gilimeri 1	c. 83	
523	561	5721	7	13	2		
524	562	5722		14	3		
525	563	5723		*15*	Carthago capta 4	c. 84	
526	*564*	5724	Iustiniani *1*	Amalarici *1*		c. 40	
527	565	5725	2	2			
528	566	5726	3	3			
529	567	5727	4	4			
530	568	5728	5	5			synodus habita in civitate Toletana . . . sub die XVI k. Iun. anno V (*sic*) regni d. n. Amalarici regis aera DLXV (*sic*) *Mansi* 8, 784
531	*569*	5729	*6*	Theudis *1*		c. 41	
532	570	5730	7	2			
533	571	5731	8	3			
534	572	5732	9	4			
535	573	5733	10	5			
536	574	5734	11	6			
537	575	5735	12	7			
538	576	5736	13	8			
539	577	5737	14	9			
540	578	5738	15	10			
541	579	5739	16	11			

anni p. Chr.	*aerae.*	*mundi.*	*anni imperatorum.*	*anni regum Gothorum.*		*Adnotationes.*
542	580	5740	Iustiniani 17	Theudis 12		
543	581	5741	18	13	c. 44	
544	582	5742	19	14	c. 45	
545	583	5743	20	15		
546	584	5744	21	16		
547	585	5745	22	*17*		
548	*586 [580 P]*	5746	*23*	Theudiscli *1*		
549	*587* [589 *P*]	5747	*24*	Agilae *1*	c. 47	
550	588	5748	25	2		
551	589	5749	26	3		
552	590	5750	27	4		
553	591	5751	28	*5*		
554	*592 [593 P]*	5752	*29*	Athanagildi *1*		
555	593	5753	30	2		
556	594	5754	31	3		
557	595	5755	32	4		
558	596	5756	33	5		
559	597	5757	34	6		
560	598	5758	35	7		
561	599	5759	36	8		
562	600	5760	37	9	c. 48	
563	601	5761	38	10	c. 49	
564	602	5762	39	11		
565	603	5763	40	12		
566	604	5764	Iustini II 1	[13]		
567	*605 [608 P]*	5765	*2*	Livvae *1*		
568	*606 [607]*	5766	*3*	Leovigildi *1*		
569	607	5767	4	2		
570	608	5768	5	3		
571	609	5769	6	4		
572	610	5770	7	5		
573	611	5771	8	6		
574	612	5772	9	7		
575	613	5773	10	8		
576	614	5774	11	9		
577	615	5775	12	10		
578	616	5776	Tiberii 1	11		
579	617	5777	2	12		
580	618	5778	3	13		
581	619	5779	4	14	c. 52	
582	620	5780	5	15		
583	621	5781	Mauricii 1	16		
584	622	5782	2	17		
585	623	5783	3	*18*		
586	*624 [635 P]*	5784	4 *[3]*	Reccaredi *1*		
587	625	5785	5	2		pridie idus Aprilis anno feli- citer primo regni dni

anni p. Chr.	*aerae.*	*mundi.*	*anni imperatorum.*	*anni regum Gothorum.*		*Adnotationes.*
						nostri gloriosissimi Fl. Reccaredi regis era DCXXV *Huebner* n. 155
588	626	5786	Mauricii 6	Reccaredi 3		
589	627	5787	7	4		anno IV gloriosissimo d. n. Reccaredo rege die VIII id. Mai. aera DCXXVII *habitum concilium Toletanum III* (*Mansi* 9, 977)
590	628	5788	8	5		die primo (?) non. Nov. anno V regni gloriosissimi d. n. Reccaredi regis aera DCXXVIII *habitum concilium Hispalense primum* (*Mansi* 10, 451)
591	629	5789	9	6		
592	630	5790	10	7		anno VII Reccaredi sub die k. Nov. aera DCXXX *habitum concilium Caesaraugustanum secundum* (*Mansi* 10, 471)
593	631	5791	11	8		
594	632	5792	12	9		[XI] kal. Febr. an. VIII gl. dni Reccaredi regs er. DCXXXII *Huebner* n. 115
595	633	5793	13	10		
596	634	5794	14	11		
597	635	5795	15	12		
598	636	5796	16	13		
599	637	5797	17	14		
600	638	5798	18	15	c. 57	
601	*639 [640 P]*	5799	19 *[17]*	Livvae II 1		
602	640	5800	20	2	c. 58	
603	*641 [642 P]*	5801	21 *[20]*	Vitterici *1*		
604	642	5802	22	2		
605	643	5803	Phocae 1	3		
606	644	5804	2	4		
607	645	5805	3	5		an. *(vacat)* dni nsi gl. Wittirici regs er. DCXV [*immo* DCXLV] *Huebner* n. 115
608	646	5806	4	6		
609	647	5807	5	7		
610	*648*	5808	*6*	Gundemari 1	c. 59	sub die X k. Nov. anno regis primo piissimi atque gloriosissimi Gundemari regis aera DCXLVIII *habitum concil. Toletanum* (*Mansi* 10, 507)
611	649	5809	Heraclii 1	*2*		
612	*650 [651 P]*	5810	*2*	Sisebuti *1*	c. 60	
613	651	5811	3	2		
614	652	5812	4	3		id. Febru. era DCLII [anno] feliciter secundo Sisebuti regis *Huebner* n. 171 *(lect. incert.)*
615	653	5813	5	4		
616	654	5814	6	5		
617	655	5815	7	6		
618	656	5816	8	7		
619	657 *[666 P]*	5817	9	8		
				Reccaredi II	c. 61	
620	658 *[659]*	5818	*10*	Suinthilae 1	c. 62	
621	659	5819	11	2		
622	660	5820	12	3		
623	661	5821	13	4		
624	662	5822	14	5		

Gravissimi errores in hoc imperatorum laterculo commissi quatenus distribuendi sint inter laterculos ab auctore adhibitos sine dubio perturbatos et ipsos et auctoris inconstantiam et librariorum neglegentiam, disquirere nihil attinet, nec magis inquiremus. regnorum Hispanorum numeri quatenus plus minus fidem mereantur. summa annorum quos Gothorum regno Isidorus adscripsit cum laterculo convenit. scilicet Gothorum regnum recensio brevior ait durasse annos CCLI, numerans ut videtur ad extremum annum Sisebuti, altera annos CCLVI numerans ad annum Suinthilae quintum. annus regius hic, cum videatur pariter atque imperatorius aerae a kal. Ianuariis incipienti aequiparari, quamquam legitimae computationi id vix convenit[1], a primo anno p. Chr. 369 = aer. 407 ad a. 619 = aer. 657 vere sunt anni CCLI, ad a. autem 624 = aer. 662 anni CCLVI. recte quoque c. 60 aequatur annus Sisebuti primus Heraclii secundo et aerae DCL. edidit igitur historiam Isidorus anno p. Chr. 624.

Ut chronica, ita historiae quoque Isidori duplici recensione ad nos pervenerunt, altera breviore in universum et finiente in morte Sisebuti a. 619, prolixiore fere altera eaque terminante in quinto anno Suinthilae a. 624. quomodo differant ut commode intellegatur, quidquid diversitatis non ad meras librariorum sordes pertinet, nos non in apparatu abdidimus, sed textui interposuimus formato ad recensionem prolixiorem, sed interposita intra parentheses breviore vel, ubi necessarium visum est, iuxta positis ambabus ita, ut brevior priorem locum teneat, prolixior posteriorem. — Breviorem unicus codex servavit Parisinus 4873 saec. XII, nam duo alii qui extant ex hoc ipso videntur descripti esse. ipse liber non solum passim corruptus est, sed etiam hic illic temere interpolatus, ut c. 90 ex *cive suo qui illic praeerat tradente Lusidio* effectum est *cives vero qui illic praeerant custodiendos tradidit Lusidio:* alia diasceuastae potius quam librariis imputanda infra explicabuntur. — Inter prolixioris ordinis libros integros et aetate princeps est et puritate Berolinensis saec. IX, sed vincunt eum bonitate pluribus locis excerpta minora tam codicis Ovetensis saec. VIII quam ex eodem archetypo derivata Petropolitana Sangallensia Bernensia Legionensia. ita in laudibus Hispaniae p. 267, 14 excerpta habent *Pisaea* in Berolinensi omissum et p. 267, 16 *Eleis* pro corrupto *altis,* item in recapitulatione p. 294, 11 *tremuere* pro corrupto *triuere.* ut vel hinc intellegitur, Berolinensis liber licet ab interpolatione grauiore immunis (nam talia ut p. 272, 6 *moritur B* pro *interiit* librorum reliquorum non numero), ita ipse pessime deformatus est mendis hiatibusque, quorum qui proxime ad eum accedunt Matritensis bibl. nat. X 161, nobis *N* et alter huic simillimus Matritensis academiae, nobis *H* complures recte evitant vel explent. ex duobus his ductis omnino ex eodem archetypo, scilicet ex deperdito Rodensi, quamquam praestat et aetate et bonitate in universum prior, ne altero quidem carere possumus: nam saepenumero propius hic accedit ad *B* cum in erroribus (ut p. 275, 11 *italiam* — p. 298, 12 *gunderici* — p. 302, 7 *magno*) tum in genuinis (ut p. 282, 21 Ebbanis ducis nomen ex posterioris recensionis libris soli servarunt *BH*). communem originem declarant cum interpolationes quaedam in utroque libro eaedem, ut p. 268, 7 corruptum *editi* librarius archetypi delevit, p. 278, 14 *hastarum* mutavit in *astrorum*. tum maxime hiatus ad omnium recensionis posterioris exemplarium archetypum redeuntes coniectura similiter in utroque expleti, ut in ipso principio p. 268, 1 pro eo quod habet recensio prior *certum est* additur *scitote* in libris *N* et *H* (cum Rodensi), item p. 273, 21, ubi exciderunt verba *in eis agere belli iure non liceret,* supplementum *non occiderentur* adest in *N* in textu, in *H* ad marginem. eodem ducit glossema p. 278, 15 ad *caesorum strage* adscriptum diversa ratione in textum utrumque relatum *(strage occisorum vel multitudine cadaverum H, strage multitudinem*

1) Secundum ea quae exposui alibi (*neues Archiv* 16 p. 62) annus Gothorum regius videtur computatus esse sic, ut Iustinianus lege a. 537 emissa constituit, a die creationis; testimonia tamen fere deficiunt maxime antiquiora. eorum quaedam supra ad laterculum in adnotatione apposui.

occisorum vel cadauerum N). vera igitur lectio vel verae propior modo in hoc libro adest, modo in illo; eo autem potissimum praestat codex *N*, quod non solum insiticia multa omisit, in his locum Suetonianum p. 269, 4 et complura ex Iohanne Biclarensi potissimum excerpta c. 49, quae adsunt in altero libro, sed etiam totus immunis mansit a contaminatione recensionum duarum, quam mox videbimus codici *H* aliquatenus communem esse cum deterioribus. nihilominus quamquam horum trium librorum *BNH* nullus optimus est et satis fidus, praeter priorem recensionem iis potissimum textus nititur.

Praeterea qui a nobis adhibiti sunt duo libri tamquam gemelli Parisinus Ars. 982 = *A* et Matritensis univ. 134 = *M* et tertius Pelagianus Matritensis bibl. nat. F 58 = *O*, denique Lucae Tudensis recensio Isidoriana = *L*, ii et contaminati sunt adsumpta ad recensionem posteriorem eamque ita ut modo exposuimus interpolatam recensione altera et multis locis denuo interpolati. contaminationis exempla haec sunto:

p. 271, 14 a terra sua *P*, a sedibus suis *BNHAML*, a terra uel a sedibus suis *O*.
p. 273, 10 in uindictam] *PHAMOL*, *om. BN.*
p. 276, 22 ui tempestatis] *PO*, ui grauissima tempestate *BN*, ui grauissima tempestatis *H*, ui (in *A*) grauissimae tempestatis *AM*.
p. 279, 27 *post* fugit *comma* Theuderico autem cum exercitu .... magna captivitas fuit *ins. P et paucis mutatis HOL*.
p. 283, 21 apud Narbonam in foro ab exercitu iugulatus *P*, ab exercitu iugulatus *BNHO*, ab exercitu iugulatus Narbona in foro *AML*.
p. 283, 25 mensibus V] *PAML*, *om. BNHO*.
p. 288, 9 aut opibus ablatis proscripsit *P*, aut proscriptos in exilium egit *BNH*, aut opibus ablatis proscripsit et proscriptos in exilium egit *AMOL*.
p. 288, 14 *post* auxit *comma* primusque inter suos .... regibus erat *habent PAMOL, om. BNH.*
p. 292, 1 alii ueneno *P*, alii inmoderato medicamenti haustu *BNOL*, alii inmoderato medicamenti haustu alii ueneno *HAM*.

Ex adnotationibus, quas iam supra diximus adscriptas fuisse in margine communis archetypis, aliae in codicem *H* translatae sunt, aliae et longe plures in codices *AM*, aliae denique in *O*; ad eundem auctorem plerasque certe redire inde confirmatur, quod non paucae earum in duobus vel adeo in tribus his ordinibus pariter leguntur. quid quod p. 277, 21 additamentum *extincto igitur Litorio* legitur tam in *AM* quam in *O*, sed loco diverso insertum. caute igitur huiusmodi libris utendum est; abici tamen non potuerunt. scilicet exemplar exemplariave recensionis posterioris, quibus libri *AMO* nituntur, ut simillima fuerunt nostris *BNH* (maxime *O* saepe consentit cum *B* etiam in mendis ei propriis, ut p. 289, 6 omittentes uterque verba *de diuersis*), ita hic illic iis praestiterunt, ut p. 277, 5 in loco qui abest a recensione breviore vocabulum *pleraque* sumptum ab Isidoro ex Prospero omittunt *BNH*, habent *AMO*. suppeditant igitur hi quoque libri ut exiguum, ita aliquem fructum. interpolatio autem in Isidorianis his grassata multo vetustior videtur esse quam sunt libri unde nos eam accipimus: certe p. 293, 28 cum pro vocabulo *occidentis* librorum *XYZBN* soli libri *HAM* scribant *septentrionis*, hoc ipsum reperitur iam in libro glossarum Ansileubo vulgo tributo (vide p. 261) scripto ante finitum saec. VIII; denique Isidorianorum horum omnium antiquissimus *W* quod exhibet *septentrionis hac occidentis* ostendit dittographiam eam iam in ipsius archetypo adfuisse.

Lucas Tudensis, quem adhibui ad codicem fere Matritensem bibl. nat. Tolet. 27, 28 adsumpta praeterea hic illic editione plane vitiata, cum totus pendeat ex libris interpolatis (vide infra p. 263) eiusque recensio ad Isidori textum nihil omnino conferat, notitiae causa potiora ex varia lectione eius in adnotationem recepi, maxime additamenta alia cum libris interpolatis ei communia, alia non pauca ei propria.

Ex additamentis librorum in appendicem primam conieci dedicationem ad Sisenandum datam, quam Vandalorum historiae praemittit solus liber *M* cum Luca. eam quamquam non Lucas confinxit, quae fuit opinio Perezii (apud Villanuevam *viage* 3 p. 322), cum adsit in libro ante eum exarato, et per se ab Isidoro scribi potuit, nam advixit is ad tempora Siseuandi (631—636) eique regi historiarum exemplar transmittere potuit nec quae in ea continentur ab eius saeculi indole abhorrent, mihi quoque novicia creditur, quoniam Complutensis libri auctoritas maxime adversante gemello *A* admodum infirma est. — Item additamenta Pelagiana (vide p. 262) exhibentur in auctario altero, scilicet narrationes duae insertae altera historiae Vandalorum c. 80 sub rege Guntamundo, altera historiae Sueborum c. 90 sub rege Theodimiro.

Gravior quaestio, quaenam intercedat relatio inter formas duas historiarum breviorem et prolixiorem. post Hugonis Hertzberg de historiis his commentarium (*die Historien und die Chroniken des Isidorus von Sevilla.* Gottingae 1874) acutum et utilem hodie ita fere solet tractari extare huius libelli editionem duplicem, priorem editam a. 620, alteram ab auctore recognitam et auctam quinquennio posteriorem. sed erravit Hertzbergius habemusque vere commentarii editi a. 624 recensiones duas diverse tam breviatas quam interpolatas. primum forma illa brevior cum Sisebuti mortem memoret, et ipsa prodierit necesse est regnante Suinthila, et cum computationes, quibus sollemni more chronica finiunt, perducantur ad annum eum, quo perscribuntur, quod hic contra consuetudinem adeoque naturam eorum desinunt in morte Sisebuti, suspicionem movet extrema a librario omissa esse, quem supra iam vidimus in chronologicis tradita licenter immutavisse. neque id ratione caret, modo admittamus id evenisse ipsis auctoris temporibus: nam Suinthilam regem cum Isidorus in fine libelli magnificis laudibus exornasset, eo per seditionem deposito et summo odio habito causa certe resecandae clausulae non defuit. accedunt alia eaque graviora. soloecismi utriusque familiae libris communes, ut sunt *invaderat* bis p. 284. 19. 286. 14 et *eundem castrum* p. 284. 19, si in duabus editionibus ab auctore emissis pariter adsunt, ipsi auctori omnino imputandi, contra si redeunt ad archetypum unicum, fortasse librario eius tribuendi mihi quidem ab Isidoro abhorrere videntur homine non erudito, attamen litterato: sed verum est de ea re eo minus constare, quod etymologiarum editione philologis utili adhuc caremus. mendas in hoc libello vix ullas inveniri auctori abiudicandas et omnibus libris communes non requirit archetypa duo, sed recte poterit inde explicari, quod utraque recensio pendet ab archetypo unico auctori fere aequali. decidit quaestionem comparatio locorum ab Isidoro sumptorum ex scriptis adhuc servatis, qui pro commentarii indole permulti sunt et redditi verbis vix mutatis: scilicet ut passim recensio brevior ad communem auctorem propius accedit, ita e contrario non minus frequenter recensio prolixior formam vetustam servavit. quam saepe modo illud modo hoc locum habeat, editio ita demonstrat, ut ubi eo nomine recensiones differunt, sola ea inclinatis litteris expressa sit, quae archetypum fidelius reddit. eo autem nullo modo perveniri potuit recensione auctoris secunda, potuit recensionibus duabus admissis diversa ratione modo breviatis modo interpolatis. et adsunt in recensione altera utra earum immutationum certa vestigia. inter alios multos breviorem corruptam esse apparet locis his:

	Hydatius c. 57:	*rec. prolixior:*	*rec. brevior:*
c. 19	Atavulfus . . Placidiam duxit uxorem, in quo profetia Danihelis putatur impleta, ut ait filiam regis austri sociandam regi	Placidiam . . . coniugem sibi adsumpsit, in qua prophetia Danihelis a quibusdam putatur conpleta, qui ait filiam regis austri con-	Placidiam . . . uxorem sibi adsumpsit nullo ex ea semine subsistente.

	Hydatius c. 57:	*rec. prolixior:*	*rec. brevior:*
c. 19	aquilonis nullo tamen eius ex ea semine subsistente.	iungendam regi aquilonis, nulla tamen de germine eius subole subsistente.	
c. 23	*Prosper c. 1290:*		
	Arelas nobile oppidum Galliarum a Gothis multa vi oppugnatum est, donec imminente Aetio non impuniti abscederent.	Arelas nobilissimum Galliae oppidum multa vi obsessum oppugnat, a cuius obsidione imminente virtute Aetii Romanae militiae ducis non inpunitus abscedit.	Arelas nobilissimum Galliae oppidum obsidet: a cuius obsidione imminente virtute Aetii Romanae militiae ducis remotus abscedit.

Illo loco quae in breviorem recensionem recepta sunt ut verba auctoris fideliter reddunt, ita omissis mediis parum cohaerent: hoc e contrario brevior recensio verba tradita contraxit. in annis indicandis numerisque eorum qui breviorem formam adornavit quid sibi sumpserit ut supra demonstravimus, ita in ipsas res eadem licentia grassatus esse invenitur. c. 85 cum forma prolixior satis fideliter Hydatianam narrationem de Hermerico aegrotante et deinde defuncto reddat, brevior mortem eius anticipans totam pervertit. narrationem c. 88. 89 de divisione Sueborum post dissensionem ortam inter regulos duos Frantanem et Maldram apud Hydatium c. 181 seq. expositam duae recensiones tradiderunt ratione plane diversa. scilicet apud Hydatium parum distincte, sed non obscure significantur partes duae, altera cui praeest Frantan et eo mortuo Reccimundus, altera sub rege Maldra et eo mortuo sub Frumario; deinde nescio quo modo in Reccimundi locum succedit Remismundus isque Frumario mortuo Suevos omnes in dicionem recipit. hanc Hydatii relationem Isidoriana forma prolixior in universum cum fide repraesentat: contra brevior tota interpolata quae de Reccimundo Hydatius narrat in Remismundum transtulit eumque adeo Maldrae filium facit, id quod cum Hydatiana narratione nullo pacto conciliari potest. itaque hoc loco is a quo brevior narratio venit Hydatianam male intellegens licenter corrupit. — Alteram recensionem qui adornavit a corruptelis quae ipsam rem tangerent fere abstinuit, quamquam Pauli apostoli verba relata p. 291, 16 male mutavit inserta particula *donec,* sed tradita verba passim mutavit; ita locum c. 7. 8 de Athanarico et Fridigerno Gulfilaque episcopo cum brevior recensio totidem fere verbis repetat, ut legitur in chronicis Isidorianis, in forma ampliore quae accedunt multa, sed inania omnino Isidoro abiudicanda sunt. adsumptos esse ab Isidoro libellum iterum castigante ipsos eos auctores, quos antea adhibuerat, id quod facile conicias, unum locum repperi c. 73 qui suadere videatur:

Hydatius c. 74:	*recensio brevior:*	*recensio prolixior:*
Vandali Suevorum obsidione dimissa . . . . relicta Gallaecia ad Baeticam transierunt.	relicta tandem Gallaecia cum omnibus Vandalis ad Baeticam transivit.	relicta obsidione Suevorum
idem c. 86:		
Vandali Balearicas insulas depraedantur: deinde Carthagine Spartaria et Hispali eversa et Hispaniis depraedatis Mauritaniam invadunt.		Balearicas Tarraconensis provinciae insulas depraedatur. deinde Carthagine Spartaria eversa cum omnibus Wandalis ad Baeticam transiit.

Cum hic evidenter appareat locum *Balearicas . . . eversa* insertum esse narrationi breviori non ibi ubi inseri debuit post verba *ad Baeticam transiit*, sed ante ea, inde colligeremus vere recensionem ampliorem breviori superstructam esse, nisi unicus is eius generis locus esset. nam narratio de profanatione ecclesiae Hispalensis c. 73 cum in forma breviore ad verbum fere cum Hydatiana consentiat, adiecta in altera ecclesiae vocabulum et miraculi locus possunt quidem addita esse ab ipso episcopo Hispalensi, sed item ab alio quocumque Hispano homine. itaque transpositionem illam verisimile est ab ipso Isidoro commissam esse, vestigia eius breviatorem casu opinor oblitterasse suppresso commate male traiecto.

Habemus igitur historiarum Isidorianarum recensiones duas diasceuasten perpessas ambas, quorum alter et suppressit partes rhetoricas magis quam historicas, dico laudes Hispaniae et laudes Gothorum, quibus Gothorum historiam auctor in principio et in fine ornavit et Suinthilae laudes sustulit, denique alia complura omisit, ea autem quae retineret plerumque ad formam ab auctore datam repraesentavit. alter e contrario tantum afuit ut tradita breviaret, ut fortasse etiam augeret: certe quod in historiis Vandalorum et Sueborum aerae Hispanicae a breviore recensione absunt, adsunt in altera, magis videntur in hac additae esse quam demptae in illa. sed ex hac quoque recensione et commata quaedam exciderunt et multis locis verba arbitrio inveniuntur mutata. omnino historias has qui adhibet, ei utriusque formae ratio habenda est potestque multis locis adsumpta utraque pristina operis forma certo restitui. per totum tamen libellum id perfici nequit nisi licentia adhibita itaque ipse a tali restitutione abstinui, sed, ut supra dixi, editionem ita formavi, ut duae recensiones ex ipso textu satis agnoscerentur.

Videamus de libris.

RECENSIONIS BREVIORIS LIBRI.

P Parisinus Lat. 4873 saec. XII (Hertzberg *Isidorus* p. 11) post Orosium ante Solinum f. 81—86 exhibet Isidori historiam Gothorum inscriptione nulla, subscriptam: *explicit historia Gothorum;* Vandalorum inscriptam: *incipit historia Wandalorum*, subscriptam: *explicit historia Wandalorum;* Sueborum inscriptam *incipit historia Suevorum*, subscriptam *explicit historia Suevorum.* eas ex hoc libro edidit Petrus Pithoeus (codicis legum Wisigotharum libri XII. Isidori Hispalensis episcopi de Gothis Wandalis et Suevis historia sive chronicon ex bibliotheca Petri Pithoei. Parisiis 1579 fol. p. 1—8). contulit librum Monod Parisinus, quam recognitionem publici iuris fecit Hertzberg l. c. p. 76 seq.; ipse relegi Parisiis.

'Ex editione Petri Pithoei, quae habetur tomo 4 rerum Hispanicarum' descriptam esse Isidori historiam Wandalorum testatur ipse liber hodie Berolinensis Phillippsianus 1848, antea Meermannianus 740, f. 29.

Parisinus Lat. 6815 saec. XIV, antea in bibliotheca Viscontiorum Paviae, post Solinum et Pauli historiam Romanam et Langobardorum (cf. MG. SS. R. L. p. 36) easdem tres Isidori historias exhibet, quas conferens repperi descriptas esse ex libro Parisino 4873. is c. 39 cum anticipet c. 45. 46 de Agila, emblema in hoc codice ita legitur immutatum: *Anno XXVI an. Anastasii imp. extincto Gusilico Axila rex creatur regnans annis V, cuius tertio anno Athagileus tyrampnidem regnandi cupiditate arripuit.* c. 38 ex *Ebbane* fecit *Odonem.* pro specimine enotavi quae differunt a cod. 4873 prima et postrema: 1 *scytharum*] *scythie est est* — 2 *gesta*] *congesta* — 4 *er. ccxiiii* om. — *quibus inhabitabant*] *in quibus habitabant* — *deinde*] *demum* — 5 *era* ad *imperatoris* om. — *aduersus*] *contra* — *uicerit quod pacem* om. — item 85 *hermerico*] *hamerico* — *era cccexcuii* om. — *occupant uuand. autem* om. — *riecila*] *rieola* — *fluuium*] *filium* — *eius*] *cum* — 86 *ab eo* om. — 87 *rectiarius*] *rectianus* — *theudorid-*] *theo-*

dorig- plerumque — 88 *fratan*] *fracton* — *masdram*] *masoran* et sic deinceps — *illuc*] *illic* — *olisepona*] *olysempona*.

Matritensis bibl. nat. X 28, antea comitis de Miranda, saec. XIII (Knust Archiv 8, 804; Hertzberg *Isidorus* p. 14; Hartel bibl. patr. Hisp. 1, 453) post Orosium f. 119′—123′ titulo nullo: *Gothorum antiquissimum . . . . . Sisebutum anni CCL unus. explicit historia Gotorum.* deinde f. 123′—124′ *era DCLXVI Wandali . . . . et menses VII. explicit historia Wandalorum.* deinde f. 124′—125 *incipit historia Suevorum . . . mansit annis CXXVI. explicit* (interponitur: *incipiunt capitula libri Solini*, qui sequitur) *historia Suevorum.* principium, quod collatum habui ab Ewaldo ad p. 271, 16 verb. *dederunt*, in his recedit a Parisino 4873: c. 1 *quod*] *quia* — c. 5 *anno* om. — *sarmatarum*] *sarmatarium* — c. 5 *uiccrit q. patriam* om. — c. 6 *eccuiii*] *cccuii* — c. 7 *in histrium* om. spatio vacuo relicto nullo — c. 8 *sacras*] *sanctas* — *anno xiiii*] *anno xuii* — *danuuio*] *danuuii* — *potestati*] *potestate.* vides codicem ab illo non differre nisi in deterius et speciem prae se ferre apographi.

RECENSIONIS PROLIXIORIS LIBRI.

Berolinensis Phillippsianus n. 1885, olim Claromontanus saec. IX, de quo rettulimus vol. 1 p. 4, f. 1—29 habet Isidori orationem de laude Spaniae, cui praescribitur: *incp. de laude Spaniae sancti Esidori*, subscribitur: *explicit d. l. sp. s. e.*, deinde historiam Gothorum, cui praescribitur: *de origine Gotorum et gestis* (haec in litura); ante c. 66 *capitulatio*, subscriptio c. 70 nulla; deinde ante c. 71 *incipit Wandalorum;* post c. 84 *expl. storia uandalorum, incipit sueuorum;* subscriptio nulla. ad hunc librum recognita recensio plenior prodiit cura Labbaei (nova bibl. ms. Parisiis 1657 fol.), expleta tamen hic illic ex Lucae Tudensis recensione edita a. 1608 per Schottum. laudem Hispaniae primus publici iuris fecit Labbaeus. *B*

Vaticanus Palatinus 927 scriptus saec. XII incipiente Veronae, quo quae continentur vol. 1 p. 259 exposuimus, f. 122′. 123 ex Isidori Gothicis proponit c. 13—19 sub praescriptione *de primo adventu Gothorum ad Italiam et Roma capta* auctoris nomine non enuntiato. subscriptio nulla. descripta haec esse ex ipso libro Claromontano eoque iam correcto ita, ut nunc iacet, collato utroque intellexi. nihilominus exiguae particulae variam lectionem in apparatum recepi, quoniam, ut dixi l. c., utile est de origine excerptorum horum cuivis constare. *R*

Havniensis liber n. 1327 (*Archiv* 7, 164; Hertzberg *Isidorus* p. 11) Isidori historiae Gothicae partem habet teste Bethmanno in schedis descriptam ex Claromantano a Sirmondo et missam Isaaci Vossio. *X*

Bernensis n. 83 saec. X, de quo referemus ad chronica Isidori, post haec, quibus nomen auctoris adscriptum est, habet f. 99′—100′ historiae Gothorum partem postremam (c. 66—70), cui praescribitur: *incipit cuius supra*, subscribitur: *explicit laus Gotorum*, deinde f. 100′. 101 eiusdem partem primam, cui post eandem praescriptionem subscribitur: *explicit laus Spaniae provinc.* ad verba c. 66 *Romanis se dederunt* adnotatur in margine: *Orosius refert*, ad locum de transitu Danuvii: *s(cilicet) tempore Valentis cretici.* *Y*

Petropolitanus bibliothecae imperialis saec. IX, item tractandus ad chronica, Bernensis in omnibus gemellus laudes et recapitulationem habet f. 8. descripsit eum nobis W. Arndt a. 1864. *Z*

Sangallensis n. 133 saec. IX, de quo pariter dicetur ad chronica, p. 591—597 continet recapitulationem: praescriptio et subscriptio eadem est atque in Bernensi. laus Hispaniae in hoc libro non reperitur.

Legionensis ecclesiae qui memoratur apud Florezium Esp. sagr. 6, 481 habuisse videtur solas laudes Hispaniae.

Codex ecclesiae Rodae antea, deinde saec. XVIII exeunte apud Mauuelem Abad y Lasierra priorem S. Mariae da Meyá apud Leridam adservatus mihi non innotuit nisi per exempla delineata inde a palaeographo eximio Franc. Xaverio de Santiago Palomares, quae sunt et apud academiam Matritensem (Ewald *neues Archiv* 6, 341) et in bibliotheca regia privata cod. 2 J. 8 (Ewald l. c. p. 347). praeter alias tabulas ex hoc codice sumptas (vol. I tab. 61: *incipit liber tertius Pauli Orosii* et vol. I tab. 61: *incipit cronica Visegotorum a tempore Bambani regis usque nunc in tempore gloriosi Ordoni regis dive memorie Adefonsi regis filii collecta*) et laterculum imperatorum a Carolo magno ad Lotharium II specimina illa continent Isidoriana haec:

1. c. 71—73 *incipit ubandalorum regnum. era cccexliiii .... relicta obsidione sueuorum* (cod. f. 156 = Palomares vol. II tab. 26, item minus plene vol. I tab. 56).

2. c. 82—85 *obstrictus de catholicis ... interitum. incipit Sueuorum. era ... bastatione depredans tandem* (cod. f. 157 = Palomares vol. II tab. 27).

3. c. 92 *regnum autem Suevorum .... scribitur. finit.* sequuntur chronica Isidoriana: *incipit cronica Isidori iunioris. sex diebus* cet. (cod. f. 159 = Palomares vol. II tab. 23).

4. post Isidori chronica finientia in a. Heraclii XXVII ex historiis Gothicis c. 1—3: *scitote Gotorum ... finem dedisset* (cod. f. 167 = Palomares vol. II tab. 28).

Apparet chronica interposita fuisse historiis, ut praecederent Vandalica et Suebica, sequeretur Gothica. specimina servata luculenter ostendunt ex Rodensi libro descriptum esse Matritensem X, 161 = *N*; nam consentiunt in plerisque, sed ita, ut et orthographia antiquior (*Spania* plerumque, semel *Ispania*, cum in *N* plerumque sit *Hispania* vel *Ispania*, raro, ut c. 71, *Spania*) — *Gallicia* plerumque, raro *Gallec-* praeter alia in v. l. relata) et lectionum condicio (p. 296, 6 *pacis incunde* Rod., *pacis ineunte N* — p. 300, 11 *era dccexlui* Rod., om. utpote corruptum *N*) ostendat non Rod. ex *N* pendere, sed e contrario *N* ex Rodensi.

Matritensis bibl. nat. X, 161 saec. XI/XII (f. 162 mentio fit erae 967), antea monasterii dominicanorum Plaseneiae (Knust *Archiv* 8, 806; Hertzberg *Isidorus* p. 9; Hartel bibl. patr. Hisp. 1, 456), post Orosium et chronica Isidori maiora exhibet historias f. 113'—145: *incipit istoria regni Vandalorum. era cccexliu ante biennium .... ad Gilimiri interitum. explicit;* item f. 145: *incipit regnum Suevorum. Suevi principe .... annus scribitur. finit;* item f. 146: *incipit regnum Gotorum. Scitote Gotorum antiquissimam .... Ispaniam videt* (c. 70 fin.) *finit.* historias nostra causa contulit Bernaysius. — Subicitur f. 151' narratio de portis Caspiis ab Alexandro magno factis regibusque XXII ibi clausis respondens in universum Pseudo-Callisthenianae 3, 26 = 29, sed ipsa recensio, ad quam excerpta haec pertinent, reperiri non potuit[1]). est autem haec: *item in Alexandro. at ubi sopitus est quartus milesimus annus, in primo anno annunciante quinto milesimo anno descendit Melai rex Orientis de origine genitus filii Noe et exterminavit in Eufrate usque in Andronia LXVII civitates cum regionibus suis, et ingressus est in patria regna ipsorum Indorum, et desolavit et depraedatus est, atque succendit ea. et excitavit ad desertum Sabaa et exterminavit tabernacula filiorum Israel* (sic) *filii Agar Egiptie, ancille Sarre uxoris Abraam et fugerunt et post exierunt de sollitudine Eribon et introierunt in terram pacificam et fecerunt bellum cum regibus gentium et vastaverunt et captivaverunt et subdiderunt regna gentium, et erat omnis terra promissionis subiecta eis, et repleta est terra ab eis et tabernacula eorum tamquam locuste pergebant nudi quod dicitur perilion et vidit ibi gentes obscenas mutato habitu visiones illorum, qui sunt filii Iaphet. vidit enim eos facientes abhominationes. vescebantur enim in immonditiam terre mures et canes et catos morticina et aborsus una cum sequentibus spurciciis. et non sepeliebant*

1) Quos de ea re interrogavi Dillmannus et Noeldekius negaverunt eam recensionem sibi notam esse. egit de hac narratione Vogelstein (adnotationes quaedam ex litteris orientalibus ad fabulas de Alexandro magno. Vratislaviae 1865 p. 27).

mortuos suos, et aborsus mulierum edebant, quoniam sic decebat eos. et vidit Alexander immondicia illorum et invocavit dominum in adiutorium sibi, et eiecit eos una cum mulieribus eorum et filiis ex Oriente et inclusit eos in extremo aequilonis in interiorem ingressum mundi, et non est alius introitus extremitatis terre ab Oriente usque ad Occidentem. et oravit Alexander coram deo in suspirio magno et exaudivit illum deus et praecepit deus montibus qui cognominantur Visaide ab aquilone, et coniunxerunt ab invicem se usque ad XII cubita et fecit ibidem portam eream et linivit cam intresecus tuscoint in quod si incurrerit ferro non commorebitur aut, si accensa fuerit igni, non succendetur, eo quod natura ignis non potest solvere aliquid ex ea, dum adiunxerit ei eo quod omne maleficium operantur ipsi immondi populi qui ibidem inclusi sunt. postea in duobus coloribus istis instruxerunt omnia opera illorum, ut est ferrum aut argentum. demum aperietur ipsa porta, ut egrediantur et dissipent filios hominum et contaminent terram. oportet in fine temporum fieri secundum verbum Ezechielis prophete dicentis, quia erit in novissimis diebus ab extremis terre egredientur Gog et Magog in terram Israel. ipse sunt gentes quas inclusit Alexander in Aquilone Gog et Magog et Mool et Gigab et Asnaces et Dires et Totai et Limas et Anine et Ferezei et Dedaci et Tubelei et Darmarei et Cuetei et Armazetei et Germenedei et qui comedunt filios hominum isti qui dicuntur Chananei et Tureanei et Alone et Fesanolei et Erignei et Altrai. iste sunt viginti due gentes que incluse sunt intresecus porte aquilonis.[1]). — Sequitur f. 154′—160ʳ (160′ vacat): *incipit cronica Guisigotorum a tempore Bambani regis usque ad tempora gloriosi Ordoni regis divae memoriae Adefonsi regis filio collecta istoria;* incipit: *Recesuindus Gotorum . . . .*, finit: *era DCCCCIV Ordonio defuncto Adefonsus filius eius successit in regnum,* quae sunt chronica nota sub nomine Alfonsi III vel Sebastiani (Florez *Esp. sagr.* 13, 478 seq.). — Deinde f. 161ʳ. ᵛ: *istoria de Maomet. exortum est . . . seculorum. amen.* — Item f. 161′. 162ʳ.: *era CCXLVIIII egressi sunt Goti de regione sua et pervenerunt in Ispania per annos XVII. s(ub?) era CCLXªVI ingressi sunt in Ispania et dominaverunt ea a. CCCLXXXIII. s(ub?) era DCCVII expulsi sunt de regno. fuit quoque Sarracenorum ingressio in Ispanie tercio id. Nov. era DCCLII regnante in Gotis Roderico anno regni sui tercio. ut autem illorum ingressu cercius inveniremus, quia sciunt omnes, quod tercio anno regni Roderici ingressi sunt, ut sciamus, quota era fuit, requisivimus cronica Gotorum ubi dicitur: unctus est in regno Vitiza d. XVIII kal. Dec. era DCCLII, que sunt hodie CLXX in era DCCCXXI regnante principe Adefonso anno regni sui XVII in Oveto et XXXII regni anno iniquissimi Mahomath in Corduba.* — Sequitur: *De Iafeth nati sunt Goti et Mauri. de Cam nati sunt Filistini et Nembroth, qui primus gigans fuit. post diluvium ipse edificavit civitatem Babiloniam et ipse exclusit Assur filios Sem de terra Sennaar. tunc fugiens Assur edificavit Ninnive et Booz civitates. de stirpe Sem natus est Abraam et semen eius.* — Subicitur *Ordo annorum ab Adam usque ad diluvium* et sic deinceps, finiens ita: *ab incarnatione domini nostri domini Christi usque in era DCCCCLXVII anni DCCCXXVIIII. fuit autem era antequam Christus incarnatus esset annis XXXVIII. colligitur omne tempus ab Adam usque ad Christum anni quinque milia CXCVIIII.* — Sequitur *de proprietatibus gentium* (vide infra additamentum IX), item *de LXXII generatione linguarum* locus excerptus ex libro generationum (vol. 1 p. 107; ed. Hartel l. c.). reliqua plane a nostro proposito aliena omisi.

Romanus Vallicellianus R 33 saec. XV (Bethmann *Archiv* 12, 426; Hertzberg *Isidorus* p. 11) inter alia aliunde petita, quales sunt epitomae Livianae et Flori libri et Leonardi Arretini commentarius de re militari, inde a f. 152 quae modo recensuimus omnia eodemque ordine habet ex Matritensi X, 161 videlicet descripta. omittit Vallicellianus in Suebicis Isidori c. 92 verba extrema *regnum . . . scribitur,* quae ad-

1) Caput hoc, cuius ex Matritensi prima postremaque verba sola enotata habui, inserui integrum ex Vallicelliano.

sunt in Matritensi; praeterea commentarioli Matr. f. 161′ principium hic paullum differt: *de Iaphet nati sunt Gothi et Mauri. de Cham nati sunt Philistini et Nemroth, qui primus gigas fuit. post diluvium ipse hedificavit civitatem Babiloniam et ipse exclusit Assur filium Sem de terra Sennaar. tunc fugiens Assur hedificavit Ninive et Boom civitates. de stirpe autem Sem natus est Abraam et semen eius.* Isidorianorum ad librum *N* exactum specimen subieci c. 1. 2. 62—66. 70—73. 83—85. 91—93. *similitudine*] *silitudine* — *consueuerunt* — c. 2: *lingua nostra* — *significatur*] *significat* — *pronuntiavit*] *pronunciaverat* — c. 62: *uintila*] *mutila* — *uccones*] *ructones* — *idemptus*] *adeptus* — *prudentia suum fecit*] *sua prudentia vixit* — *virtute*] *sua uirtute* — c. 63: *perculsi*] *percussi* — *ōlogicus*] *oligiciis* — *pollicentes*] *pollicientes* — *imperaretur*] *imperaret* — c. 64: *regendo* om. — *ita* adest (?) — c. 65: *reccimerus*] *creccomirus* — *pari*] *patris* — *uintilani*] *quintalani* — *principis*] *per tempus.* c. 66: *iafeth filio*] *filio iaphet* — *getae*] *bete* — *impetu* om. — c. 70: *felicitatis uirtutem*] *felicitatem* — c. 72: *cccexlui*] *cccexliiii* — c. 73: *aera cccexlix* om. — *plagarum*] *praeliorum* — *pacis ineunte d. m. conuersi sortem*] *ad pacis ineunde conuersi d. m. sortem* — *dominantium* om. — *spartari*] *partim* — *generationem*] *in generationem* — c. 83: *provinciae* om. — *guntiemarum*] *giltinierum* — *interficit*] *interfecit* — *ipso gilimiro in fugam verso* — c. 84: *gilimerus*] *gilimirus* — *cum* om. — c. 85: *ermirico*] *hermirico* et sic postea — *utebantur*] *abutebantur* — *reccilanem*] *recilanemque* — *inito bello* — c. 91: *destructo*] *distracto* — *domiensis*] *donuensis* — *studio*] *consilio* — *ampliata*] *amplificata* — *teodimirum*] *theodemirum* — *rocconcs*] *roocnes* — *rebellem*] *ad r.* — c. 92: *cloricus*] *choricus* — *regno* — *sumpta* — *regnum . . . scribitur* om.

Soriense historiarum Isidori vetustum exemplum, quod supra (p. 165) vidimus Perezio visum esse, quale fuerit parum constat: nam quae ex eo in apparatum suum rettulit sub nota *v(eteris) c(odicis)* nos non habuimus. quae in eodem libro legebatur epitome historiarum Isidorianarum contaminata cum laterculo imperatorum Constantinopolitanorum et continuata ad a. 741 cum incipiat, ut nobis servata est, a morte Reccaredi itaque pauca tantum Isidoriana habeat, eam hoc loco omisimus. adhibuit autem auctor epitomae recensionem ampliorem.

// Matritensis academiae *est.* 23 gr. 7ª A 189 saec. XIII (apographum codicis factum saec. XV extat apud eandem academiam *Est.* 3 gr. 4ª G. 1), antea Legionensis monasterii s. Isidori, per aliquod tempus adservatus Berolini apud Heinium (cf. Ewald *neues Archiv* 6, 342; Risco *Esp. sagr.* 38, 30) nostra causa collatus est ab Ewaldo et Bernaysio. post chronica Isidori maiora et nullo intervallo iis subiunctam primam partem continuationis eorum a. 741, de quibus suo loco dicetur, historias Isidori (f. 12—24) exhibet inscriptas sic: *incipit hystoria Wandalorum, Suevorum et Gothorum ab Ysidoro Hyspalensi episcopo in brevi collecta.* primum igitur locum tenet Vandalorum historia, secundum Suebica, cui praescribitur: *finit de Wandalis, incipit hystoria Suevorum,* tertium praemissa sub titulo *de Gottorum laude* recapitulatione (c. 66—70) Gothica sub titulo *incipit regnum Gotorum,* quae finit in verba c. 65 *esse porrectum.* adhaeret brevis index regum posteriorum hic:

Post hos Sisenandus regnavit an. V usque in eram DCLXXIII.

Post hunc Cintila regnavit annis III ab era qua supra in eram DCLXXVI.

Post hunc quoque ascendit in regno Tulga rex die XIII k. Ianuar. era DCLXXVI: regnavit ann. II menses VI era DCLXXVIII.

Post hunc Cindasuindus accepit regnum in die III feria, que fuit XV k. Maias in Pampilica et regnavit solus ann. VI menses VIII dies XX era DCLXXXVII, item cum filio suo Recesuindo rege reg. ann. III menses VIII dies XI. obiit Oct. era DCLXXXVIII.

Sequuntur chronica Sebastiani (*Esp. sagr.* 13, 475) incipientia: *Recesuindus Gotorum rex ab urbe Toleto* passim aucta additamentis alienis aliaque ad nostrum propositum non

pertinentia. continuatio Isidoriana a. 741 cum nobis praeterea innotuerit ex solo codice Soriensi eo de quo modo diximus, verisimile est Legionensem ab hoc pendere.

Inter codices, quos scribi iussit Desiderius abbas Casinas, deinde papa Victor III († 1087) recensetur (MG. SS. 7, 746) *historia Langobardorum, Gothorum et Vandalorum*, quarum pars posterior potest esse Isidori.

LIBRI CONTAMINATI.

Escurialensis R II 18 olim Ovetensis post Prosperi ea, quae vol. 1 p. 362 recen- *W*
suimus litteris uncialibus scripta, sequuntur f. 55 minusculis litteris saec. VIII Isidoriana: *incipit ex libro de origine Gotorum a domno Isidoro editum.* sequuntur c. 1. 2 usque ad p. 268, 19 *regibus,* deinde sub praescr. *item* c. 3 totum, deinde sub titulo *item ex eodem libello recapitulatio* c. 66 usque ad p. 294, 5 *imperii locaberunt.* cum contaminatis antiquissimum librum contribui propter dittographiam supra p. 253 memoratam.

Liber glossarum qui hodie dicitur vulgo tributus Ansileubo (exposuit de eo nuper Georgius Goetz in actis maioribus societatis Saxonicae vol. 13), compilatus saec. ut videtur septimo, servatus in codicibus Parisinis 11529/30 (ubi hic locus legitur cod. 11530 f. 26) saec. VIII exeuntis vel incipientis noni et Bambergensi P. II. 33 saec. X aliisque multis, ex Isidori historia Gothorum teste Goetzio affert unum locum s. v. *Goti* hunc: 'Gotorum 'antiquissima origo de Magog filio Iafeth fuit; unde et Scitarum genus extitit. nam 'et idem Goti Scitica probantur origine sati (origines nati *B*): unde (*sic B*, une *P*) nec 'longe a vocabulo discrepant (discepant *B*). aemulata enim hac detracta littera Gete 'quas Scite sunt nuncupati (cuncupati *P*). hic igitur septentrionis (-nes *B*) glacialica '(glatiolica *B*) iuga inhabitantes circa Scitica regna quaeque sunt ardua montium cum 'ceteris gentibus possidebant. quibus sedibus inpetu gentis (gentes *P*) Ugnorum (un-'norum *B*) depulsi (*om. B*) transgressoque Danubio Romanis sedebunt (*sic B*, sedunt *P*). 'sed dum eorum non sustinent indignati (-tis *P*) regem sibi ex sua turba legunt (sibi 'elegunt *B*), Traciam inruunt, Italiam vastant, obsessam urbem capiunt, Gallias ad-'grediuntur patefactisque (que *om. B*) Pirineis montibus Hispanias usque perveniunt 'ibique sedem vitae adque imperium locaverunt.' sequuntur Orosiana. excerptum eo nomine insigne est, quod recapitulatio c. 66, ad quam pertinet, et eo ipso loco finit, ubi finit in codice Escurialensi modo dicto saeculi VIII et consentit ad verbum cum recensione ea, quam soli repraesentant libri nostri *AM* saec. XIII et XIV, eamque ostendit adscendere ad saeculum octavum.

Ovetensis epitome a. 883, cuius adhibuimus libri duos Albeldensem et Emilianensem, tractata est in add. VI. videtur proficisci ex recensione contaminata, cum adsit in ea locus p. 288, 14—17.

Alcobaciensem librum supra p. 171 (c. 19) vidimus habuisse Isidori historias laudarique eum a Vasaeo in locis quos infra attulimus p. 289, 5 et p. 290, 27. ipse cum perierit, dubium non est recensionem eam, quam servant hodie soli libri duo mox indicati Parisinus arsenal. n. 982 et Matritensis univ. 134, sumptam esse ex Alcobaciensi, nam hunc saepe monuimus ex eo descriptum esse, illum infra, ubi de continuatione Isidoriana a. 754 agimus, item demonstrabimus ex eodem libro pendere.

Parisinus bibliothecae *de l'Arsenal* n. 982 (olim hist. Lat. 7), antea collegii regii de *A*
Champagne-Navarre, saec. XIV (*Archiv* 8, 356: Hertzberg *Isidorus* p. 10) post Orosium et Isidori chronica maiora inde a f. 45 habet historias eius inscriptione et subscriptione destitutas, sed ante c. 66 legitur: *incipit Gothorum historia fato* [sic] *edita: prologus;* deinde ante c. 71: *incipit Ubandalorum historia;* ante c. 84: *explicit historia Wandalorum, incipit Suevorum cuius supra.* sequuntur f. 48—53 chronica Isidoro Pacensi attributa neque inscripta neque subscripta. Isidori nomen in textu nusquam reperitur, in indice voluminі praemisso post Orosium est: *Ysidorus minor ibi hystoria Gothorum Wanda-*

lorum Suenorum [sic] *Romanorum cum repertorio* et f. 42—53 paginis rectis inscribitur *Ysidorus minor.* post Isidoriana adsunt Rodericus Toletanus, Beda de gestis Anglorum aliaque minora. collatus cum Matritensi n. 134 fere gemello uno loco p. 281, 2 monstrat dittographiam, scilicet pro vero *disponere* in Parisino est *uel discomponere,* in Matritensi *componere,* pluribus emendationes a Matritensi alienas, ut p. 298, 3. 6 offensus vocabulo *relicta* absolute usurpata bis librarius dedit *relicta uxor;* p. 289, 2 ex *gentes imperio,* ut est in *B* pro *gentis imperium,* quod recte restituit Matritensis, hic fecit *gentibus imperium;* p. 289, 20 *Francorum milibus* pro *Francis milibus;* p. 287, 16 pro *potius,* ut est in *B* pro *potitus,* scripsit *potius ampliauit.*

M Matritensis univ. n. 134 olim Complutensis saec. XIII, quo quae contineantur, supra p. 167 seq. ad Victorem et Iohannem enarravimus, f. 53—59 post chronica maiora 'Isidori iunioris' historias proponit inscriptas f. 53: *incipit Gothorum ystoria a supra fato edita. prologus. Gothorum antiquissimam* cet., ante c. 66: *Recapitulatio cuius supra de origine Gothorum.* f. 57': *incipit Wandalorum ystoria cuius supra. Domino et filio karissimo Sisenando . . .* f. 58': *explicit istoria Wandalorum. incipit Suevorum cuius supra. era CCCCXLVI . . . .* contulit nobis Ewald totum, deinde ipsum tractavimus. huic libro propriam esse dedicationem Sisenandianam supra (p. 251) dixi. codex gemello *A* paullo antiquior est, sed raro emendatior, immo abundat corruptelis immanibus sibi propriis.

Pelagius episcopus Ovetensis ab a. 1101 ad a. 1129, defunctus c. a. 1143 chronicorum librum composuit Oviedi frustra quaesitum iam a Manuele Risco (*Esp. sagr.* vol. 38 a. 1793 p. 113; cf. Arevalus Isid. I p. 672) et hodie deperditum[1]), sed quem diligenter descripsit Ambrosius Morales[2]) et exemplaria eorum quae eo continebantur sumpta saec. XVI extant plura. praefationem, quam Pelagius chronicis praemisit (servant eam et apographa quaedam, ut Matr. bibl. nat. F 58 f. 118 et F 93 et T 10 et excerpsit Morales referuntque eam Nic. Antonius bibl. Hisp. vet. l. VII c. 3 ed. Bayér vol. 2 p. 14 et Florez *Esp. sagr.* 4, 200 et Risco ib. 38, 370 et Tailhan *chron. de Tolède* p. VIII), haec est recepta a nobis, quoniam pertinet ad quaestionem de chronico noto sub nomine Isidori Pacensis: 'Charissimi fratres, si cronicam hanc 'quam aspicitis bonoque animo eam legeritis, invenietis, quomodo Iunior Isidorus 'Pacensis[3]) ecclesiae episcopus, sicut in veteri testamento et novo et per spiritum 'sanctum intellexit, ita ab Adam usque ad Noe et usque ad Abraham, Moysem et David 'et usque ad adventum nostri redemptoris et de iudicibus sive et regibus in Israel et 'de Romanis regibus sive imperatoribus et de Evandalis et Alanis sive et Suevis 'Hispaniae (Hispanis *al.*) regibus, sicut a maioribus et praedecessoribus suis inquisivit 'et audivit, plenissime scripsit. et beatus Isidorus Ispalensis ecclesiae episcopus, de 'quo nunc Legionensis gaudet ecclesia, de regibus Gotorum a primo Atanarico rege 'ipsorum usque ad catholicum Bambanum regem Gotorum, prout potuit, plenissime exposuit. et a praedicto rege Bambano usque ad catholicum Pelagium regem Gothorum 'beatus Iulianus Pomerius Toletanae sedis archiepiscopus, qui arcam cum sanctorum 'pignoribus, qua nunc Ovetensis ecclesia gloriatur, cum rege Pelagio secum in Asturiis 'transtulit et sicut a maioribus et praedecessoribus suis inquisivit, de regibus Gothorum et

1) Errore Tailhan *chronique des rois de Tolède* p. VIII ait eum adservari Matriti in bibliotheca nationali sub numero F 134. cogitasse videtur de codice bibliothecae universitatis eo numero notato, sed ab Ovetensi diverso. 2) Moderante eo scriptum exemplar Matritense bibl. nat. F 58 accuratam et plenam Ovetensis libri notitiam suppeditat, a qua pendent potissimum Florez *Esp. sagr.* 4, 195 seq.; Risco ib. 38, 366. post crucis imaginem, quam reddit liber ille, positam, ut ibi dicitur, initio vetustissimi codicis Ovetensis, sub titulo *Pelagius etsi indignus episcopus propria manu scripsit haec genealogia* legebantur ibi stemma regum quattuor Ervigii Egigae Cindasuinti Vambae. Morales codicem dicit *un libro antiquisimo de letra Gotica que fue menester a prender de espacio a leerla: es de la iglesia cathedral de Oviedo y prestomelo el obispo de Plazencia Don Pero Ponce de Leon.* 3) *Hispalensis* corrigit Dozy (*recherches sur l'hist. de l'Espagne* I³ p. 2) parum considerate; ei enim Pacensem opponit Pelagius.

'audivit, prout potuit, plenissime scripsit. et a Pelagio rege usque ad Adefonsum casti 'et catholici regis *[sic]* Gotorum Sebastianus Salmanticensis ecclesiae episcopus, sicut 'a maioribus et praedecessoribus suis inquisivit de Gotis regibus et audivit, plenissime 'scripsit. et ab Adefonso rege casto usque ad Veremundum regem podagrogum Sam-'pirus Astoricensis ecclesiae episcopus, sicut a maioribus et praedecessoribus inquisivit 'et audivit de Gotis regibus, prout potuit, plenissime scripsit. et a Veremundo poda-'grigo rege usque ad Adefonsum regem filium Raymundi comitis et Urracae reginae 'Pelagius Ovetensis ecclesiae episcopus, sicut a maioribus et praedecessoribus suis in-'quisivit et audivit, de Gotis et Aragonensis regibus, prout potuit, plenissime scripsit.' praefatio haec ut pollicetur, fuerunt in volumine eo et genealogiae veteris novique testamenti (vide vol. 1 p. 159) et chronica aevi inferioris complura aliaque multa ad eorum temporum res spectantia, in his *liber Ithacium vocatus* is, cuius supra p. 3 adn. 1 in Hydatio mentionem fecimus. ad nostra ex Pelagianis pertinent cum *cronica regum Vulse Gothorum,* id est laterculus regum Wisigothorum vocabulo hoc a Pelagio pessumdato infra suo loco editus, tum historiae Isidori. eas Pelagius quomodo exhibuerit, iam exponemus secuti apographum omnium optimum Matrit. bibl. nat. F 58, nobis *O*.

1. *incipit cronica Vandalorum regum. era cccxxii ante biennium interruptionis .... interitum. explicit istoria Vandalorum.*

2. *incipit Suevorum cronica. era ccccxui Suevi principe Ermerico .... annis scribitur.*

3. *incipit chronica regum Gothorum a beato Ysidoro Hispalensis ecclesie episcopo ab Atanarico rege Gotorum primo usque ad catholicum regem Bambanium scripta* (pro his tantummodo *chronica regum Gothorum* apographa alia, ut Matr. T 10 et Matr. F 93). *Gotorum antiquissimam .... pater pauperum vocari sit dignus* (c. 64 fin.). deficiunt igitur non solum laus Hispaniae, sed etiam Gothicorum pars extrema c. 65—70. contra ex laterculo regum Visigothorum ad p. 292, 9 adiecti sunt Reccaredus II, Suinthila, Sisenandus. adhaeret ad p. 293, 11 brevis notitia de Tulga et Chindasuinto haec: *Tulga regnavit annis II menses IIII. Cindasuintus rex mitis gloriosus vel insignis hortodoxus et vere pius. hic adeo adhibuit regnum anno quinto imperii sui Toleto era DCLXXXIII. memoratus itaque rex Gotorum regnavit annos VI menses VIIII dies XI. extra Toletum in pace obiit in monasterio sancti Romani de Ornisga secus flumen Deorii, quod ipse a fundamento edificavit, intus ecclesia ipsa in cornuta per quatuor partes monumento magno sepultus fuit.* nullo intervallo sequitur chronicon quod dicitur Sebastiani (*Esp. sagr.* 13, 478): *igitur filius eius Recesuindus* cet., in cuius praefatione Isidorus Hispalensis dicitur chronica *usque ad tempora gloriosi Wambani regis* perduxisse, aliaque a nostro proposito aliena. haec ut omisimus, ita additamentis relatis inter Isidoriana locum dedimus minoribus in apparatu, maioribus in additamento secundo.

Pelagiani corporis apographa extant extiteruntve plura, quorum quae ad Isidoriana pertinent hoc loco recensebuntur.

1. Batres qui saec. XVII degebat Garcilasus de la Vega inter volumina ab avo Ferdinando Perez de Gusman sibi transmissa teste Ambrosio Morale (*viage* p. 96 et ad cod. F 58 f. 112; item apud Florezium *Esp. sagr.* 4, 195 et Riscum ib. 38 p. 111. 366) habuit apographum Ovetensis libri vetustum *(muy antiguo,* Morales ait, *en el pergamina y letra y en todo lo demas),* sed de cuius origine dubitari non potest, cum inceperit sic: *Pelagius Ovetensis ecclesiae episcopus fuit consecratus sub era MCXXXVI IIII^a kls. Ianuarii* et fuerit in eo 'cathalogus eorum quae in veteri codice Ovetensi continebantur'. ex hoc libro descripta sunt Isidoriana codicis, de quo mox dicetur, F 58 iussu Moralis, deinde ab eodem recognita ad ipsum Ovetensem.

2. Florianus de Ocampo quod habuit exemplar (*no tan antiguo como estos dos,* Morales ait) Morales f. 112 item adhibuit commodatum sibi a fratribus S. Francisci de

Zamora, descriptum, ut eidem visum est, ex Batresiensi. habens id ipsum quod modo attulimus exordium et in omnibus fere cum hoc consentiens; sed idem Florianus teste Morali librum quoque usurpavit 'antiquum Complutensem': *los tres primeros de Batres, de Oviedo y de Florian conformaran en muchas cosas . . el de Alcala . . . tenia algunas cosas differentes.* in Complutensi, quem Morales ipse non videtur vidisse, sed adhibuisse excerpta inde a Floriano, adnotat non fuisse exordium de Pelagii consecratione, sed ei folium defuisse 'eo ipso in loco, ubi hoc ipsum legi oportebat: quamquam multa habet 'is codex statim in principio, quae in aliis duobus non reperias'.

O 3. Matritensis bibl. nat. F 58 saec. XVI (quod est exemplum Ovetensis libri bibliothecae regiae Matritensis laudatum a Florezio *Esp. sagr.* 4, 198) tria chronica habet f. 118 seq. sic ut supra ea descripsi. hic liber moderante Ambrosio Morale (id quod deprehendit collato codice altero F 86 f. 29 Bernaysius), descriptus est ex Batresiensi: praeterea ad Goth. c. 52 adscriptum est: 'Floriani exemplar plura intexuit, ea nimirum quae in imo alba papiro adscripsimus'.[1]) librum mea causa contulit Bernaysius, adnotans proficisci ex codice hoc quae edita sunt *Esp. sagr.* vol. 38 p. 261—265 (= cod. f. 170′—172′) et p. 266—271 (= cod. f. 173′—177) et p. 366—376.

[*O*] 4. Matritensis bibl. nat. T 10 saec. XVI, quem et ipsum collatum habui. praecedenti simillimus est, sed multis locis pessumdatus interpolatione. exempli causa p. 269, 5. ubi in *O* est *descensis Alpibus quibus [dicitur mons Taurus] inhabitabant,* hic verbis tribus quae separavi ex margine in textum inlatis effecta sunt haec: *descensis Alpibus* (corr. in *montibus*), *in quibus dicuntur montem Taurum inhabitasse.* item p. 269, 12 pro verbis *Gothi Sarmatarum regionem aggressi* in *O* est *Gotis armatarum armate regionem aggressi,* in hoc *Gothi armati alienas regiones aggressi* et sic deinceps. habet tamen codex non raro veram lectionem, ubi erravit librarius codicis F 58 neque ex hoc descriptus est: sed cum recensio Pelagiana ipsa exiguam utilitatem habeat, in adnotatione hunc librum raro respexi.

[*O*] 5. Matritensis bibl. nat. F 93 saec. XVI simillimus est ei qui praecedit et fortasse ex eo descriptus; ita in duobus quos ibi attuli locis ab eo non discedit nisi eo, quod hic pro *Alpibus* est *montibus,* ut emendatum est in T 10.

6. Cheltenhamensis Phillippsianus n. 11872 saec. XVII, descriptus a Waitzio *neues Archiv* 4, 598.

L Lucas Tudensis, qui scripsit chronica mundi ad a. usque 1238 (aeram 1274), ut primo libro Isidori chronica repetivit (subscripsit Lucas primo libro: *explicit primus liber cronicorum beati Ysidori Yspaniarum doctoris episcopi Ispalensis* secundum cod. Leid. similiterque editio), ita in secundo (subscriptum: *explicit secundus liber cronicorum beati Ysidori episcopi)* post prologum Lucae ipsius, quo scribit ad gesta regum Gothorum manum se mittere *chronicorum librum Isidori* secundum in opere proponendo. annorum autem numeros vitiatos se utcumque potuerit in ordinem redegisse, sequuntur sub titulo *beati Isidori prologus* epistula ad Sisenandum, historia Vandalorum sine titulo. *Suevorum historia* sic inscripta, denique incipiens a recapitulatione (c. 66—70) *Gotthorum historia* finiens in c. 64 fin. scripta horum chronicorum exemplaria extant complura Matritense bibl. nat. Toletanorum 27, 28 saec. XIII (Ewald *neues Archiv* 6, 320), quod mea causa ad librum II contulit Bernays, Matritense bibl. regiae privatae 2. C. 5 saec. XIII/XIV (Ewald l. c. p. 344); Salamancanum bibl. univ. 2. 3. 5 saec. XIV (Ewald in schedis);

1) Sunt haec sumpta ex Isidoro verbis immutatis: 'Tantae virtutis fuit (Recaredus), quod non solum 'boni, verum etiam mali eius vitam desiderabant eius vitam *(sic).* inter alia pia ac bona opera quae fecit 'multa ecclesiarum praedia, quae quondam ab episcopis pater eius acceperat, ipse ecclesiis et episcopis restituit. 'elemosinas quam plurimas pauperibus dedit. ipse tamen verissime credebat, quod ad restituenda dapna *(sic)* 'per patrem suum in regno facta deus sibi regnum dederat et a primo die sui regni usque ad ultimum in his 'propugnavit.'

recentiora Matritensia duo bibl. nat. F 130 (Knust *Archiv* 8, 790) et P 138 (Knust *Archiv* 8, 790; Hertzberg *Isidorus* p. 15; Hartel bibl. patr. Hisp. 1, 433); Escurialensia duo b. I. 9 (Arevalus Isid. 1 p. 689; Knust *Archiv* 8, 810; Ewald l. c. p. 232) et F I. 28 (Knust *Archiv* 8, 814); Leidense Perizonianum fol. n. 9 (Hertzberg *Isidorus* p. 16); Vaticanum n. 7004, quod cardinali Baronio a. 1597 misit Franciscus Penia acceptum a Salazaro Salamanticensi. editio, quam curavit Andreas Schottus in Hispaniae illustratae volumine quarto (Francofurti 1688) non tam Lucam repraesentat quam Isidori recensionem prolixiorem ad Lucae librum aliquem ita emendatum, ut iam neque Isidorum hic habeas neque Lucam et tota abicienda sit. ipse Lucas, quem, ut dixi (p. 253), adhibui secundum librum Matritensem Toletanum, plura exemplaria chronicorum Isidorianorum videtur adhibuisse, scilicet alterum recensionis Pelagianae, quacum omittit c. 65, alterum ad nostros *AM* prope accedens pariter contaminatum ex recensione utraque, sed ut ibi quoque, ubi *AM* prolixiorem sequuntur, Lucas non raro ad breviorem se applicet, habens quoque sic ut *M* dedicationem Sisenandianam.

Perezius secundum ea quae narrat ipse (apud Villanuevam *viages* 3, 200) recensionem historiarum Isidori quam formavit traxit ex libris duobus recentioribus, altero doctoris Iohannis Paez, quem descripsit, altero, qui est Pelagianus supra p. 264 memoratus, Floriani Docampo antea, postea Ambrosii Moralis, cuius variam lectionem ad marginem posuit sub nota *alias*, adscribens denique variam lectionem codicis Soriensis (supra p. 260), quem postea demum nactus est, sub nota *v(eteris) c(odicis)*, similiter atque fecit in Victore. praeterea adhibuit Lucae Tudensis Isidoriana. exemplar eius Segobrigense apparatu instructum nos non habuimus; apparatu destituta sunt scripta duo Matritense Toletanum cod. 27, 26 (Ewald *neues Archiv* 6, 364) et Matritense bibl. nat. F 38 f. 43 seq. (Knust *Archiv* 8, 782; inspexit librum meo iussu Bernays) et editum inter opera Isidori cura Grialii publicata Matriti a. 1599, quae prima est editio historiarum Isidorianarum recensionis prolixioris. eam recensionem solam apparet Perezium novisse; praeterea diserte ait dedicationem Sisenandianam a suis libris afuisse. nos in apparatu Pereziana non adhibuimus.

Extra Hispaniam medii aevi scriptores antiquiores historias Isidorianas non adhibuerunt; primus, apud quem excerpta inde reperta sunt, Thomas est Tuscus auctor saec. XIII (MG. SS. 22, 485). glossarium Ansileubanum cum habeat excerpta ex historia Gothica Isidori, inde iure colligemus compilatum esse et ipsum in Hispania.

Orthographica in Isidorianis non recedunt a forma solita. ego satis habebo indicare vitia in codice primario Berolinensi saec. IX reperta: recentiores ab hac non fucata barbaria ad mitiorem fere declinant.

ae, e, oe:

e pro *ae* passim: semper *era*.

ae, e pro *oe*: *ceperunt* 8 — *federe* 11 — *pr(a)elium* 15. 38 (plerumque *proelium*).

b et *v:*

b pro *v* non admodum frequenter: *danubius* plerumque (*danuuius* 39) — *exalabit* 43 — *offuscabit* 49.

v pro *b* item rarius: *deuita* 43 — *prouantur* 66 — *sueui* constanter, nec mutavi.

c et *g*: *gallicia* vel *gallitia* constanter pro *Callaecia*.

c et *qu*: *eorum* 62. — (*quolligentes* 1[d] *W*[1]).

c et *t:*

c pro *t*: *amiticia* 33, *amicicia* 75 — *licencia* 31.

t pro *c*: *amiticia* 33 — *pernitiosus* 7 — *prouintia* passim — *spetiosus* 1[a], etiam in his: *exertitus* 34 — *fallatibus* 24 — *patifico* 56 — *printipem* 43 bis. — *Tratia* 9.

ct et *t*:
ct pro *t*: *delictiscens* 38.
t pro *ct*: *extinto* 45.
d et *t*:
d pro *t*: *adque* 72 — *fuissed* 39 — *inquid* 69 — *regnassed* 39 — *reliquid* 39.
t pro *d*: *aput* 33.
e et *i*:
e pro *i*: *cines* 33 — *deneque* 37 — *dereptum* 72 — *emeretum* 46 — *pereclitati* 18.
i pro *e*, *ae*: *distructum* 32 — *expiditio* 59 — *expirs* 58 (em.) — *gallicia* vel *gallitia* constanter *B* et fere constanter *A* (semel 73 *gallecia*), contra *gallecia P* item constanter — *indiginis* 1[b] — *pirineum* 71 — *possiderant* 71 — *religavit* 50 — *residerant* 22.
f et *ph*: *triumf-* 62. 67.
h omissa: *exalabit* 43 — *exauriunt* 72 — *abuit* 63 — *ac* 70 — *actenus* 1[c]. 68 — *austus* 61 — *eraclius* 62 — *istoriis* 2 — *orridus* similiaque passim — *ostis* 41. 45. 51. 61 — *Unni* constanter — *pirrus* 2 — *proncitur* 30 — *tesaurus* 50, etiam in Gothicis passim, ut *Gotus* saepius quam *Gothus*, quamquam subinde ita emendatur — *Atanaricus* semper — *Ataulfus* 19 (plerumque *Athaulfus*) — *Renus* 71 — *Teodosius* 76.
addita: *hac* 46 — *hiliricianus* 76 — *nihilhominus* 32.
i et *y*:
i pro *y*: *hiliricianus* 76 — *martir* 75 — *olimpicus* 1[b] — *pirineum* 71 — *pirrus* 2 (item *W*) — *sillabae* 1[d] — *tiramn-* passim — *tirios* 1[b] et sic fere semper.
m et *n*: *quorundam* 58 — *tiramnizantem* 49 — *contemtus* 48; item *aliquandiu* 35. 39.
n inserta: *impetranset* 38 — *incendunt* 69 — *mendicamentum* 61 — *occansio* 42. 46. 60 — *-ensimus* mut. in *-esimus* 13 bis — *succensio* 65, *succendit* 87.
o et *u*:
o pro *u*: *adolescens* 92 — *exercito* 24 (em.) — *forure* (= furore) 50 — *fulgorans* 1[b] — *impeto* 34 (em.) — *obtentos* 62 — *plorimus* 51 — *postolata* 71 — *redditos* 50 — *sobule* (em. in *sobole*) 19.
u pro *o*: *capitul-* 1[d]. 4 — *confusus* (= confossus) 44 — *detunsus* 92 — *nepus* 40 — *populus* 52 — *popuscerat* 47 (em.) — *pruntus* 64 — *sobule* (em. in *sobole*) 19 — *sulum* 64 — *uicturia* 49. 61.
p inter *mt* omissae: *contemt-* 40. 48 — *peremtus* 32. 39. 41 (sed *interemptus* 44 — *promtus* 52. 64 — *redemtio* 61 — *sumtus* 57.
postergum 54.
s et *x*: *ausit* 51 — *Ildiris* 82 — *iusta* 75.
s impure: *espem* 54.
Spania plerumque et sic scripsi semper, *Ispania* 34. 39. 41 *(semel)*. *Hispania, Ispania, Yspania A*; *Hispania* vel *Ispania* fere *P*.
u omissa: *extingens* 83 — *sanginem* 14.
Wandali plerumque, rarius *Vandali* et sic in similibus.
x = *cx*: *extincxit* 22.
geminatio neglecta: *Arianus* 70 — *Atila* semper — *ceserunt* 49 — *confusus* (= confossus) 44 — *disensio* 89 — *exterita* 68 — *galiarum* 38 — *galienus* 4 — *genuae* 1[c] — *Hiliricianus* 76 — *misum* (corr.) 46 — *perteritur* 32 — *regresus* 34. 40 — *solicitatum* (corr.) 13 — *successor* 48 — *Uni* (raro).
geminatio abundans: *abscissis* 78 — *affrica* constanter — *intullit* 91 — *malluisset* 24 — *ocecani* 42 — *pestillentia* 75 — *redditos* 50 — *repperitur* 65 — *reppetit* 22. 27 — *spannia* 41 — *tellis* 70 — *tirrannis* 46.

DE LAVDE SPANIAE.

Omnium terrarum, quaequae sunt ab occiduo usque ad Indos, pulcherrima es, o 1
sacra semperque felix principum gentiumque mater Spania: iure tu nunc omnium regina
provinciarum, a qua non occasus tantum, sed etiam oriens lumina mutuat: tu decus
atque ornamentum orbis, inlustrior portio terrae, in qua gaudet multum ac largiter floret
Geticae gentis gloriosa fecunditas. Merito te omnium ubertate gignentium indulgentior 1a
natura ditavit. tu bacis opima, uvis proflua, messibus laeta: segete vestiris, oleis inumbraris, vite praetexeris. tu florulenta campis, montibus frondua, piscosa litoribus. tu
sub mundi plaga gratissima sita nec aestivo solis ardore torreris nec glaciali rigore
tabescis, sed temperata caeli zona praecincta zephyris felicibus enutriris. quicquid
enim arva fecundum, quicquid metalla pretiosum, quicquid animantia pulchrum et utile
ferent, parturis, nec illis amnibus posthabenda, quos clara speciosorum gregum fama
nobilitat. tibi cedet Alfeus equis, Clitumnus armentis, quamquam volucres per spatia 1b
Pisaea quadrigas Olympicis sacer palmis Alfeus exerceat et ingentes Clitumnus iuvencos
Capitolinis olim immolaverit victimis. tu nec Etruriae saltus uberior pabulorum requiris
nec lucos Molorchi palmarum plena miraris, nec equorum cursu tuorum Eleis curribus
invidebis. tu superfusis fecunda fluminibus, tu aurifluis fulva torrentibus: tibi fons equi
genitor: tibi vellera indigenis fucata conchyliis ad rubores Tyrios inardescunt: tibi
fulgurans inter obscura penitorum montium lapis iubare contiguo vicini solis accenditur.
Alumnis igitur et gemmis dives et purpuris rectoribusque pariter et dotibus imperiorum 1c
fertilis sic opulenta es principibus ornandis ut beata pariendis. iure itaque te iam
pridem aurea Roma caput gentium concupivit et licet te sibimet eadem Romulea virtus
primum victrix desponderit, denuo tamen Gothorum florentissima gens post multiplices
in orbe victorias certatim rapuit et amavit, fruiturque hactenus inter regias infulas et
opes largas imperii felicitate secura.

BXY Legionensis.

LAVS HISP.: 2 pulcerim *Y* o] os *Y* 3 principum (principium BX^aY) gentiumque mater] principumque mater gentium *Leg.* ispania X^a, hispania X^bY nunc] *malim* nuncupare 5 portior *B* 6 getae *X*, geti *Y* gentes glomosa *B* ubertatem X^2 6/7 indulgentiam (indulgentia* X^1) ornatura X^1Y, indulgentiae ornatus X^2 7 dictauit *B* bacis] pacis X^b, pascis X^aY laeta] lata *Leg.* segetis X^1, segetibus X^2, segetes *Y* 7/8 inubraris *Y* 8 frondea X^1Y *Leg.*, frondosa X^2 9 torreris] terris X^1Y 10 zephyris felicibus] feris felicibus *X* (*marg.* uel aere felici) *Y* 11 secundum *B* posthabendam B^a speciosarum *X*, species horum *Y* grecum *B* 13 nobilitat* X^a, nobilitate X^bY ced*t X^1, cedat X^2 equus B^a armentus B^a 14 pisea *XY*, phisea *Leg.*, *om.* *B* quadricas *Y* iuuencus X^a 15 capitulinis *B*, capitulinas *B* errurie *Y*, esurie *Leg.* uberiores X^2 pabulorum] X^2, parbulorum X^1, paruolorum *Y*, paruulorum *B* 16 lucus molocri BX^1Y, lucos molochri X^2, lacus molocri *Leg.* quorum *B* cleis] *XY*, altis *B* 17 inuideris *Leg.* superfluis *Leg.* 18 tibi] tu *Leg.* indiginis fugata *B* conciliis *BXY*, coccineis *Leg.* trios B^a 19 penitorum] poenitum X^2 iubere *B* uicinis *Leg.* 20 doctibus *B* impiorum *Leg.* ut] ac *Leg.* 21 pariendi *B* 22 concupuit X^1Y licet et *Leg.* romulea] *XY*, romule *B* uictrix desponderit] *scripsi*, uictrix sponderit (spoponderit X^2) *XY* *Leg.*, uictus spondeorit *B* 23 gens] uirtus *XY*, irtus *Leg.* 24 urbe X^1Y *Leg.* hatenus X^a infulas] *XY*, insulas *B* 25 felici*tate seeura *X*, felicitates et curam *Y*

DE ORIGINE GOTHORVM.

Gothorum antiquissimum esse regnum certum est, quod ex regno Scytharum est exortum.

isti sunt enim, *quos Alexander vitandos pronuntiavit, Pyrrhus pertimuit, Caesar exhorruit.* per multa quippe saecula et regno et regibus usi sunt, sed quia in chronicis adnotati non sunt, ideo ignorantur. ex illo autem in historiis inditi sunt, ex quo adversum se Romani eorum virtutem experti sunt, quorum oportet tempora et reges per ordinem cursim exponere et aliqua eorum gesta de historiis libata retexere.

1[d] Gothorum antiquissimam esse gentem [certum est]: quorum originem quidam de Magog Iafeth filio suspicantur a similitudine ultimae syllabae; et magis de Ezechiele propheta id colligentes. *retro autem eruditi eos magis Getas quam Gog et Magog appellare consuerunt.*

Hieron. quaest. in gen. 10, 2 vol. 3 p. 318 Vall. cf. in Ezech. 34 vol. 5 p. 405 Vall.

2 Interpretatio autem nominis eorum in lingua nostra tecti quod significatur fortitudo: et re vera. nulla enim gens in orbe fuit, quae Romanum imperium adeo fatigaverit. *isti sunt* enim *quos* etiam *Alexander vitandos pronuntiavit, Pyrrhus pertimuit, Caesar exhorruit.* per multa quippe retro saecula ducibus usi sunt, postea regibus, quorum oportet tempora per ordinem cursim exponere et quo nomine actuque regnaverint, de historiis libata retexere.

Oros. 1, 16, 2. — cf. Oros. 1, 17, 2.

3 Anno aute aeram conditam XII dum pro arripiendo rei publicae imperio consul Pompeius et Gaius Caesar arma civilia commovissent, Gothi ad praebendum Pompeio auxilium in Thessaliam adversus Caesarem pugnaturi venerunt. ubi dum Aethiopes Indi Persi Medi Graeci Scythae ac reliquae Orientis gentes vocatae adversus Iulium

P sin., BW Rod. NHAMO(L) dextra.

SIN.: 21 uirtu P^a 24 libenter *P*

DEXTR.: 2 esse *om. A* 3 certum est] *adscivi ex huiusce libri textu altero, om. alter, ante* gothorum *ins.* scitote *Rod. NH, post* gentem *ins.* affirmant [*O*] *L haec:* gothorum .... 7 retro autem eruditi *breviavit sic:* gothorum antiquissima origo *subiecta recapitulatione (c. 66):* de Magog Iaphet filio .... cui seruiere tot gentes 3 origine *Rod. N* 4 quidam *om. W* fil. iaph. *M* 4/5 suspicantur] *BNH,* suspicantur editi (edici *M*) *AM,* esse creditur *W,* adfirmant *O,* ducunt [*O*] 5 ultimae *om. Rod. N* 6 ezechielo BH^1, ececillo *W,* ezezielo *Rod.* id] idem *H* 7 retro] *reliqui et Hier.,* romani *B solus* eruditi] *scripsi,* editi *BNO Rod.,* editio *AM,* editis *W,* editrix *Perez, om. H* 8 gestas *Rod. N* appellari *M* 9 consuerunt *WN Rod.,* consueuit *AM* *post* consuerunt *ins.* gens fortissima etiam iudaeorum (iudeam *M*) terram (terra *M*) uastatura (uastatum *A*) describitur *AM,* g. f. haec a qua iudaea terra uastata describitur *L* 11 linguam nostram *WNHAMO Rod.* tecti quod] recte quoque *L* significantur *B* 12 re] te *M* uera] fera *W* 13 romarum *O* 14 fatigaverit] faticauerit *Rod.,* fatigauerint *O,* f. ut hii *AM,* f. ut hi *L* isti] sti *W* 15 alaxander *W* 18 uisi *O* 19 quorum ... 22 retexere *om. W* quorum] eorum *Rod.* oportet] *NHAMO, om. B* tempore *O* 19/20 ordine *O* 20 cursim] cursum *A, om. in sp. vac. M* 21 liuata *Rod.* 25 anno ante aeram (era *B,* er *Rod.,* romam *margo N*) conditam (condita *B*) xii] era uero iucliii *O,* era mundi ũcliii [*O*] 27 consul] magnus *L* gaius] gaius iulius *AM,* iulius *L* 28 commobissent *Rod.* 29 pompei] B^b*WNO,* ponpei *Rod.,* pompeio *HAML,* cotei pompei B^a axilium *B* 29/30 tessalia *WHN Rod.,* tesalia *B* 31 *post* dum *ins.* in pompei exercitu *AML* eziopes *WN Rod.,* ethyopes *M* 32 persae *ML* *post* graeci *ins.* armeni *L (non habent AM)* scite *BW,* scire *M* reliqui *Rod. M* 33 uocante *M,* uocare *O,* euocatae *L* iulium] *W Rod. NHAMOL,* illum *B*

dimicassent, isti prae ceteris ei fortius restiterunt: quorum Caesar copia et virtute turbatus fertur fugam meditasse, nisi mox proelio finem dedisset.

Aera CCXCIIII anno imperii Valeriani et Gallieni primo *Gothi* descensis 4 Alpibus, quibus inhabitabant, *Graeciam Macedoniam Pontum Asiam atque Illyricum vastaverunt. ex quibus Illyricum et Macedoniam XV ferme annos tenuerunt. deinde a Claudio imperatore superati sedes proprias repetunt. Romani autem Claudium Augustum pro eo quod tam fortissimam gentem a finibus rei publicae removisset insigni gloria honorantes in foro illi aureum clipeum, in Capitolio* (autem *ins. P*) *auream* (ei *ins. P*) *statuam conlocaverunt.* Hier. 2279. 2286.

Aera CCCLXVIIII, *anno XXVI imperii Constantini Gothi Sarmatarum* 5 *regionem adgressi copiosissimis super Romanos inruerunt agminibus* Hier. 2348.

vehementi virtute cuncta gladio et depraedatione vastantes.

adversus quos idem Constantinus aciem instruxit ingentique certamine vix superatos ultra Danuvium expulit, de diversis gentibus virtutis gloria clarus, sed de Gothorum victoria amplius gloriosus. quem Romani adclamante senatu publica laude prosecuti sunt, quod tantam gentem vicerit, quod patriam rei publicae reformaverit. Hier. l. c.

Aera CCCCVII, anno V imperii Valentis primus *(om. P)* Gothorum gentis 6 administrationem suscepit *Athanaricus,* regnans annos XIII, qui *persecutionem crudelissimam (om. P) adversus fidem commotam voluit exercere contra Gothos, qui in gente sua* (in locis suis *P*) *Christiani habebantur* Hier. 2385. Oros. 7, 32, 9.

ex quibus plerique, quia idolis immolare non adquieverunt, *martyrio coronati sunt: reliqui autem coacti sunt*

ex quibus plurimos, quia idolis immolare non adquieverunt, *martyres fecit, reliquos autem* multis persecutionibus

---

P sin., BW (finit 4 dedisset) *Rod. (finit ibidem) NHAMO(L) dextra.*

DEXTR.: 1 isti] sti *W*, iste *Rod. NH* ei] eius *A*, caesari *L* 1/2 fortius prestiterunt W^1, fortiores steterunt *H* 3 meditasse] meditatus esse *AML*, meditatus fuisse [*O*] 4 *post* dedissent *ins. (ex Suetonio Caes. 36 vel ex Eutropio 6, 20)* tunc Caesar ait nec Pompeium scire vincere nec Caesarem posse vinci nam (nolam *M*) si Pompeius vincere nosset (noss. uinc. *H*), hodie cum tam asperrimis (asperis *H*) viris Caesarem superasset *HAML* 5 ccxciiii] *BN*, ccxiiii *P*, cclxiiii (*in archetypo fuit* ccxlxiiii) *A*, ccliiii *M*, cclxuiii *H*, cccl *O*, cclxxxui *L* anno *om. P* imperii ualeriani (-no B^a [?]) et gallieni] u. et g. imperatorum *P et similiter deinceps, nisi quod c. 11. 34 ut reliqui etiam P* primo] secundo primo *H*, secundo (primo *collocans post* gotthi) *L*, *om. P* 6 alpibus] montibus galliarum alpibus *AM*, descensis montibus [*O*] *post* quibus *ins.* dicitur mons tauru *(sic) O* asiam] et asiam *P* 7 ex quibus ill. et *(om. O)* mac. xu f. annos (annis *P*, anni *O*) tenuerunt *om. N* 8/9 claudio augusto *BH* 9 pro eo] pro *BHO*, per *N* gentem *om.* P^a 9/10 remouissent *B* 10 insigni gloria honorantes] *PL*, *om. BNHAMO* in] et *M*, et in *H* capitolium NH^1 11 *post* collocauerunt *ins.* era ccclxuiii concilium Celeberritanum xix episcoporum temporibus Constantini gestum, eodem tempore quo et Nicena synodus habita est *H* 12 cclxuiiii *P*, ducentisima septuagesima secunda *BA*, ccclxxii *NM*, ccclxxx *O*, ccclxii *L* anno xxuii *AMO*, tempore *L* constantini] constantini christiani imperatoris *L* goti sarmatorum *B*, goti saritanorum *N*, g. sarmarum *M*, gotis armatarum armate *O* 13 irruunt *H* acminibus *B* 14 et *om. O* deprecatione *M* 16 ingenti quo *B* 17 danubium *libri* uirtutum *P*, uirtutibus *N* 17/18 sed d. g. u. a. gloriosus (-sis *M*) *om. O* 18 acclamantes *N* 19 persecuti *MO* tantam g. uicerit (uinc̄ *M*) quod *om. B solus* patriam *om. N* publice rei *NH*, rem publicam L^s 21 quadragentesima septima *B*, cccuiii *P*, cccc *OL* u imperii ualentis (ualentinis *H*)] ualentis ů (*om.* inperii) *P*, uel imp. quinto *O* primorum *O* cotorum B^a 22 susc. atanaricus *plerique,* athanaricus accepit *P* 22/23 persecutione (-nem L^m) crudelissima (-mam *B*) a. fidem (fide N^2, fidem christi *L*) commota (commotu L^m) uoluit se exercere *BNHAMOL*, persecutionem a. f. communem noluit exercere *P* gothos] cotos B^a, eos *P*[*O*], gotos eos *O* 24 in locis suis PL^m 25 quia] qui *AML*

de regno suo exire et in Romanam transire regionem.

adflictos, dum prae multitudine horreret interficere, dedit licentiam, immo magis *coegit de regno suo exire atque in Romanorum migrare provinciam.*

Aera CCCCXV, anno XIII imperii Valentis *Gothi in Istrium adversus semet ipsos in Athanarico et Fridigerno divisi sunt, alternis sese caedibus populantes. sed Athanaricus Fridigernum Valentis imperatoris suffragio* (auxilio *P*) *superans* 7 Isid. chr. 349.

huius rei gratia eum omni gente Gothorum in Arrianam haeresim devolutus est.

huius rei gratia legatos cum muneribus *ad eundem imperatorem mittit et doctores propter suscipiendam Christianae fidei regulam poscit. Valens autem* a veritate catholicae fidei devius et Arrianae haeresis perversitate detentus *missis haereticis sacerdotibus Gothos* persuasione nefanda *sui erroris dogmati adgregavit* et in tam praeclaram gentem virus pestiferum semine pernicioso transfudit sicque errorem, quem recens credulitas ebibit, tenuit diuque servavit. Oros. 7, 33, 19.

tunc Gulfilas eorum episcopus Gothicas litteras adinvenit et scripturas sanctas in eandem linguam convertit.

Tunc Gulfilas eorum episcopus Gothicas litteras condidit et scripturas novi ac veteris testamenti *in eandem linguam convertit.* Gothi autem, statim ut litteras et legem habere coeperunt, construxerunt sibi dogmatis sui ecclesias, talia iuxta eundem Arrium de ipsa divinitate documenta tenentes, ut crederent filium patri maiestate esse minorem, aeternitate posteriorem, spiritum autem sanctum neque deum esse neque ex substantia patris existere, sed per filium creatum esse, utriusque ministerio deditum et amborum obsequio subditum. aliam quoque patris sicut per- 8 Isid. chr. 350.

P sin., BNHAMO(L) dextra.

DEXTR.: 1 adflictos] afflictis L^m, affectos L^s prae] per *MOL* orret *N*, correcet *M* 2 interficere *om. AM* 3 coegit de] coegredere *M* 3/4 romanorum] *B*, romanam solum *A*, romanis solis *M*, romani solii *NH*, romani soli *O*L^s, romanam L^m 4 prouincia *O*, prouincias L^s, regionem L^m 5 aera *om. M* ccccxu] ccccui *HO*, cccciii *L* anno xiii] anno octauo *L*, *om. P* ualentinis *M* in istrium] *BHAML*, instrium *N*, instrunt *O*, *om. in sp. vacuo P* aduersum *PNH* 5/6 semet ipsos] se *P* 6 atanatico B^a frigiderno *M* sese caedibus] *NHAOL*, sese seredibus *M*, se caedibus *P*, se sedibus *B* depopulantes *HL*, prophetantes *M* 7 athanaricus fridigernum (frigidernum *M*)] fridigernum athanaricus (atharicus P^a) *P*: *requiritur* Fridigernus Athanaricum, *ut est in chronicis* superat *AMOL* 8 hius *AM* legatos B^a 11 regulam poscit (poposcit *O*) u. autem a ueritate (autem auctoritate *O*) cath. fidei *om. B (suppl. m. rec.) H* 12 et] ad *O* 13 per ueritate *N*, peruersitatem *O* 14/15 gothis persusione *M* 15 nefanda] fanda *N* sui] sine *M* 15/16 dogmatis *B*, dogma *O* 17 uiros pestiferos *O* 17/18 perniciose *N*, precioso *O* 18 quem] quae *M* 19 crudelitas *HAM* 20 gulfilas] *BNHMOL*, gulphilas *A*, galfilas *P* eorum] eorum gothorum *O*L^s 21 et *om. O* 23 conuertit] committit *O* 25 instruxerunt L^s dogmati *B* 26 talias iuxta undemarum *B* 28 patris *A* maiestati *M* 29 aeternitate (et aet. *NL*) posteriorem (potore *A*) *om. B solus* 30 sanctum] sclm (= seculum) *M* esse neque] esse nec *M* 31 ex substantia] substantiam L^s *(non* L^m*)* *M* per] pro *M*, *om. H* 32 creatum] creatum terre *M* ministerio deditum] *NAMOL*, ministerium dedito *B*, ministerium deditum *H*

sonam, sic et naturam adserentes, aliam filii, aliam denique spiritus sancti, ut iam non secundum sanctae scripturae traditionem unus deus et dominus coleretur, sed iuxta idolatriae superstitionem tres dei venerarentur. cuius blasphemiae malum per discessum temporum regumque successum annis CCXIII tenuerunt. qui tandem reminiscentes salutis suae renuntiaverunt inolitae perfidiae et Christi gratia ad unitatem fidei catholicae pervenerunt.

Aera CCCCXVI, anno XIIII imperii Valentis *Gothi,* qui primum Christianos 9 Hier. Abr. 2393. Oros. 7, 33, 10 seq.
a 'sedibus suis' (terra sua *P*) expulerant, rursus (postmodum *P*) ipsi *ab Hunis* 'cum rege suo Athanarico' *(om. P) expulsi sunt transitoque Danuvio* (Danubii fluuio *P*) *Valentis imperatoris potestati sese non depositis armis tradunt* (dederunt *P*) 'Thraciam ad inhabitandum accipiunt' (accepta ab eo ad habitandum Thracia *P*). *sed ubi viderunt se opprimi a Romanis* contra consuetudinem propriae libertatis, 'ad rebellandum coacti sunt' (resumptis armis rebellando *P*): *Thraciam ferro incendiisque depopulantur deletoque Romanorum exercitu ipsum Valentem* iaculo *vulneratum in quandam villam fugientem succendunt* (incendunt *P*), *ut merito* (iuxta cuiusdam sententiam *ins. P*) *ipse ab eis vivens (om. P)* temporali *cremaretur* incendio, *qui* Oros. 7, 33, 19.
tam pulchras animas *ignibus aeternis tradiderat.*

Invenerunt autem eo proelio Gothi con- 10
fessores priores Gothos, quos dudum propter fidem a terra sua expulerant, et voluerunt eos sibi ad praedae societatem coniungere. qui cum non adquievissent, aliquanti interfecti sunt, alii montuosa loca tenentes et refugia sibi qualiacumque construentes non solum perseveraverunt Christiani catholici, sed etiam in concordia Romanorum,

P sin., BNHAMO(L) dextra.

DEXTR.: 3 non *om. M* 4 dominus] omnes *O* 4/5 coletur *B*, colerentur *O* 5 idololatriae *O* 5/6 supprestitionem *MO* 6 dei] dii *NAMO* ueneraretur *H* 7 malum *om. M* per decessum *AMOL*, per decessu *N*, processu *H* 8 regnumque *N*, gotorumque regum *H* successu *BNH* 9 ccxiii] ccxxiiii *L* 11 molite *O*, inditae L^s *(non* L^m*)* christi gratiam *B*, per chr. gratiam *NHMOL* 12 *post* catholicae *ins.* per orthodoxum patrem Leandrum Hispalensem antistitem *L* peruenerit *N* 13 cccexiii *O*, ccccuiii *L* xiiii] tertio decimo *L* ual. imp. *O* primum] *PAL*, in primis *B*, in primum *N*, primum in *HO* 14 a sedibus suis] *BNHAM*, a terra sua *PL*, a terra vel a sedibus suis *O* *post* ipsi *ins.* multis acribus (multi aeris L^m) tempestatibus dei iudicio fatigati *L* unnis *B semper*, **nis *P*, ***is A^1, ungnis *N* ugnis *HMO*L^m *Ovet.*, hunis A^2 *et Paris. 6815* 15 repulsi *H* transactoque *H* 16 ualentis . . . . tradunt *om. O* ualentis imperatoris potestati] *P*, ualentis imperatoris cum uim *BN*, (ditioni *ins. H*) ualentis (ualenti *M*) imperatoris (imperii *M*) cum uim (ium *A*, uni *M*) ferre non possent *HAM*, cum u. f. n. p. ual. imperatoris *L* tradunt] ei tr. L^m thraciam] et thr. *L*, traciamque *H* sese] se *PN* 17 inabditanum *M*, habitandum *O* 18 opprimi se *N* 19 resumpsis P^a incendiisque] incendisset *M* 20 depopulant *P* deletoque] *PBO*L^m, dictoque A^a, uictoque A^b, deiectoque *NH*L^s, deietaque *M* exercitum *B* ualente *M* 21 succederunt *M*, succedunt *NH*, succenderunt *A*L^s ut merito] *PHL*, et merito ut *B*A^2, et merito *N*A^1*MO* 23 tam] tum *M* aeternis *om. B solus* *post* tradiderat *ins.* per errorem *L* 24/25 confessores *om. L* 25 quos *om. N* 27 ad praedae] adprehendi *O* 28/29 adquieuisset *B* 30 motuosa B^a 32 perseuerauerunt *om. H* 33 concordiam *HM*

a quibus dudum excepti fuerant, permanserunt.

Aera CCCCXVIIII, *anno imperii Theodosi Spani tertio* Athanaricus cum Theodosio ius amicitiamque (amicitiae *P*) disponens *mox Constantinopolim pergit ibique quintodecimo die* quam *(ex quo P) fuerat a Theodosio* honorabiliter (favorabiliter *P*) *susceptus, interiit. Gothi autem proprio rege defuncto adspicientes benignitatem Theodosi imperatoris inito foedere Romano se imperio tradiderunt.* 11 Hyd. c. 6. Oros. 7, 34, 6. 7.

Aera CCCCXX, anno imperi Theodosii IIII Gothi patrocinium Romani foederis recusantes Alaricum regem sibi constituunt, indignum iudicantes Romanae esse subditos potestati eosque sequi, quorum iam pridem leges imperiumque respuerant et de quorum se societate proelio triumphantes averterant. 12

Aera CCCCXLVI, anno XIIII Arcadii et Honorii imperatorum post Athanaricum duo reges Gothis imperaverunt, qui pacis foedere rupto ad depraedandam Romaniam se dederunt. quorum unus Radagaisus Scytha atque paganus cum CC fere milibus Italiam belli feritate aggreditur, promittens sanguinem Christianorum diis suis litare, si vinceret. cuius exercitus a Romanis in montuosis locis conclusus fame est potius quam ferro consumptus: ipse

Aera CCCCXXXVII, anno imperii Honorii et Arcadii quarto Gothi in Alarico et Ragadaiso divisi, *dum semet ipsos in duabus partibus regni variis caedibus lacerarent,* ob excidium Romanorum concordes effecti consilium in commune constituunt parique intentione ad depraedandas quasque regiones Italiae ab invicem dividuntur. 13 Oros. 7, 37, 3.

Aera CCCCXLIII, anno imperii Honorii et Arcadii X *rex Gothorum Ragadaisus genere Scytha cultui idolatriae deditus barbaricae inmanitatis feritate saevissimus cum ducentis armatorum milibus Italiae partes vehementi vastatione adgreditur, spondens in contemptum* 14 Oros. 7, 37 4. 5.

P sin., BNHAMO(L)R (incipit c. 13) dextra.

SIN.: 29 chr. d. suis sang. P^{a}

DEXTR.: 1 fuerat *M* 1/2 *post* permanserunt *ins.* tunc Gotthi contra Hungaros arma dirigentes innumerabilem ex eis multitudinem hostiliter necaverunt *L* 3 ccccxuiiii] ccccxiii *L*, cccexiiii *H* hispanii *N*, spani *BM*, gothi A^{2}, *inc.* A^{1} *post* tertio *ins.* et ualentiniani primo *L* 4 amicitiarumque *O*, amicicia-rum L^{m} constantinopolim *A*, constinopolim *B*, contantinopolim *H* 5 quam] postquam *HAMOL* 6 interiit] *PNHAOL*, moritur *B* 6/7 benignitatem] uenientem *O* 7 inito] se inito *A* *post* tradiderunt *ins.* fueruntque (et fuerunt *L*) cum romanis xxuiii (xu *H*, septem *L*) annis *H* (*ubi ante* fueruntque *deletum est* era) *OL* 8 quadrintesima nicesima *B*, ccccxu L^{m} 8/9 theodosii iiii] theodosii et ualentiniani uiii L^{m} 11 constituerunt *M* indicantes *H* 11/12 romano *N* 12 esse] se esse *O* 14 respuerunt *O* de quorum] decorum *O* se *om. NH* 15 societatem *H* proelio] prelium *M*, per praelium *A* 15/16 auerterant] se auerterunt *O* 17 ccccxxxuii] ccccxxxii *O*, ccccxxui L^{m} 18 honorii] theodosii honorii L^{m} in *om. O* 19 allarico *R* ragadaiso] *BHAMOR cum plerisque Orosianis,* ragadeiso *N*, ragadarso L^{m}, radagaiso *Oret. (Alb., non Emil.)* 20 regni (regnis *M*) part. *AMOL* 21 ob] ab *M* lalacerarent *A* 24 depredantes *O*, praedandas *AM*, depredandum L^{m} 25 ab] ad *O* 26 ccccxxxiii *O*, ccccxii L^{m} imperii *om. AMO* 27 x] quinto L^{m}, *requiritur* undecimo 27/28 radagarsus L^{m} 28 cultu *BNH* idololatriae *O* 30 ducentis armatis armatorum milibus (militibus B^{a}) *BR*, ducentis milibus armatorum *H* 31 partibus *N* 32 spoucens *M* in contemptu $B^{b}NR$, in contentu *AMO*, a(?)n contentu B^{a}

postremum rex captus est et interfectus.

Christi Romanorum sanguinem diis suis libare, si vinceret. cuius exercitus ab Stilicone duce Romano in montuosis Tusciae locis circumclusus fame est potius quam ferro consumptus, ipse postremum rex captus et interfectus est. Oros. 7, 37, 13–15. Prosp. a. 405.

Aera CCCCXLVII anno Honorii et Arcadii imperatorum alter ille Alaricus, Christianus quidem, sed haereticus pro consorte regni amisso in vindictam sanguinis suorum profectus Italiam irruit, obsessam urbem capit, sicque Roma irruptione atque impetu magnae cladis eversa est.

Aera CCCCXLVII, anno imperii Honorii et Arcadii XV extincto Ragadaiso Alaricus consors regni, nomine quidem Christianus, sed professione haereticus, dolens tantam multitudinem Gothorum a Romanis extinctam, [in vindictam] sanguinis suorum adversus Romam proelium agit *obsessamque* impetu magnae cladis *inrumpit.* sicque urbs cunctarum gentium victrix Gothicis triumphis victa subcubuit eisque capta subiugataque servivit. 15

tantum autem Gothi clementes ibi extiterunt, *ut votum antea darent, ut, si ingrederentur urbem, quicumque Romanorum in locis Christi invenirentur,*

in eis agere belli iure non liceret, sed ibi et feriendi refrenaretur inmanitas et captivandi cupiditas coerceretur sicque post hoc votum aggredientes urbem quoscumque in locis Christi vel martyrum vel basilicis confugientes invenerunt, in vastatione urbis non miserunt, nec cruentus saeviit in eis gladius commiserantibus hostibus. sed et qui extra loca martyrum erant et nomen Christi vel sanctorum nominabant, et ipsis simili misericordia hostilis furor pepercit. sic evaserunt multa milia

[in eis agere belli iure non liceret]. Hyd. c. 43. post hoc igitur votum adgressi urbem *omnibus* et mors et captivitas *indulta est, qui ad sanctorum limina confugerunt.* sed et qui extra loca martyrum erant et nomen Christi et sanctorum nominaverunt, et ipsis simili misericordia pepercerunt. In reliquis autem 16 etsi praeda hostium patuit, feriendi tamen inmanitas refrenata est. *incursantibus autem in illa vastitate per urbem Gothis, dum quidam potens virginem consecratam aetate provectam* Oros. 7, 39, 3 seq.

P sin., BNHAMO(L)R dextra.

SIN.: 9 pro] post *P* 11 italiam] it. urbem *P* 25 christi] P^b, sanctis P^a 26 ubasilicis (*voluit* ul basilicis) *P* 29 qui *om.* P^a

DEXTR.: 3 stiligone *H*, stilione *O* 4 locus B^a fame *bis M* est *om. BR* 5 consuptus *R* 7 aera *om. M* ccccxluii] ccccxuii *O*, ccccxui L^m 7/8 honorii et archadii honorii *(sic) A* 8 xu] decimo *NO*, uiiii L^m 8/9 ragadaiso] *BNHARO*, radagaiso *ML* 10 quidem *om. N* sed] et *BR* 11 tantum *M* 12 a] in *M* 12/13 in uindictam] *HAMOL, ex recensione altera opinor, om. BRN* 13 sanguinem *M*, sanguinum *A* 14 agit] gessit *A* 15 magnae cladis] igne cladis L^m, igne gladiis L^s sicque] sic *H* 16 urbis *O* gentium *om. N* uictricis *P* 16/17 gotiis *N* 17 easque *M* 19 tantum] tanti *N*, tam *R* (?) uotum ante ea *N*, antea uotum *H* ut] *PA*, quod *BRNHMOL* 20 quicumque] quicun *O* inueniretur *AL* 21 in eis agere belli iure non liceret] *adsumpsi ex rec. altera*, in uastationem urbis non mitterentur (*sic* [*O*]*L*, mitteretur *AM*, inicierentur *O*) *AMOL*, non occiderentur NH^2, inuiolatos securosque esse sinirent (sinerent esse *R*) B^2R *(adhibito Orosio), om.* B^1H^1 22 ingressi *N*, adgressis *H* 23 mos *H* 24 liminem M^a, limin M^b 24/25 confugierunt *BO* 25 et *om. HM* mart. loca *N*, locum mart. *H*, loca *(seq. sp. vac.) M* 26 erant] era *N* 26/27 sanctorum *om. H* 27 et ipsi B^aNH^aO 27/28 simili mis. *om. in sp. vac. M* 28 reliquiis *H* 29 praedae *A* hosti *O* 30 refrenata] refecta *BR* 31 autem *om. R* 32 goti *N* quidem *O* 33 aetate] et aetatem B^1R^1, et etate R^2L^m prouectam] *N*, profectam *HO*, perfectam $BAML^mR$

Romanorum, quibus Gothi propter Christum misericorditer pepercerunt. unde et hucusque Romani, qui in regno Gothorum consistunt, adeo amplectun-
Oros. 7, 41, 7. tur, *ut melius sit illis cum Gothis pauperes vivere quam inter Romanos potentes esse et grave iugum tributi portare.*

Gothi autem post tertium diem, quo

repperisset eamque honeste admoneret, ut, si quid apud se auri argentique esset, proferret, illa fideli conscientia quod habuit protulit: cumque ille vasorum formam et pulchritudinem ex illa antiqua Romanorum opulentia *miraretur, virgo ait: haec vasa mihi de sacrario Petri apostoli deposita sunt, praesume, si audes: ego* sacra hosti *dare non audeo. ille ad nomen apostoli magno pavore perterritus regi hoc per nuntium refert, qui confestim reportare omnia ad sacrarium* beati *Petri summa cum reverentia iussit*, dicens cum Romanis gessisse
bellum, non cum apostolis. *Redit igi-* 17
tur virgo reverentissimis officiis honorata: *redeunt et cum illa omnes qui ei se sociaverant*, super capita sua *vasa illa aurea et argentea cum hymnis et canticis reportantes exertis undique iussu regis ob defensionem armatorum custodiis. concurrunt undique ad voces canentium de latibulis agmina Christianorum. concurrunt etiam et pagani atque admixti inter eos, dum Christianos esse se fingunt, etiam et ipsi calami-*
tatis excidium evaserunt. Hac tempe- 18 cf. c. 19.
state Gothi Placidiam Theodosi principis filiam, Arcadii et Honorii imperatorum sororem cum ingenti auro Romae capiunt adeptisque multis opibus Romanorum *tertia die* incensa eversaque in Oros. 7, 39, 15.

P sin., BNHAMO(L)R dextra.

SIN.: 7 graue* *P*

DEXTR.: 1 admoneret*** ut *B* 3 ille *O* conscienti *A*: conscieutia *Orosius Donanesch.*, constantia *plerique libri Orosiani* 4 cumque] cum *N* 4/5 uasarum *O* 6 epuleutia *M* 7 uasa] *NHAMOL cum Orosio,* uasa quae *BR* mihi] christi *M* 8 petri] beati petri *O, om. BR* depositasunt] deposituus *M* 8/9 praesume si audes] numquid presumere audes L^{m} 9 sacra hosti] *BRL*, saera hostibus *H*, sacra hostia *NO*, sacram hostiam *AM* 10 ille] gothus (gothis *M*) ille *AMOL*, ille autem *H* 11 hoc] haec *A* 12 confestim] c. rex *AMOL* reportari *NHMOL* 13 beati petri] beati (sancti petri *MOL*) per uirginem illam *(om. N) NHAMOL*, beati petri apostoli $B^{2}R$, *inc.* B^{1} 14 gessisse] *BRN*, gessisse se *A*, se gessisse *H*, iecisse *O*, gessi L^{s}, iessi L^{m} 15 apostolis] ap. dei *AMOL* reddit *HO* 17 reddeunt *O* 17/18 ei se] eis se B^{a}, ei *N*, eam *H* 18 sociauerunt *BR* 20 exertis] *BR*, exercitus *NHAMO,* et exercitus L^{m} iusso B^{a} 21/22 custodiis] custodientes *L* 22 conenrrunt . . . . agmina christianorum *om.* NL^{m} 22/23 uoces can.] duces cannecum *M* 23/24 christianorum *(om. cum praec. N L^{m})* coneurrunt etiam *(om. NH)* et p. a. a. inter eos dum] *NHAMOL*, paganorum qui *(adhibito Orosio)* $B^{2}R$, *om.* B^{1} 25/26 christianos] *BR*, seruos (serui *N*) christi *NHAMOL* 26 se esse *AMOL* 28 placidiam] *O*, placidia *B*, placidam $NHAL^{m}$, pracidiam *M* teodosi *N* 28/29 principis] pr. imperatoris *AMO*, imperatoris L^{m} 29/30 imperatoris *N* 30 auro] *BR*, auri argentique thesauro *NHAMOL* 31 capiunt] eam capiunt *M*, eam rapiunt *O*: *deinde ins.* anno ab urbe condita mclxiiii irruptio urbis per alaricum facta est *L* adetisque *M* 32 tertia] sexta L^{m} *(non L^{s})* inseusa *M*

Romam ingressi sunt, nullo hoste cogente *sponte discedunt*.

partibus urbe *discedunt*. inde conscensis navibus cum ad Siciliam exiguo ab Italia freto divisam transire disponerent, infesto mari periclitati multum exercitum perdiderunt. quibus tanta fuit gloria de Romanae urbis obtentu, ut in eius conparatione nihil se mali passos tempestate illa arbitrarentur, damna naufragii eventu victoriae conpensantes. mors Alarici confestim secuta: vicensimo octavo regni anno defunctus Italia.

cf. c. 23. — cf. Oros. 7, 43. 12.

Aera CCCCXLVIII anno 'imperii Honorii et Arcadii XVI' (primo Theodosii minoris *P*) Alarico (mox *ins. P*) post captam urbem *defuncto Athaulfus* Gothis Italia *regno praeficitur* annis VI (VII *P*). iste quinto regni anno de Italia 'recedens Gallias adiit' (succedit ad Gallias ibique *P*) *Placidiam* 'Theodosii imperatoris filiam' *(filiam Theodosii principis, Arcadii et Honorii imperatorum sororem P), quam Romae Gothi ceperant* (quae a Gothis Romae capta fuerat *P*), coniugem *(uxorem P) sibi adsumpsit*. 19

Hyd. c. 45. — Hyd. c. 57; cf. Oros. 7, 40. 2.

in quo prophetia Danihelis a quibusdam *creditur esse completa, qui ait filiam regis austri coniungendam regi aquilonis*, nullo tamen de germine eius subole subsistente.

nullo ex ea semine subsistente

sicut et idem in consequentibus propheta subicit dicens: nec stabit semen eius. nullus enim de utero illius extitit genitus, qui patris in regnum succederet.

qui dum a Constantio Romano patricio admoneretur, ut relictis Galliis Hispanias peteret, per quendam Gothum apud Barcilonem inter familiares fabulas iugulatur.

Athaulfus autem dum relictis Galliis Spanias peteret, a quodam suorum *apud Barcinonam inter familiares fabulas iugulatur.*

Hyd. c. 60.

Aera CCCCLIIII, anno 'imperii Honorii et Arcadii XXII' (VII Theodosii 20

P sin., BNHAMO(L)R (finit 31 in iugulatur) *dextra.*

DEXTR.: 1 discedit *O* concessis *O* 2 *post* siciliam *ins.* post tantam victoriam L^m 3 fretu *BNAMO* *post* diuisam (-sa *M*) *ins.* maior eorum pars simul cum Alarico rege et potentioribus ducibus *L* 3/4 disponeret *M* 4 mare *BRN* periclitanti *N* 7 se *om. BR* 8 tempestatem *O* 9 euictu *A* 10 allarici R^a, alarico *B* 11 regni anno] *NAM*, regni B^1, anno regni B^2RO defuncto *N* italia] *BNO*, est it. H^1M, est in it. AH^2L, in it. est *R* 12 cccxluiii] *BRNH*, ccccxluiiii *AM*, ccccuiiii *P*, ccccxuiiii *O*, ccccxuiii L^m annos P^a honorii et arcadii xui] *BRNH*, hon. et archadii xii L^m, anno primo theodosii minoris *P*, anno imperii honorii et archadii xuii (primo *O*) et sexto (xxui *O*) theodosii minoris *AMO (v. p. 245)* 13 alaricus p. c. u. defunctus *R* adulfus L^m gothis] *PBRNHMO*, gothus *A*, a gotthis *L* 14 italia] *PNMO*, italiam *B*, ytaliam *H*, in italia *A*, in italie L^m in regno B^2R proficitur *B*, perficitur *O* ui] septem *PL* regni anno] regno *A* secedens *R* 15 adiit] rediit *AM* placidam NL^m, placidamque *H* 17 caeparant B^a 19 quo] qua *AML* 20 completam *N* qui ait] *NHL*, qui ut *B*, quia ut *R*, quia ait *O*, quibus ait *AM*: ut ait *Hydatius* 21 regis *N* 22 nullo] *BRNO*, nulla *HAML* germine] genere *H* subole *om.* OL^m 24 in conseq.] in *(om. A)* sequentibus *NHAML*, in subsequentibus *O* 25 subiecit $NHAMOL^m$, subiungit L^s stabit] statuit *N* 26 illis gen. ext. *M* 27 regno *AMO* 28 alhaulfus *A*, adulfus L^m 29 spaniis *O*, spaniamiam *R* 30 barcinononam *A*, barcinonem *BRH* 33 ccccliiii] ccccliii *O*, cccclu L^m, cccel *H* honorii (honarii *A*) et arcadii xxii] honorii et theodosii sexto L^m

minoris *P*) *post Athaulfum Gothis Sigericus princeps electus est. qui dum ad pacem cum Romanis esset promptissimus, mox a suis est interfectus.* Oros. 7, 43, 9.

Aera et anno quo supra Vallia *Sigerico (om. P) succedens* tribus annis 'regnum tenuit' (regnavit *P*) *belli causa princeps a Gothis effectus, sed ad pacem divina providentia ordinatus.* mox enim regnare coepit, *foedus cum imperatore Honorio pepigit. Placidiam sororem eius,* 'quae a Gothis Romae capta fuerat, ei' *(om. P) honorifice reddidit* 21 Oros. 7, 43, 10. Oros. 7, 43, 12.

promittens imperatori propter rem publicam omne certamen inplendum. itaque ad Spanias per Constantium patricium evocatus

Romani (quoque *ins. P*) *nominis causa (intra Hispanias* ins. *P) caedes magnas barbaris intulit: Wandalos Silingos in Baetica omnes bello extinxit: Alanos, qui Wandalis et Suevis potentabantur, adeo cecidit, ut extincto Atace rege ipsorum pauci qui superfuerant oblito regni nomine Gunderici regis Wandalorum, qui in Gallicia resederant, se* regimini *(patrocinio P) subiugarent.* 22 Hyd. c. 63. Hyd. c. 67. 68.

Isti sunt Wandali, qui postea Suevorum obsidione relicta ad Baeticam transierunt captaque Hispali Africam migraverunt.

'Confecto igitur *Vallia*' (V. autem confecto *P*) bello Spaniae, *dum instructa navali acie Africam transire moliretur* (disponeret *P*) *in freto Gaditani maris vi gravissimae tempestatis effractus* (vi tempestatis interceptus *P*). Oros. 7, 43, 11.

memor etiam illius sub Alarico naufragii omisso navigationis periculo Gallias repetit Oros. 7, 43, 12.

Hispaniam redire coactus est: *qui deinde per Constantium Romanum patricium ad Gallias revocatur* Hyd. c. 69 cf. 60.

'*data ei ab imperatore*' (data ab eo Gothis *P*) ob meritum victoriae *(ad habitandum* ins. *P) secunda Aquitania cum quibusdam civitatibus confinium provinciarum usque ad oceanum.* Hyd. l. c.; Prosp. a. 419.

P sin., BNHAMO(L) dextra.

DEXTR.: 1 post obitum athaulphi (adaulfi *L*) *AML* gothis] a gotthis *L* sierieus *M*, sicrieus *A*, segerieus *N* *ante* qui *ins.* tribus annis *L* 2 a] ad *B* interf. est *N* 3 aera et anno quo supra] era ecccluiii anno imperii honorii et theodosii nono L^m uallia] *P semper*, *B semper*, uuallia *H semper*, *A semper*, *M semper*, uualia *vel* uuallia *N*, uuaila *O semper* sierieo *AM* tribus] sex *L* 4 pace *N* 5 enim] BO^1, enim ut *PNHL*, enim eum AMO^2 6 placidam NHL^m romae *om. NH* ei] et *N* 7 reddidit] rediit *N* 9 omnem *BN* certamen] eternum *M* inplendus *B* 10 constantinum *M* 11 patricium *om. B* 12 romani nominis] romani meri is *M*, romanis *B* magna *N* 13 barbaris] crudelibus populis *L* silingnos *M*, silinguites H^1, silingutes H^2 omnes] omne *N*, omnes homines P^b 14 uuandalos *N*, undalis P^a suesis *A* potentabatur *M* cecidit] *B*, cesit *AM*, eessit *NO*, trucidauit *L*, *om. P (in sp. vac. 6 litt.) H* ut *om. O* athace *A*, utaeo *P*: Addace *Hydatius* ips. rege *H* 15 superfuerunt *BAM* oblito] obliti *NHAM*, abolito *Hydatius* regi mie *M* gunderieo regi A^b, gunderia reg *M* uuandorum *M* 16 galleeia *NL*, galletia *H*, galleeias *M*, gallicia A^a, gallitia *B (semper)* A^b, gallia *P*, gallias *O*, galliis L^m resederant] *P*, residerant BNA^bMO, residerau* A^a, resederat *HL Hydatius* regimini] regi nomine *M*, regni nomine *A* subingaret *M* 21 confecto ig.] confeetoque *A*, confecto sed qui *M* dum instructa] deinteretur *M* 22 nau. ac. afr. (ad afr. *L*) *om. M* moliretur] disponeret *POL* fretu *NA*, fretum $PBHMOL^m$ gadita i mas *M* 22/23 ui grauissimae tempestatis] ML^s, ui tempestatis (*om.* gran.) POL^m, ui granissima tempestate *BN*, ui grauissima tempestatis *H*, in grauissime tempestatis *A* 23 effractus] effectus *M*, interceptus POL^m 24 memor] minor *M* nauiganis perilo *M* 25 gallias (gallia *NM*, gallias galliam *A*) 26 repetit] *BN*, relictis hispaniis g. rep. *AMOL*, g. rep. relictis yspaniis *H* 30 data] dataque est *L*, datur *M* merito *B* uictori *N*, uictrice *M* 31 quibusdam] quibusde *M* 31/32 usque ad oc. cum qu. c. e. prou. *P*

Aera CCCCLVII, *anno 'imperii Honorii et Arcadii XXV'*, (nono Theodosii minoris *P*) *'Vallia rege defuncto Theoderidus succedit in regnum'* (Theudoridus post Valliam regnat *P*) annis XXXIII. qui regno Aquitanico non contentus *pacis Romanae foedus recusat* 23 Hyd. c. 70. Prosp. a. 436.

exercitum movet

pleraque municipia Romanorum vicina sedibus suis occupat

Arcilas nobilissimum Galliae oppidum 'multa vi obsessum oppugnat' (obsidet *P*). *a cuius obsidione imminente virtute Aetii* Romanae militiae ducis *'non inpunitus'* (remotus *P*) *abscedit. 'Remoto igitur Valentiniani imperatoris iussu a potestate militari Aetio'* (extincto autem a Valentiniano imperatore Aetio *P*) *dum Theuderidus Narbonensi urbi* (Narbonae *P*) *'diutina obsidione ac fame'* (*om. P*) *esset infestus. rursus a Litorio Romanae militiae duce Hunis auxiliantibus effugatur. Litorius autem dum primum res prosperas adversus Gothos gessisset, denuo 'daemonum signis haruspicumque responsis'* (responsis daemonum *P*) *deceptus* Prosp. a. 425. 24 Prosp. a. 432. Prosp. a. 436. Prosp. a. 439.

in bello a Gothis amisso exercitu miserabiliter superatur et qui antea hostium milibus caesis feliciter vicerat, dum fallacia daemonum oracula quaerit, ignobiliter victus interiit.

Theudoridus autem sumpto contra Hunos proelio in campis Catalaunicis superatus occubuit.

Gothi autem dimicante Turismodo Theudoridi regis filio adeo extitere victores,

bellum cum Gothis inprudenter iniit amissoque Romano exercitu miserabiliter superatus interiit, *fecitque intellegi, quantum illa, quae cum eodem periit, multitudo prodesse potuerit, si* fide potius quam fallacibus daemoniorum ostentis *uti maluisset. Pace deinde Theuderidus cum Romanis inita denuo adversus Hunos Galliarum provincias saeva depopulatione vastantes atque urbes plurimas evertentes in campis Catalaunicis auxiliante Aetio duce Romano aperto Marte conflixit ibique proeliando victor occubuit. Gothi autem dimicante Thurismundo Theuderedi regis filio* adeo for- 25 Hyd. c. 150. Caesaraug. a. 450.

P sin., BNHAMO(L) dextra.

DEXTR.: 1 cccclvii] cccclxuii *M*, cccclxiiii *L* anno i. honorii et arcadii xxu] *BNH*, theodosii minoris *(om. rel.) P*, a. i. nono (*requiritur* decimo) theudosi (thedosii *A*) minoris *AMO*, a. i. th. minoris secundo L^m 2 theoderid- *B (ter, scilicet 25 bis et 30*, thoderid- *hic*, teuderid- *24)*, teodered- *N semper;* theudered- *plerumque* (theudored- *c. 25*, teudered- *c. 30) A;* theudered- *O semper;* theudorid- *P semper;* teudered- *(sic 25. 29*, theuderid- *hic*, theuderid- *25) H;* theudered- *vel* theodored- *uel* theudored- *M* successit *AM* 3 regno *NHO* annis] ante *A* xxxiii] xx tribus PL^m contemptus *PH* 5 pleraque] *AMO cum Prospero*, et pleraque *L*, *om. BNH* 7 arcilas] *PBM et sic Prosperi libri multi*, arcillas *O*, aurcilas *NAH*, aurtilas L^m, arelate [*O*] nobilissimum] nobilissumum *B*, uirum O^1, ualidum O^2 opp. gall. *P* multa ui] multa *B*, diu L^m obsesso *B* 8 a] ad *O* obsidionem *M* imminente] inmerito *M* aetii] O^2, aecii *M*, acthii *P*, ctii *BH*, ethii *N*, aetic *A*, hii O^1 dicis B^a 9 *post* abscedit *ins.* sed amissa parte suorum abscedere bello coactus est *L* iussu a] iussu sua *B* potestate] poste *N* 10 aetio] aetiam *O* teudericus *H* 10/11 narbonense *B*, norbonensi *A*, narmonensi *N*, *om. H* 11 urbe *BHA* diuina A^a, diurna A^b infestus] insertus *P*, infectus *H* 12 a litorio] a theudo a litorio *P* duc. rom. mil. *P* unnis *B*, ugnis *HAMO*, ungnis *N et sic deinceps* 13 primum] in primis *H* prosperas] proprias *N* gessisset . . . cum gothis *om. M* 14 aruspiciumque *A*, auruspicumque *O* exercito *B* 16/17 mirabiliter *H* 17 superatus] superiit *O* 18/19 periit . . . . potius *om. H* 19 prodesse] prodente *M* poterit *N*, protunit *M* fidem *B* fallatibus *B* 21 uti *om. M* pace] pacem *BNH*, extincto igitur litorio pace *AM*, parauit bella ext. ig. lit. L^m, pace *hic*, ext. igitur litorio theuderedus *mox ante* galliarum *O* deinde *M* 22 inita *om. N* 24 uastans *L* 25 euertens *L* cathalaunicis *A*, chatanlanicis *P*, cathalaucis *M* 26 actio] aeceo *A* aperte *M* 27 marte] mare *BN*, mater *M* conflixit . . . . regis filio] cum regis filio *(om. rel.)* L^m, *habet omissa* L^s conflixit] conflixit gens exuperauit *O* 28 gothi] genti *B* 28/29 turismund-] *B (30) HAMO*, turismūndo *P (hic)*, turrismund- *B (hic) N*, thurismod- *P (30)*

ut Attila rex Hunorum proelio victus metu insequentis exercitus nusquam comparuisse dicatur.

titer congressi sunt. *ut* inter primum
proelium et postremum *trecenta ferme*
milia hominum prostrarentur. Multa 26 Hyd. c. 149. 151.
eodem tempore caeli et terrae *signa*
processerunt, quorum prodigiis tam cru-
dele bellum significaretur. nam *adsiduis*
terrae motibus factis a parte orientis
luna fuscata est. a solis occasu stella
cometes apparuit atque ingenti magni-
tudine aliquamdiu fulsit. *ab aquilonis*
plaga caelum rubens sicut ignis aut
sanguis effectus est *permixtis per*
igneum ruborem lineis clarioribus in
specie hastarum rutilantium deformatis.
nec mirum, ut tam ingenti caesorum
strage divinitus tam multa signorum
demonstraretur ostensio. Huni autem 27 Hyd. c. 153.
usque ad internicionem paene caesi
cum rege suo Attila relictis Galliis
Italiam fugiunt aliquantis civitatibus Hyd. c. 154.
inruptis. qui et ibi partim fame, partim
caelestibus plagis percussi interierunt.
misso insuper a Marciano imperatore
exercitu forti plaga caeduntur affectique
nimium sedes proprias repetunt, ad
quas rex eorum Attila, mox ut remeavit,
occubuit. statimque inter filios eius de 28 Prosp. a. 453.
obtinendo regno magna sunt exorta cer-
tamina. atque ita Huni, qui tot cladibus
antea deminuti fuerant, *rursus mutuis*
sese gladiis conciderunt. in quibus
mirum illud est, ut, dum omne proelium
detrimentum habeat populorum. isti

P sin., BNHAMO(L) dextra.

SIN.: 3 comparuisse *P*

Tarraconensem provinciam, quae Romano imperio deserviebat, invadit. Carthaginenses regiones, Hyd. c. 168. 170. quas Reccila pater eius *Romanis reddiderat*, 'in praedam mittit' Hyd. c. 173. *(depraedatur P),* ad ultimum, *dum Theodericus rex Gothorum (om. P)* Spaniam *ingrederetur, inito proelio adversus eum primo fugatur, deinde captus occiditur.* Hyd. c. 178.

Occiso Rectiario Suevi

Aera CCCCXCV extincto Recciario 88 Hyd. c. 181. *Suevi, qui remanserunt in extrema parte Gallieciae,* Maldram *Massilae filium sibi regem constituunt.*

mox *(om. P) bifarie divisi pars Frantan, pars Maldram* '*regem appellant*' (sibi Hyd. c. 188. regem constituunt *P*)

Maldras autem cum manu Suevorum statim Lusitaniam depraedatur. acta illuc Romanorum caede praedisque contractis civitas etiam Olisepona sub specie pacis intratur. Hyd. c. 188.

nec mora Frantan mortuo Suevi qui cum eo erant (fuerant *P*) Hyd. c. 189.

ad Maldram revertuntur *regionemque*

Reccimundum sequuntur et cum Maldra Hyd. c. 190.

P sin., BNHAMO(L) dextra.

SIN.: 23 maldras] *scripsi*, masdram *P* 29 maldram] *scripsi*, masdram *P*

DEXTR.: 1 obitum] mortem *O* spali (ispali *M*) obtenta] hispania ab eo optenta *P* 1/2 baeticam et *(om. B)* cartaginensem (cartaginiensem *O*, carthaginem *A*) prouincias (-tiam *H*)] cum betica carthaginenses prouincias *P* 2 pot. redegit *H*, redegit pot. *P*, pot. reducit *NAMO* 3 emeritae *AO*, emeritam *H*, et meritam *M* 3/4 ferunt] fere *AM* 5 cccclxxxui] ccccl xxui *A*, ccccl xxxuii *L* recciarius] *hic*, rieiar- *c. 88 B*, *utroque loco NO*, rechiar- *M*, recchiar- *semper A*, rectiar- *semper P*, riccarius *hic*, ricciario *c. 88 H* 6 reehilans *M* 7 succendit *B* regno *PHM* hic *om. NAMOL* acceptam *B* theoderid- *hic*, *mox* theodorid- *B*, teodered-, *mox* teoderend- *N*, theudered- *AO*, theodered- *vel* theodored- *H*, theudorid- *P*, theuderid- *vel* theudered- *M (cf. praeterea ad v. 15)* goth. reg. *H* 8 filiam *BO* in initio *H* regi *M* auspicatus (-to *A*, confortatus *L*) uasconias (uascanonias *M*) *om. P* 9 cesaragustanam *BH* 10 auxiliandis *O* uastat *om. P* 13 tarraconensem .... 14 romanis reddiderat *om. P* taraconensem *B*, terraconensem *H*, terragonensem *N* quae] qui *BM* inuadit] et inu. *NH* 13/14 carthaginienses *NO* 14 quas] qua *A* riccilianis *A* 15 theodericus *B*, teodericus *N*, theudericus *AM*, teuderedus *O*, theudoridus *P* rex gothorum .... aduersus *om. M* spaniam] in hisp. *HA* 16 eum] cum *M* 17 ccccxcu] ccccl xu *HO*, ccclxu *A*, ccccl xxui *L* 18 remanserant *AMO* 19 maldram] *M*, maldra *BNAO*, masdram *L*, mardram *H* mansile *A*, masilic *L*, marsile *H*, massie *M* *post* constituunt *ins.* qui regnauit duobus annis *L* 21 bifarie diuisi] bifaice de isi *M* pars] altera pars *B*, *om. H* frantan] *B*, fratan *P*, frainta *N*, franitam *O*, frantane *M*, frantranam *A*, framentam *L*, *om. H*, Framtano *Hydatius* pars] altera pars *B* maldram] *HAM cum Hydatio*, maldra *BNO*, masdram *PL* 28 nec mora *om. M*[a] frantan] *B*, fratan *P*, frainta *N*, franta *H*, fraenita *O*, framta *AM*, fragmenta *L*, Framtane *Hydatius* qui cum eo .... et cum *om. B*, erant ad m. r. r. gallaeciae *om. M* 29 reccimundum] *NO*, recchimundum *A*, riccemundum *H*, rechimundum *M*, arimismundum *L*, *deficit B* masdra *L*

Gallaeciae adhaerentem flumini Durio depraedantur.

pace inita pariter Lusitaniam depraedantur.

Maldra autem (peracto *ins. P*) tertio regni anno a suis *iugulatur.* Hyd. c. 198.

Quo extincto

89 Aera CCCCXCVIII Maldra interfecto

inter Frumarium et Reccimundum (Masdrae filium *ins. P*) *oritur de regni potestate dissensio. sed Frumarius cum manu Suevorum (om. P) quam habebat Flaviensis urbis conventum* (Flaviensem civitatem *P*) *grandi evertit excidio. Reccimundus autem vicina sibi pariter Auregensium (loca ins. P) et Lucensis conventus maritima populatur.* Hyd. c. 203. Hyd. c. 201. Hyd. c. 202.

Frumario autem mortuo

90 Aera DII *Frumario mortuo* Hyd. c. 223.

Remismundus 'omnibus Suevis in suam dicionem regali iure revocatis' (omnes Suevos in s. d. revocat *P*), *pacem* cum Gallicis *reformat, legatos* foederis *ad Theodericum* regem Gothorum *mittit, a quo etiam per legatos et arma et coniugem quam haberet accepit.* 'inde' *(tertio regni anno P) ad Lusitaniam transit, Conimbricam pace deceptam diripit. Olisipona quoque ab eo occupatur cive suo qui illic praeerat tradente Lusidio.* huius tempore *Alax natione Galata effectus apostata et Arrianus inter Suevos regis sui auxilio hostis catholicae fidei 'et divinae trinitatis' (om. P) emergit* (emersit *P*) Hyd. c. 226. Hyd. c. 240. 241. Hyd. c. 246. Hyd. c. 232.

cuius seductione Suevi a fide catholica recedentes in Arrianum dogma declinant.

de Gallicana Gothorum regione hoc pestiferum virus adferens et totam gentem Suevorum letali tabe inficiens.

'multis deinde Suevorum regibus in Arriana haeresi permanentibus tandem' (post multos deinde reges *P*) regni potestatem (regnum Suevorum *P*) Theodimirus suscepit. qui (fidem catholicam adeptus *ins. P*) confestim *(om. P)* Arrianae impietatis errore destructo Suevos catholicae (unitati *P*) fidei reddidit 'innitente Martino monasterii Dumiensis episcopo fide et scientia claro' (huius temporibus Martinus 91

P sin., BNHAMO(L) dextra.

DEXTR.: 1 lusitaniam] *B*, partes (partem *O*) lusitaniae *NHAMOL* 1/2 depraedant *O*, predantur *H* 3 maldra . . . . iugulatur *om. B* maldra] *NHAMO*, masdras *P*, masdra *L*, *deficit B* regni (regi *M*) anno a suis] anno regni sui *P* 4 ccccxcuiii] cccclxxxxuiiii *N*, cccclxuiii *HAO* masdram *L* 6 reccimundum] *BNH*, recchimundum *A*, rechimundo *M*, recimundum *O*, rimismundum *P*, arimisnundum *L* 7 dissensis *P*ª, dissentio *A* funarius *P*, frimarius *M* manu] magnum *B*, magno *H* quem *H* flauiensis (frauiensis *B*) urbis conuentum (coguentum *N*)] flanesem urbem conuentam *L* 8 grandi] *P cum Hydatio*, graui *BNHAMO*, grauissimo *L* *post* excidio *ins.* regnans annos uii *H* reccimundus] *BNHO*, rechimundus *AM*, remismundus *P*, arimismundus *L* 9 auregensium] *Hydatius*, auriensium *NHAML*, auriensum *O*, ariensium *B*, arigensium *P* lecensis *B*, luceneium *L* maritima] merita *O* 10 populatus *B*, depopulatur *N* *post* populatur *ins.* duobus annis post Masdram regnavit Frumarius *L* 11 dii] du *H* 12 remismundus] reccismundus *N*, reccimundus *H*, arimismundus *L* reuocatis] *AMO cum Hydatio*, uocatis *BNH* 13 galligis *B*ª, gall(a)ecis *NHO* theodericum] *AML*, teodericum *N*, theudericum *BHO*, theoderidum *P* 14 mittit *ante* ad *P* a quo] acrio *M* legatis *N*, legos *B* armam *B* quem *O* 15 transiit *P* cimbricam *P*, cunimbriam *B*, conimbriam *NHO*, colimbriam *AM*, columbriam *L* pacem *B*, parte *O* 16 olisipona] *BH*, olisepona *P*, glisiponam *O*, olixibona *N*, olixbona *A*, ulixbona *M*, olisbona *L* ab eo (habeo *O*) occupatur] ab eo occultatur *B*, *bis A* 16/17 cine suo qui illic (illuc *B*, illi *A*) praeerat tradente Lusidio (lusio *H*)] *BNHAMO cum Hydatio*, cives uero qui illic praeerant custodiendos tradidit lusidio *P* 17 aiax *AMOL* et] *P*, *om. BNHAMO*, et senior *Hydatius* 18 sui] *PHAMO*, *om. BN* fid. cath. host. *P* diuini *B* 18/19 ermergit *B*ª 20 hoc] haec *A* 21/22 gente *M* 22 letali (letalis perfidiae *HAM*) . . . . suenorum *om. O* 23 multos *AM* arrianam eresem *BN*, arrianam heresim *H*, arriana heresim *A*, arnonam heresim *M* *post* permanentibus *ins.* era du *O*, fuerunt ex tunc reges sueuorum seducti nonaginta annis quorum actus et nomina hic minime describuntur *L* 24 *post* potestatem *ins.* era dc *L* regie *B* theodimirus] theodimerus *B*, teodemirus *N*, theodemirus *HL*, theudimirus *P*, theudemirus *AM*, theudericum *O* 25 suscepit *ante* theud. *P* 26 innitente *B* martirio *H* 27 monasterio *B* dumidiensis *A*, dimidiensis *M*, domiensis *N* claro *B*, clarus *N*

m. D. episcopus f. et sc. claruit *P*), cuius studio et pax ecclesiae ampliata (reddita *P*) est

et multa monasteria condita.	et multa in ecclesiasticis disciplinis Gallicia regionibus instituta.

post Theodimirum Miro Suevorum princeps efficitur regnans (et regnavit *P*) annis XIII. *hic bellum secundo regni* (sui *ins. P*) *anno contra Roccones intulit. deinde in auxilium Leouigildi* Gothorum regis *adversus rebellem* filium *ad expugnandam Spalim pergit ibique vitae terminum clausit.* Ioh. a. 570. Ioh. a. 572. Ioh. a. 583.

Huic (cui *P*) *Eboricus filius in regnum succedit, quem adulescentem Audeca* 92 *sumpta (adsumpta P) tyrannide regno privat et monachum factum* in monasterio damnat. pro quo non diu *(om. P)* dilata est sententia. 'nam' (mox enim *P*) *Leuvigildus* Gothorum rex Suevis mox *(om. P)* bellum inferens obtento eodem regno *Audecanem deiecit atque detonsum* (detonso eo *P*) post regni honorem *presbyteri officio mancipavit* (consecravit *P*). *sic enim oportuit, ut quod ipse regi suo fecerat,* rursus idem (ab alio *ins. P*) congrua (meriti *ins. P*) vicissitudine *pateretur.* Ioh. a. 583. Ioh. a. 584. Ioh. a. 585.

Regnum autem Suevorum deletum in Gothis transfertur, quod 'mansisse CLXXVII annis scribitur' (mansit annis CXXVI *P*).

P sin., BNHAMO(L) Rod. (16 regnum . . . 17 scribitur) *dextra.*

DEXTR.: 1 amplificata *N* 3 discipinis *B* 4 *post* regionibus *ins.* catholica sunt *L* *post* instituta *ins.* era *(sic) N*, era deuiii *L*, rex iste catholicus . . . . era dx *(v. append. II) O* 5 theodimirum] *B*, teodimirum *N*, theudemirum *AM*, theudimirum P^2, thedimirum P^1, theudericus *O* miro] mirum *O* 6 roccones] *PNHO*, romanos roccones *B*, ruccones *M*, rucchones *A*, uascoues *L* intulit] egit *L* 7 auxilio *BH* liuuigildi PBO^2, leouigildi *NH*, tumingildi O^1, luuigildi *A*, leouegildo *M* regi *NAMO* aduersus *om. N* *post* filium *repetit* aduersus P^a, *ins.* ermogildum *et* (*post* expugnandum) qui ob defensionem catholice fidei contra Leovegildum patrem Arrianum sumpserat arma *L* 7/8 ad (*om. NHAMO*) exp. spalim (isp. *M*, hisp. *P*) pergit ibique] ad expugnavit et *B* 8 term. uit. *NAMO* 9 *ante* huic *ins.* era dxx *O* eboricus] *A*, heboricus *M*, euoricus *HLO*, elioricus *N*, euboricus *B*, eburicus *P* regno *PH* *post* succedit *ins.* anno uno *L* audeca] *NHMO*, audica *B*, audicas *P*, audeca *A*, dimisit eumque Audeca *L* 10 sumpto *BNAMOL* 11 dilata est] diltatat *B*, est dil. *NHAMO* *post* sententia *ins.* era dcxxii *L* 11/12 leouigildus *NH*, liuuigildus *PBO*, luuigildus *A*, leouegildus *M* 12 obtentu *M* 13 audecanem *NHO*, audicam *PB*, audeca *A*, audetanem *M*, audecauem *L* deicit *BNP*, *om. O* presbyteri] *H*, presbiterii *BPNAMO* 14 sic en. op. *om. O* ipse] et ipse *B* 15 rursum *P*, *om. AM* congruam *B* 16 deletum] derolictum *M* gothos *AO* transfertur A^a, tranfertur *Rod.* mansisset *B* 17 clxxuii] *BNAML Rod.*, clxx *H*, centum octoginta septem *O*: *rationibus subductis numerus requiritur CXXVI = a. p. Chr. 571* annis scr. *om. H*

ADDITAMENTVM I.

DEDICATIO HISTORIARVM ISIDORI AD SISENANDVM.

Ex codice *M* et Luca Tudensi.

Domino et filio karissimo Sisenando regi Gothorum Isidorus.

Quia de origine Gothorum Hispanorum Suevorum Vandalorum et Alanorum et qualiter rexerunt Hispaniam tibi fieri notitiam postulasti, in huius parte duximus laborandum atque tuae karitati prout possumus id scribendo breviter explanare. tres filios Noe, id est Sem, Cham et Iapheth scriptura sacra esse testatur: ab ipsis quippe omnium hominum genus per tripertitam mundi regionem, id est Asiam Europam et Africam, est disseminatum. filii Sem orientalem partem, scilicet Asiam, cum filiis Ioniti filii Noe, qui post diluvium natus est, possederunt: filii Iaphet septentrionalem, scilicet Europam, filii Cham meridionalem, id est Libyam sive Africam, inhabitaverunt, sed tempore procedente terram Chanaan in Asia violenter obtinuerunt. nati sunt filii Iapheth Magog et Tubal et alii: de Magog inde Gothi, de Tubal vero Hispani et Itali orti censentur. primus rex Hispanorum extitit nomine Hispanus, qui famosam urbem condidit, quam ex suo nomine Hispalim nominavit et in ea solium regni sibi firmavit, a qua etiam Hispania nomen traxit: dicitur autem et ab Ibero flumine Hiberia et ab Hespero sidere Hesperia. Hispanis tandem regnum suum segniter gubernantibus principantibus Petreio et Afranio Iulio Caesari et Romanis omnino cesserunt, non tamen patria, sed regni honore caruerunt. olim pro magna parte sui Romanis Hispania iam cesserat Bruto et Tolemone ducibus exercitus Romanorum.

Collocant epistulam ante historiam Wandalorum et M et L, sed ea in M secundo loco legitur inter Gothicam et Suebicam, apud Lucam primo. 1 sisnando *L* rege M^{a} 2 qui ad origine *M* suenorum L^{p} euandalorum L^{m} 3/4 laborandamtque *M* 4 possumus id] possu*** M^{a}, possucum id M^{b} 5 esse] oe *M* 6 tripartitam L^{sm} 7 yoniti L^{m}. — *Ionithi Noae filii meminerunt auctores medii aevi, ut docuit me Dillmannus: ita in revelationibus Methodii quae dicuntur (Bigne max. bibl. vet. patr. 1677 tom. 3 p. 727—735) dicitur natus esse tempore diluvii et habitavisse in terra Ethom* usque ad mare quod vocatur Eliochore, id est regio solis, in quo solis ortus fuit. hic Ionithus accepit a deo donum sapientiae ad omnes artes, qui non solum litterarum et aliarum artium, verum etiam omnis astronomiae primus fuit inventor. ad hunc descendens Nemroth, qui erat vir gigas et in multis eruditus a deo, accepit a Ionitho consilium, in quibus influentiis astrorum incipiendum esset ei regnare super terram. *Plura habet Bochartus Phaleg IV 38 p. 352.* quod *M* 8 possiderunt L^{p} 9 seu L^{p} 10 canaam L^{p}, chanaam L^{s} asiam L^{p} nati] *L*, n̄ō *M* magoc L^{m} 11 magoc L^{m} Tubal *cet. cf. Isidorus orig. 9, 2, 31.* italia *M* 13 solum L^{m} a qua] *L*, atque *M* 14 *cf. Isidorus etym. 9, 2, 109:* Hispani ab Ibero amne primum Iberi, postea ab Hispalo Hispani cognominati sunt. autem *om. L* fluge' *(sic) M* 15 tindem *M* 16 affranio *M* āīō (*pro* ōīō) = animo *M* 17 yspaniam *M* 18 thelemone *M*, colonione L^{p}, tolomone L^{m}, ptolemone L^{s}

ADDITAMENTVM II.

ADDITAMENTA AD ISIDORI HISTORIAS PELAGIANA.

Ex codice *O*

Ad codicem Matr. bibl. nat. F 58 = *O* eduntur adiecta varia lectione potiore codicis eiusdem bibliothecae T 10 = [*O*]. cf. supra p. 262.

ins. c. 80 post verba p. 298, 28 annis XII.

Rex iste in Asturiis civitatem aedificavit, quam Lugo id est Luceo vocavit. in honore beatae Mariae semperque virginis ecclesiam fundavit quamque citius potuit Romam legatos suos misit et cum auctoritate domni Zepherini papae (*sic* [*O*], prope *O*) secundo apud Legionensem urbem concilium celebravit et cum consensu omnium archiepiscoporum episcoporumque sive et maiorum laicorum et vulgus in memorata urbe episcopium (*sic* [*O*], episcopum *O*) statuit Vistremundumque (istremundumque [*O*]) episcopum in ea ordinare precepit iureque perpetuo subscriptam dioecesim ei concessit: totasque Asturias per Pirencos montes, per flumen magnum Ove et per omnis litus Oceani maris usque Biscayam per Lumrostro (lomnostro [*O*]), per Lumcapo (lomcampo [*O*]), per Porras, per sanctam Agatham, per Porazalem, per Lumbam de Foros una cum campo, et revertit ad sursum per Pyrineos montes, usque figit in flumine qui vocatur Vermsgam (neruisgam [*O*]) Arboliogordon Albam usque ad arborem de Quandros, per rivulum de Umania, Lunam Vadabram (vel adabram [*O*]) Paredes, Lazianam usque ad Pyreneos montes ubi incipit.

ins. c. 91 post p. 303, 4 instituta.

Rex iste catholicus per omnia fuit et cum Romana authoritate in Gallecia concilium celebravit apud metropolis Bracare divisitque omnem diocesim inter omnes episcopos Galletiae sicut hic subscriptum est.

Ad cathedram Braccarensem ecclesiae, quae in vicino sunt:

Centumcellas.	Letanio.
Gotis.	Oculis (genlis [*O*]).
Milia.	Cerecis (gerecis [*O*]).
Lemeto.	Petroneto.
Citiobis (vel Ciliolis *margo O*).	Eguisis.
Anoaste.	Ad saltu.
Ad portis.	iten paga.
Aylo.	Pannonias.
Carandonis.	Latera.
Taubis (gaubis [*O*]).	Bregantia (bregaña [*O*]).
Ciliotro.	Astiatigo.

Turego (gaurego [*O*]).
Aunego (annego [*O*]).
Melobrio.
Berese.
Palantusicio.
Celio
et Senequio.

Sub unus XXX.

Ad sedem Dumiensem familia regia cum illa alia quae data sunt ei de metropolis Braccare.

Ad Portugallensem ecclesiam Castro novo cum ecclesie quae in vicino sunt:

Villa nova.
Vetaonia (betaonia [*O*]).
Vesca.
Menturio.
Torebria.
Bauuaste (bambaste [*O*]).
Lumbo (lambo [*O*]).
Necis.
Napoli.
Curmano (curiuano [*O*]).
Magneto.
Leporeto.
Melga.
Tongobria.
Villa Comedei (gom- [*O*]).
Tauasa.
item paga.
Labrentio.
Anobrio (atanobrio [*O*]).
Valleritia.
Truluco.
Cepis.
Mendolas
et Falentia.

Sub unus XXV.

Ad Auriensem ecclesiam:

Vesugio.
Biviale.
Teporos.
Teursos (geursos [*O*]).
Pintia.
Casabio.
Vereganos.
Senabria
et Calabazas maiores.

Sub unus X.

Ad Iriam:

ipam *(sic)* Iriam.
Amaia (amara [*O*]).
Pestemarcos.
Valegia.
Monte sacro.
Taverolos (tanerolos [*O*]).
Montes Luperia.
Cornato.
Castrum cirae.
Bavegio (banegio [*O*]).
Montanos.
Nemdos.
Prutios.
Besaucos (besancos [*O*]).
Faro.
Vergantinos (bregantinos [*O*]).
Selaia.
Trava.
Dubria.
Laias.
ecum Georgium (sanctus georgius [*O*]).

Sub unus XX.

Ad Lucensem ecclesiam:

in ipsam civitatem cum adiacentiis suis
cum Caurioga (cabrioga [*O*]).
Serrios (scirros [*O*]).
Carabazos.
Montenigro.
Doria.
Deza.
Azumara.
Togios (gogios [*O*]).
Triavada.
Bogonti.

Sala vetera.
Monte roso.
Colera.

Sub unus XIV.

Ad Britoniam:

ipsam Britoniam.
Vallebria.
Torenzanam (lorenzana [*O*])
inter Ove et Masmam.
Mendunium.
Aurio.
Cangas.
Borellam.
Vivero.
Urtigariam.
Cetariam.
Trasancos.
Parragam.
Inter ambas aquas.
Monte nigro.
Biba de mineo.
Fonte miniana.

Sub unus XVII.

Ad Astoricensem ecclesiam:

ipsam Astoricam.
Legio super Urbigo.
Berizo.
Petra speranti (esporanti [*O*]).
Tibris.
Caldellas.
Murellos superiore
et inferiore.
Senabria.
Frogellos et
Pesigos (postigos [*O*]).

Sub unus XI.

ADDITAMENTVM III.

EXORDIA SCYTHICA.

Tractatum, quem inscripsi *exordia Scythica*, servavit unus opinor codex Florentinus Laurentianus plut. 66 n. 40, nobis *L*, scriptus, fortasse Casini, saec. IX vel X (cf. Bandini codd. Lat. vol. 2 p. 812) in ipso principio; sequuntur in eodem volumine Daretis de excidio Troiae historia (ad quam recensendam liber adhibitus est a Ferdinando Meister); narratio altera de excidio Troiae, post longam praefationem, cuius subieci descripta mihi a Maximiliano Ihm verba prima[1]) et postrema[2]), finiens in commentarium secundi libri Aeneidos[3]); historia Apollonii Tyrii. exordia ex hoc libro

1) (f. 20') Tetis dicta est mater Achillis, quae de numero quinquaginta Nereitarum electa est. et dicere abes que fuerunt Nereite, aut quare hoc vocabulum acceperunt. respondendum est: a Nereo patre et Ita matre coniuncto vocabulo patris et matris Nereite appellatae sunt. qui Nereus et Ita in insula quandam habitationem habuerunt et ibi quinquaginta filias procreauerunt. et merito hoc fabula iactitat Nereidees (nereidas *L*[1]?) in mari esse eo quod in insula procreatae sunt. de quarum numerum, ut dictum est, Tetis electa est. quam Iuppiter amauerat et dum sibi eum (eam *L*[1]?) coniungere vellet, consuluit, et responsum est ei quod, si sibi eam iungeret, ut si quis de eis nasceretur Iouem de regno pelleret. hoc metuens Iuppiter memoratam Tetidem Peledi cuidam iuueni in matrimonium dedit et ei nuptias celebrauit. merito cena deorum appellata est. in qua cena fuerunt Iuppiter Neptunus Apollo Musarum deos et Mercurium nec non et tres dee, id est Iuno Minerua et Venus (*desunt plura folia:* f. 21). quem dum nutritor suus ab intentione non valuisset reuocare, cum eodem ad Troiam ad spectaculum in circum descendit. qui dum aurige cucurrissent conplentes sexto emisso, campratiarii, ut consuetudo habet, ante casam regis ad dimicandum descenderunt. quos dum pares dimicantes videret, praesumens de iuventute sua se ad dimicandum cum eis caepit petere. quem dum nutritor suus videret, metuens ne eum perderet caepit eum velle revocare. ille vero non oboediens nutritori suo, sed presumens de iuventute sua se in arena iactavit et cum camprantiariis non arte, sed virtute demicavit et coronam accepit. descendentes vero camprentiarii iuvenculi cursores, qui de meta in metam currebant, exierunt. in quibus cucurrit etiam et ipsos vicit et coronam accepit. deinde filii regis fratres eius furore ducti ad arenam descenderunt et eum ad cursum provocaverunt etiam et ipsos vicit et tertio coronatus est. hoc videntes filii regis qui ab eo victi sunt dolore coacti, quia eos inter tantum agmen populi confunderet, caeperunt de nece eius cogitare, ut eum interficerent. et iusserunt vomitoria circi a militibus custodiri, ut dimisso circo conprehenderetur et desiderium suum in eum complerent. (f. 21') hoc dum nutritor suus agnosceret, se in arenam ante casam regis iactavit et tali voce regem interpellauit dicens. 2) (f. 42) quando Cupito se in facie Ascanii transfiguravit, ubinam Ascanius fuit? respondendum est: Venus Ascanio in nauem soporem inmisit atque cum in ipso sopore tulit et in Idalio monte, ubi aromata diversa Veneris fuerunt, constituit. merito Agates Cupitine in persona Ascanii in nave invenit. cui sic ait: pater tuus mandavit, ut munera tecum portes et per te reginae offeras. Cupito vero in persona Ascanii tulit et ad regina una cum Agate perrexit et dum regina cum muneribus adoraret, eum regina in gremio suo levavit et dum eum osculata fuisset et per osculum amore sagittata est. et caepit caenam protrahere atque Aeneam de casus Troie requirere (f. 42) vellens se de persona eius satiare sicut uirgilius descripsit. FINIT. 3) Conticuere omnes intentique ora tenebant. Inde to///////ro pater Eneas sis orsus ab alto ...... quamquam animus meminisse horret. et antequam ad cenam introirent, iussit Dido ad naves Enee epulas multa dirigere. viginti tauros ingens centum suum centum cum martibus *(sic)* agnos laetitiaque magna fuit. quid multa? dum cenam perfecta fuisset, levaverunt se omnes amici et valedicentes regine discesserunt. et dum omnes descenderent, petiit Dido Eneam, ut iterato sibi utrique fialas propinarent, sicut Virgilius descripsit .... Romulus

edidit Franciscus Ruehl *neue Jahrbücher für Philologie* vol. 121 (1880) p. 551—556, mea causa ea relegit idem Ihm.

Narratio eadem inserta est compilationi ei, quae superstructa iis quae composuit collegitve Paulus diaconus saeculo octavo exeunte, continetur libris Bambergensi E III 14 saec. XI, nobis *B*, Vaticano n. 1984 saec. XI/XII, nobis *P* (foliis quibusdam deperditis incipit c. 12 in *regine*), Vaticano Urbinate n. 961 saec. XIV, nobis *U*, Oxoniensi coll. Magd. Lat. n. 14 saec. XIV, Salisburgensi (*Archiv* 7, 244). exposui de ea vol. 1 p. 524 seq. ad libellum provinciarum. eam qui recensuit ut tradita reliqua mutavit demptis additisve non paucis et sermone ad suae aetatis intellectum immutato, ita exordia quoque tractavit, exempli causa castris c. 6 substituens *alipergum* (= *albergo, Herberge*), quamquam cum librariis posterioribus id displiceret, pro barbaro eo vocabulo rursus antiquum reposuerunt. edidit hanc recensionem una cum Laurentiana Ruehlius l. c. p. 557—561 ad Bambergensem codicem; eum ego ipse recognovi et adsumpsi praeterea varias lectiones duorum librorum Romanorum ab amicis mihi excerptas. litteris medii aevi qui student ut neutram recensionem sine aliquo fructu adhibebunt, ita nobis aliud quaerendum est, scilicet qui haec scripserunt a quibus auctoribus pendeant et maxime num adhibuerint libros, quibus nos caremus. *B. P. U*

Quaestio ea in solo Laurentiano libro continetur; nam tam in exordiis his quam in narratione *Thetis fuit mater* Bambergensis scriptor aut Laurentiano ipso usus est aut simillimo. praeterea, ut adnotatio nostra ostendit, quae affert in illo non inventa, ea Orosius suppeditavit: quid quod in nominibus formandis aliquoties a Laurentiano ita recedit, ut ad Orosium sese applicet. aliunde veniunt quae narrantur c. 26. 27 de Scytharum cum sapientia tum crudelitate, quibuscum Ruehlius confert similes Gothorum laudes apud Iordanem 5, 40.

Laurentianus narrator, si credis Ruehlio, epitomavit Cassiodori opus de origine Getarum; Cassiodorum autem non Iustini epitomen expilasse Ruehlius censet cum Gutschmidio, sed ipsum Pompeium Trogum. haec causa mihi fuit exordiis his in chronicis ut locum darem: sed ut de Trogo Cassiodori auctore mihi nequaquam constat (ut dixi in praef. ad Cassiodorum p. XXX), ita nullus dubito Laurentianum narratorem Trogo usum esse ita ut nos eo utimur, id est per Iustinum. adscripsi ipsa Iustini verba, ut facile de ea quaestione iudicari posset: tanta utrorumque similitudo est, scilicet quatenus elegantia et infantia similes esse possunt, quanta intercedere nequit inter epitomas duas ex ipso auctore primario derivatas. accedunt corruptelae. non solum quae apud Iustinum leguntur hac narratione adhibita nullo loco emendari potuerunt[1]), sed deprehenduntur in ea mendae eae, quae apud Iustinum corrigi potuerunt adhibitis expilatoribus Iustini Orosio et Iordane adeoque adhibitis solummodo libris Iustini melioribus. *Oaxis* flumen, quod nomen servavit Iustinianorum librorum ordo Ruehlio dictus Italus, hic (c. 5) est *Araxis* cum libris Iustini reliquis et Orosio; *Tomyris*, quod servant Iustini libri Itali et Iordanes, hic (c. 5. 7) facta est *Tamyris* cum libris Iustini transalpinis et Orosio. duae Amazonum reginae cum apud Orosium Iustini expila-

vero a diis raptum (f. 63) eum romani deum fecerunt. post cuius ovitum suscipit regnum Numa Populius et post ipsum diversi reges regnare caeperunt usque ad primum imperatorem Caesare Augusto. quia Cesar Augustus regnavit annis quinquaginta et septem. quadringesimo secundo anno regni eius Christus natus est. post Caesarem Tiverius regnum suscepit. in cuius octabo decimo anno regni eius Christus passus est. redeamus ad causam. post mortem vero Numitoris aput Albanum regnum finitum est et ad Romanos translatum est. et caepit Albano ciuitas Romae subiecta esse. FINIT EXPO̅. DO̅ GRA̅S. AMEN.

1) Ita, qua de re ipse Ruehlius monuit, redit apud narratorem c. 19 ineptum *Asia et Macedonia* Iustini 2, 5, 12, quod ab ipso proficisci probabile est, cum redeat apud Orosium 2, 8, 7, sed certe non venit a Trogo. *persequi* quod narrator posuit pro *insequendo* c. 6, emendatio est ita a re commendata, ut inde nullo modo demonstretur narratorem nostris meliore libro usum esse.

torem dicantur Marpesia et Lampeto, constat ipso Ruehlio auctore Iustinum ita scripsisse; sed libros nostros aut omnes aut plerosque qui occupaverunt errores *Martesia* et *Lampedo*, adsunt item c. 12. 13 tam in Laurentiano quam in Bambergensi. itaque narratio pendet ex Iustiniana, sed ea reddita cum fabulandi licentia, ex parte fortasse memoriter, certe saepissime inepte, ut passim. exempli causa c. 14 ubi Menalippes nominis oblitus Orithyiae ad eam quoque transfert, quid velit nisi auctore adhibito non intellegas.

Cassiodori Geticis tantum abest, ut auctor usus sit, ut ne Iordanianorum quidem certa indicia deprehendantur. Magog filius Iapheti archegeta Scytharum et Gothorum (c. 25) cum reperiatur apud Hieronymum locis iis, quos citavimus ad Isidori hist. 1[d] et apud Isidorum etiam in etymologiis 9, 1, 27. 89, sine iusta causa Ruehlius haec rettulit ad Iordanem Get. 4, 29 et per Iordanem ad Cassiodorum. item quod Iordanes verba facit de Tomyris *aucta victoria* (Get. 10, 62), nequaquam generavit locum narrationis qui est c. 8: *Tameris regnum cum auctoritate tenuit.* nec magis quae praeterea ad Iordanem refert Ruehlius, eo eiusve auctore hunc narratorem usum esse probant.

Penthesileam quod narrator Laurentianus c. 16 ait interemptam esse *ab Alixe filio*, recte Ruehlius composuit cum loco Daretis c. 36: *(Neoptolemus Achillis filius) Amazonidum ductricem Penthesileam obtruncat:* scilicet Daretis subiuncti in codice ei copiam fuisse verisimile est. *Achillae filium Pyrrhum* emendavit Bambergensis fortasse adhibito Iustino 17, 3, 3.

Narrationes de Alexandro magno plerasque et ipsas affinitatem aliquam habere cum Iustinianis adnotatio ostendit. at fabulas proprie Alexandrinas ab auctore usurpatas esse suggerit locus c. 18 de Amazonum ducentis milibus a Ruehlio compositus cum Iulio Valerio 3, 45: *hoc in loco ducenta milia virginum coimus*, quamquam in numeros liberum ius sibi narratorem sumpsisse multi loci ostendunt. magis me movet, cuius admonuit Bernhardus Kuebler, Roxane Bactriana (c. 31) auctoribus qui de Alexandro scripserunt non ignota. sed ut casu factum esse non potest, ut in ea cum iis auctor noster consentiat, ita iure sine dubio idem Kuebler negat ullam ex Alexandrinis narrationibus quae extent ab eo usurpatam esse.

De rebus Romanorum quae afferuntur potiora proficiscuntur ex Eutropio. neque tamen ipsum Eutropium expilasse videtur narrator, sed compilationem nescio quam Eutropio potissimum superstructam, cum etiam ex veris quaedam, ut expeditio in Parthos a Caesare dictatore suscepta, apud Eutropium non reperiantur. infimi ordinis omnia esse et inutilia patet.

Similitudo quam inter hanc narrationem et Aethici cosmographiam, maxime in tractatu de Amazonibus intercedere Ruehlius observavit, inde explicanda est, quod uterque narrator usus est Iustino. nam neutram narrationem ab altera pendere qui contulerit intelleget, nec magis communia habent nisi deducta ex auctore communi.

COD. LAVRENTIANVS.

In nomine domini incipit exordium regis Assyriorum, qui primi regnaverunt in terram: incip̄ exordia Nini.

1 Ninus rex Assyriorum primus bella intulit *adque regna primus imperavit.* primus termenus populus usque ad Lybiam perdomuit. ad postremum cum Ioastra rege Bacterianorum, qui dicitur primus invenisse artes magicas et mundi principia siderumque motus diligentissime scrutasse, ipso occiso et ipse Ninus postea discessit.

2 Qui relicto inpube filio nomine Nino et uxore Samirame qui et ipsa (ipsas L^1) Samiramis nec inmaturo puero ausa est credere imperium, ipsa se pro puero aptat ipsaque ornamenta et vestis feminee relicta baronilem conposuit, quem more universae gentis ad videndum usque in presens tenent. sicque femina sexum femine mentita puer esse credita nec ipsa dignitate (ipsam dignitatem L^2) regni admisit, sed admirationem multum adauxit, quod mulier in prelio ante viros iret.

IVSTINI.

Ninus rex Assyriorum .... primus intulit bella finitimis et rudes adhuc ad resistendum populos terminos usque Libyae perdomuit .... postremum bellum illi fuit cum Zoroastre[1]) rege Bactrianorum, qui primus dicitur artes magicas invenisse et mundi principia siderumque motus diligentissime spectasse. hoc occiso et ipse decessit[2]) Iustinus 1, 1.

relicto adhuc inpubere filio Nino et uxore Samiramide. haec neque inmaturo puero ausa tradere imperium ...... simulat se .... pro femina puerum .... igitur brachia et crura velamentis, caput tiara tegit et ... eodem ornatu et populum vestiri iubet, quem morem vestis exinde gens universa tenet. sic primis initiis sexum mentita puer esse credita est .... nec hoc illi dignitatem regni ademit, sed admirationem auxit, quod mulier ... virtute .. viros anteiret. Iustinus 1, 2.

COD. BAMBERGENSIS.

Exordium regis Assiriorum qui primus in terra regnaverat.

1 Ninus fuit rex primus qui regnavit super Assyrios. ante illum omnes gentes in pace erant. ipse primus *(om. B)* caepit pugnare et primam pugnam fecit cum (et *U*) Zoroastrae rege (rex *U*) Bactrionarum, qui fuit magus (magnus *B*, maior *U*) et *(om. U)* occidit eum. predictus vero Ninus cum sederet super unam civitatem de terra (de t. *om. U*) Asiae et pugnaret ibi, percussus de *(om. U)* sagitta mortuus est.

2 Sed dimisit filium nomine Ninum adhuc puerum et matrem eius nomine Samiramis (semiramis *U*). illa autem timuit credere (cedere *B*) ipsum regnum filio suo eo quod non erat (esset *U*) de (in *U*) legitima aetate, sed (et *U*) ipsa proiecit feminea vestimenta 'et vestivit se baronilia' (indutis uirilibus uestimentis *U*) et sic cum esset femina, apparebat quasi puer et in pugnam (pugna *U*) ante omnes ibat et erat magna admiratio, quod femina iret in pugnam ante viros.

---

1) *sic etiam Orosius 1, 4, 3.* 2) *Orosius 1, 4, 3 Iustinum expilans addit:* post ipse, dum deficientem a se oppugnat urbem, sagitta ictus interiit.

COD. LAVRENTIANVS.

3 Hec Babylloniam (babyloniam L^2) condidit sibi et aedificavit. Aethiopiam *et Asiam* imperio suo subiugavit et in Indis bellum intulit, quod preter illam et Alexandrum magnum ducem nemo postea ausus fuit introire. quadragesimo anno et secundo post Ninum regnum potita tenuit.

4 Postea per multis annis (multos annos L^2) infeminati (effeminati L^2) fuerunt reges Assyriorum quidem. postremum ad Astiagem regnum *Persarum et* Medorum succedit. qui et ipse ex unica filia quam habebat nepotem futurum sibi suscepit, qui nomen accepit Cyrus. qui cum cognovisset Cyrus insidias Astiagem adversus se in Persas fugiit. bellum contra Astiagem abum (auum L^2) suum iniit. qui et in ipso bello Astiages a Cyro capitur (capi*tur *L*, *supra litt. erasam, fortasse* e, *scr.* tus est) qui *et postea* regnum *Medorum et* (medorum et *bis* L^a) *Persarum* Cyrus potitus tenuit. tantamque pietatem Cyrus contra Astiagem habuit, ut eum in alium regnum postea restituit.

5 Cyrus quoque post victoria (uictoriam L^2) compositis rebus suis in Babylloniam bellum intulit in Lydiam cum Cressum regem Lydiae, qui et ipsa Lydia (ipsam lydiam L^2) cum ipso rege perdomuit. deinde Cyrus subacta Asiam in potestatem bellum in Exitis

IVSTINI.

Haec Babyloniam condidit . . . . Aethiopiam quoque imperio adiecit, sed et Indis bellum intulit, quo praeter illam et Alexandrum magnum nemo intravit . . . interfecta est duos et XL annos post Ninum regno potita.

Filius eius Ninus . . . . in feminarum
turba consenuit. posteri quoque eius id
exemplum secuti . . . postremus apud eos Iustinus 1, 3.
regnavit Sardanapallus vir muliere corruptior . . . . post hunc rex constituitur . . .
Arbactus . . is imperium ab Assyriis ad
Medos transfert. post multos deinde reges Iustinus 1, 4.
. . . regnum ad Astyagen descendit. hic
per somnum vidit ex naturalibus filiae,
quam unicam habebat, vitem enatam . . . .
arioli ex eadem filia nepotem ei futurum
. . . responderunt . . . puer . . . Cyri nomen Iustinus 1, 5.
accepit . . . (Harpagus) scribit ei, . . . ut
occidi eum parvulum avus iusserit . . . .
(Cyrus) Persepolim regreditur . . . . (Per- Iustinus 1, 6.
sae) in proelium redeunt . . . Astyages
capitur: cui Cyrus nihil aliud quam regnum
abstulit . . . cumque maximae genti Hyrcanorum praeposuit . . . . .

Babyloniis rex Lydorum Croesus . . . . Iustinus 1, 7.
in auxilium venit . . . . Cyrus quoque post
victoriam compositis in Babylonia rebus
bellum transfert in Lydiam . . . Croesi
exercitum . . . fundit, Croesus ipse capitur . . . Cyrus subacta Asia et universo Iustinus 1, 8.

COD. BAMBERGENSIS.

3 Haec (enim *ins. U*) femina fecit Babiloniam et subiugavit Asiam et Aethiopiam sub suo regno. pugnavit in India. ab illo tempore nemo ausus fuit ibi intrare nisi postea magnus Alexander solus. ita vero Samiramis per quadraginta et duos annos post (sub *U*) mortem sui mariti regnum tenuit (t. r. *U*).

4 Postea vero per multos annos feminae regnum Assyriorum tenuerunt. deinde pervenit regnum Persarum et Medorum ad quendam regem nomine Astiagen. 'qui' (et ipse astiages *U*) habuit nepotem nomine Cyrum. qui cum cresceret et cognovisset aliquas insidias avi sui, 'quod eum vellet' (qui eum uellent *U*) occidere, fugit in (ad *U*) Persas et congregato exercitu de Persis cepit pugnare cum Astiage avo suo et apprehendit eum in ipsa pugna et tantam pietatem habuit super eum (s. e. h. *U*), 'ut in aliud regnum illum constitueret' (ut a. r. illi restitueret *U*).

5 Cyrus vero 'post victoriam' (uictoria facta *U*) pugnavit contra Babiloniam et contra Crassum *(om. U)* regem Liddie (libiae *B*) et subiugavit sibi Lidiam (libiam *B*) cum ipso rege. deinde (sed inde *U*) cum subiugasset sibi et *(om. U)* Asiam, pugnavit

COD. LAVRENTIANVS.

(exitas L^2) intulit. erat eo tempore regina Exitarum Tameris *viduitate viri orbata,* qui non muliebriter adventum hostium terruit, sed audaciter bellum intulit. cum prohibere (prebere *L*) transitu Arasis fluvius potuisset, transire *Cyrum cum exercitu Persarum* permisit.

6 Itaque Cyrus in Exitia castra metatus
f. 2'. est. qui postera die simulatum meto (metu L^2) Cyrus quasi refugiens castra deseruit vinumque ebolis qui erant in castra dereliquid. qui (quod L^2) cum regine nuntiatum fuisset aduliscentulum filium, quam (quem L^2) habebat, cum tertia parte copiarum hostium ut Cyrus (cyrūs L^2) persequerar (*suprascr.* ur L^2) misit. qui cum adulescens ad castra Cyri pervenisset, ignaros (ignarus L^2) non consuetudo praelii putat (potat *Gutschmid*) se veluti ad ebolas nam non ad proelium venisset. qui Cyrus rem cognita, *quod Exiti castra sua prevaluissent, ortatur Persas ut per noctem super eos veniant. qui statim Cyrus* reversus per noctem saucius oppressit omnisque Exitas *qui ibidem aderant* cum regine filio interfecit. prius Exìti ebrietatem victi fuerunt quam praelium.

7 Tameris *regina hoc cum cognovisset,* orbitatem filii non in lacrimis effundit, sed

IVSTINI.

Oriente in potestatem redacto Scythis bellum infert. erat eo tempore regina Scytharum Tamyris, quae non muliebriter adventu hostium territa cum prohibere eos transitu Araxis fluminis posset, transire permisit[1] . . . .

Itaque Cyrus . . cum aliquantisper in Scythiam processisset, castra metatus est dein postera die simulato metu, quasi refugiens castra deseruisset, ita vini adfatim et ea quae epulis erant necessaria reliquit. quod cum nuntiatum reginae esset, adulescentulum filium ad persequendum (sequendum *vel* insequendum *libri*) eum cum tertia parte copiarum mittit. cum ventum ad castra Cyri esset, ignarus rei militaris adulescens, veluti ad epulas, non ad proelium venisset, . . . barbaros vino se onerare patitur priusque Scythae ebrietate quam bello vincuntur. nam cognitis his Cyrus reversus per noctem saucios opprimit omnesque Scythas cum reginae filio interficit . . . .

Tamyris orbitatis dolorem non in lacrimas effudit, sed in ultionis solacia intendit

COD. BAMBERGENSIS.

cum Scithis (sithit *U*), ubi regnabat regina Tameris, que erat vidua. ipsa vero Tameris regina non expavit sicut mulier de adventu ipsius Cyri, sed fortiter praeparavit se ad pugnam. et si voluisset potuit contendere ad fluvium Ararim, ut non dimitteret Cyrum in suum regnum intrare. sed propter fiduciam. quam habebat in multitudine populi, et propter loca districta, quae habebat, dimisit eum transire ipsum fluvium.

6 Cyrus cum transsisset (intrasset *U*), non longe ab ipso flumine posuit castra sua, 'alia vero die replevit castra' (' ' *om. U*), que vulgo aliperga (*om. U*) dicuntur (dicitur *U*), de vino et de omnibus deliciis et finxit se fugere. hoc cum audisset Tameris regina, filium suum mandavit cum populo (suo *ins. U*) ad persequendum Cyrum. ille autem cum pervenisset cum populo (sua *ins. B*) 'ad ipsum alipergum' (ipsa castra *U*), ceperunt manducare et bibere, ut videretur (ab *ins. U*) eis, quasi ad prandium venissent (uenisse *U*), non ad pugnam. Cyrus autem noctis tempore veniens super illos omnes in 'ipso alipergo' (ipsis castris *U*) occidit, aetiam et (*om. U*) ipsum filium reginae.

7 Tameris regina hoc (hec *U*) audiens non dedit se in planctum pro morte filii sui, sicut consuetudo est mulieris (m. c. *U*), sed congregato excercitu init ad persequendum

1) *Orosius 2, 7, 1:* quem (Cyrum) Thamyris regina . . . cum prohibere transitu Araxis fluminis posset, transire permisit primum propter fiduciam sui, dehinc propter opportunitatem ex obiectu fluminis hostis inclusi. *cf. supra p. 309.*

COD. LAVRENTIANVS.

ultionem solacii ad praeliandum intulit. ipsa se in fugam simulat datam. qui usque ad angustias *montium* Cyrum pertraxit. qui conpositis in montibus insidiis *sicque praelium iniit et trecenta triginta* milia Persarum cum ipso rege *Cyro* trucidavit. in qua victoria etiam illo memorabile fuit et ne nuntius quidem exinde evasit.

8 Caput Cyri amputadum in utre humano sanguine repleto cuici regena iubit: cum exprobritatem dicebat: 'satia te sanguinem humanum (humano L^2), *impie,* quod setisti, quod semper insatiabilis, *impie,* fuisti'. *sicque Cyro trucidato Tameris filium* (filio L^2) *vindicato regnum cum auctoritate tenuit.*

Exordia Amazonum, qui Exite et ipse
9 fuerunt.

Apud Exitas fuerunt *aliquando* duo rege iuvenis (reges iuuenes L^2), qui occupaverunt Cemerinus campus (cemerinum campum L^2) iuxta Amnem et Temedontum fluvius (fluuium L^2), qui et ipse (ipsi L^2) iuvenis (iuuenes L^2) ibidem per plurimis annis (plurimos annos L^2) finitimos trucidaverunt.

Qui (quod L^2) eorum uxoris (uxores L^2)
10 cum vidissent tantum exidium, *quod eorum*

IVSTINI.

.... simulata diffidentia ... refugiens Cyrum ad angustias usque perduxit. ibi compositis in montibus insidiis ducenta milia Persarum cum ipso rege trucidavit. in qua victoria etiam illud memorabile fuit, quod ne nuntius quidem tantae cladis superfuit.

Caput Cyri amputatum in utrem humano sanguine repletum coici regina iubet cum hac exprobratione crudelitatis: 'satia te sanguine', inquit, 'quem sitisti 'cuiusque insatiabilis semper fuisti'.

Apud Scythas ... duo regii iuvenes Plinos et Scolopitus[1] .... iuxta amnem Thermodonta .... Themiscyrios campos occupavere. ibi per multos annos spoliare finitimos adsueti conspiratione populorum per insidias trucidantur. Iustinus 2, 4.

Horum uxores cum viderent exilio suo additam orbitatem, arma sumunt finesque

COD. BAMBERGENSIS.

Cyrum (syrum *U*), cumque iam prope illum esset, finxit se fugere. ille vero reversus cepit eam persequere (persequi B^2). illa (uero *ins. U*) protraxit eum usque ad districta loca montium et posuit ei ibi *(om. U)* insidias et sic cum eo cepit pugnare et trecenta tria (triginta *U*) milia Persarum cum ipso rege occidit, unde actiam (cum *U*) nec unus ex eis fugit (fuit *U*), qui nuntium exinde portaret.

8 Caput (uero *ins. U*) Cyri fecit decollari et in utrem plenum de *(om. U)* humano sanguine misit et cum inproperio dicebat: 'sacia te, impie, de sanguine humano, quem sitisti, de quo per annos triginta insaciabilis fuisti'. sicque mortuo Cyro Tameris regina filium suum vindicavit et regnum cum auctoritate (c. a. r. *U*) tenuit.

9 Unde (inde *B*) dictae sunt Amazones (et *ins. U*) qualiter pugnare ceperunt (ceperut *B*).

Aliquando fuerunt aput Scithas duo regales iuvenes Plinos (plinus *U*) et Scolopecius (scolopenus *U*), qui egressi de terra sua cum multitudine iuvenum habitaverunt iuxta fluvium qui dicitur Termedontus (termedontis *U*). illi vero, in quorum 'terra habitabant' (h. terram *U*), per invidiam (inuidias *B*) occiderunt eosdem (eos et *U*) iuvenes 'cum eis' *(om. U)* qui secum erant.

10 Videntes autem (hec *ins. U*) mulieres eorum, quia (que *U*) remanserant 'vidue, irate' (uiduate *U*) appraehenderunt arma et suos (aliarum *U*) viros qui remanserant

1) *Orosius 1, 15, 1:* Scolopetius.

COD. LAVRENTIANVS.

viris (uiri L^2) *gerebant,* arma sumunt. viris (uiros L^2) eorum interficiunt finisque (finesque L^2) suos inferentis bella defendunt, nubendi quoque animo (animum L^2) amiserunt, cumcopito finetemorum iniunt.

11 Et si qua (qui L^2) mares nascuntur (mascuntur L^1) interficiebant, virgines in eadem more non utio, non laneficio *usum,* sed armis et aequis venationibusque exercebant inostis puellis dextrioris mammis, unde nec sagittarum iactas inpediatur, unde autem dictae sunt Amazone.

12 Duae ex his *primum* fuerunt regine, una Martesia, altera Lampedo, qui *nunc eo tempore* in duas partes agmeni diviso bella gerebant.

13 Ibi Ephesus et multae aliae urbis conditae sunt. qui dum et ipsas in Asia bella gerebant, cumcurso barbarorum Martesia *cum quinquaginta milia* a barbaris interfecta est.

14 *Qui* Oridria postea regnum suscepit. qui eo tempore Erculi regi Grecorum cum

IVSTINI.

suos . . . inferentes bella defendunt. nubendi quoque finitimi animum omisere . . . viros . . . interficiunt . . . concubitus finitimorum ineunt.

Si qui mares nascerentur, interficiebant, virgines in eundem ipsis morem non otio neque lanificio, sed armis equis venationibus exercebant, inustis infantum dexterioribus mammis, ne sagittarum iactus impediatur. unde dictae Amazones . .

Duae his reginae fuere, Martesia et Lampedo, quae in duas partes agmine diviso . . . vicibus gerebant bella, soli terminos alternis defendentes[1]) . .

Epheso multisque aliis urbibus conditis . . . . quae ad tuendum Asiae imperium remanserant, concursu barbarorum cum Martesia regina interficiuntur.

In huius locum filia eius Orithya regno succedit . . . . huius virtute tantum additum

COD. BAMBERGENSIS.

occiderunt, ut omnes essent viduae. deinde (denique U) ab illo die noluerunt habere maritos, sed tantum pugnare ceperunt. ‘in illis autem locis, in quibus’ (in illorum autem loca quorum U) habebant *(bis U)* pacem, ibant et fornacabant cum quibus volebant.

11 Et si masculus ex eis nascebatur, occidebant illum, feminas (feminam U) vero reservabant et incendebant dextras mamillas earum, ut non haberent aliquod impedimentum, quando sagittabant. inde et Amazones ‘dictae sunt’ *(om. U).* virgines autem earum non tenebant fusum ad operandum aliquod, sed tantum in armis et equis et venationibus erant posite.

12 Due ex eis (illis U) primum *(om. U)* fuerunt reginae (*a* regine *incipit P*), una habuit nomen Martesia (marthesia B, matersia P) et alia Lampedo (rambedo U), et ambe ‘inter se diviserunt’ (d. i. se U) ipsum exercitum, et una ibat ad pugnandum per vices et alia (altera U) custodiebat (-bant P) domos ipsas (earum P).

13 Constructa est autem *(om. P)* ab eis Ephesus et aliae multae civitates. dum vero in Asiam (asia U, spaniam P) ipsae Amazones (-zone U) pugnarent (pugnarant B^1, et *pro* pugn. U), supervenerunt barbari et occiderunt Martesiam (marthesiam B, matersiam P) ‘cum quadraginta milibus’ (cum qua erant quadraginta millia U) Amazonum (amazonarum U, amazonibus P).

14 Post Martesiam (marthesiam B, matersia P) regnavit Oridria et ipsa cum Hercule rege Grecorum pugnavit. et in ea pugna occidit Hercules de ipsis Amazonibus centum milia (milibus P) et Oridriam (-dria P) vivam *(om. P)* in eo (ipso P) praelio

1) *Orosius 1, 15, 4:* Marpesia et Lampeto . . . agmine diviso in duas partes vicissim curam belli et domus custodiam sortiebantur.

COD. LAVRENTIANVS.

Amazonis bellum intulit. *qui et cum multa exequia aequitatum ibi venissent, castra super Amnem flurium posuit ibique* bellum cum Erculi gesserunt. qui plurima feminarum *centum milia virium in ipso praelio* trucidaverunt. ad postremum Amazonas victas, *qui et Oridria* viva in eo praelio ab Erculi capta. qui et post victoriam Erculis Oridria sorori (sororis *L*) suae reddidit, *qui in hac regno tunc tempore presidebat.*

15 Nam Oridria Exitis legationem misit, ut ei auxilia preberent *et contra Erculem novum praelium repararent.* Arpedo erat eo tempore rex Exitarum. qui cum multitudine exsequia aequitum cum filio suo ad auxilia prebendum Oridriae et Antiabis reginis Amazonis derexit. *qui hoc Erculis rem auditam sibi et cognitam* antequam praelium commississet, *fugam in Greciam iniit.*

16 *Qui* post hoc actum Pentisilea regnum suscepit, quia Troianis adversum Grecis auxilia prebuit. qui et ipsa Pentisilea *in ipso praelio ab Alixe filio* interempta est *cum septuaginta milia Amazonum;* armatas paucas *de ipsas Amazonas inde redierunt.*

17 Post eam Talastridis regnum suscepit, qui cum Alexandrum amicitias *et federatas*

IVSTINI.

gloriae . . . Amazonum est, ut Herculi rex . . . imperaverit, ut arma reginae Amazonum sibi adferret. eo igitur profectus . . . comitante principum Graeciae iuventute inopinantes adgreditur. duae tum sorores Amazonum regna tractabant, Antiope et Orithya . . . effectum est, ut . . facilem . . . victoriam hostibus darent. multae . . . caesae captaeque, in his duae Antiopae sorores Menalippe ab Hercule, Hippolyte a Theseo . . . Hercules post victoriam Menalippen captivam sorori reddidit . . .

Sed Orithya . . . auxilium a Sagylo rege Scythiae petit . . . . mittit cum ingenti equitatu filium Panasagorum in auxilium. sed ante proelium dissensione orta . . . bello ab Atheniensibus vincuntur: receptaculum tamen habuere castra sociorum . . .

Post Orithyam Penthesilea regno potita est, cuius Troiano bello . . . cum auxilium adversus Graecos ferret, magna virtutis documenta extitere. interfecta deinde Penthesilea exercituque eius absumpto paucae quae in regno remanserant . . . usque tempora Alexandri magni duraverunt.

Harum . . . Thalestris regina concubitu Alexandri . . . obtento reversa in regnum.

COD. BAMBERGENSIS.

apprachendit (adprachensa fuit ab hercule *P*) et (sed *P*) postac reddidit (reddit *B*) illam sorori (-ris *P*) suae.

15 Postea praedicta Oridria misit ad Scithiam (sithiam *U*) missos suos, ud ei adiutorium facerent (faceret *U*), qualiter contra Herculem (hercules *U*) magnum (magum *P*) repararent (-ret *U*) bellum (praelium *UP*). Arpedo (aspedo *P*) autem *(om. UP)* erat illo tempore rex Scitharum (sitharum *U*), qui tulit filium suum et *(om. B)* cum multitudine (-nem *P*) populorum (et *ins. B*) mandavit eum in adiutorium Oridriae et Antiavis (antibis *UP*) reginis Amazonum (-narum *UP*). hoc audito Hercules (-le *P*) fugit (fuuit B^1) in Graeciam (grecia *U*).

16 Post hoc (hec *P*) factum Penthesilea regnum Amazonarum suscepit et ipsa in adiutorium ibat (ivit *U*) Troianis, quando Graeci super (sup *U*) Troiam (troia *P*) sedebant. in quo praelio occisa est ab (a P^2) 'Achille filio Pyrri' (pirro filio achilli *P*) et fuerunt cum ea septuaginta milia Amazonum (-nes *P*). armatae (et *P*, *om. U*) pauce (in pace enim *U*) inde reversae sunt.

17 Post (ea *ins.* P^2) Penthesileam (pentesilieam *U*) regnum Amazonarum suscepit Talistridis (thalisaridis *B*, talistridem *P*) et habuit pacem cum Alexandro. erant enim

COD. LAVRENTIANVS.

ferunt pacem fecisse. *erant enim* (eni L^1) *varia veste conpositas, capillo a fronte tunso, a cervice emisso: mamille dextera parte nihil habebant et altera sub tonica tegebant, ut ne iaculando aut in armis inpedimento sentirent.*

18 *Quia eo tempore CC milia armatas de regno eorum ad praeliando cum aequitibus exiebant, qui per septingentis annis regnum potitas tenuerunt et sic ferunt, quod usque ad Iulio Cesare perduraverunt.*

Explicit.

19 Darius rex Persarum in Exitis bellum intulit cum armatis septingentis millebus hominum Exitiam ingressus. qui et ipse Darius antequam certamen Exitarum cognovisset (cognousset L^a), meto perterritus fugam iniit. amissis octuaginta millebus hominum *inde in Persas* refugiit. *postquam de Exitiam Darius reversus fuit,* Asiam et Macedoniam perdomuit.

20 Postea cum Aciinsebus et Lacedemoniis in Grecia Darius bellum intulit in campis Maratoniis, *qui eo tempore cruentissima praelia in ipsis gerebantur. sed tamen* victi ibidem in eo praelio Persi *ab* (ad *L*) *Aeciinsebus et Lacedemoniis.* Darius *duabus vulneribus sauciatus*[1]) *in* navibus fugiit. *qui in eo praelio tantaque cedis Persarum fuit.* ducenta milia Persarum ibidem interempta

IVSTINI.

Pax apud Scythas fuit usque tempora Iustinus 2, 5.
Ianthyri regis. huic Dareus rex Persarum . . . bellum intulit et armatis septingentis milibus hominum Scythiam ingressus non facientibus hostibus pugnae potestatem, metuens, ne . . . reditus sibi intercluderetur amissis LXXX milibus hominum trepidus refugit . . . . inde Asiam et Macedoniam domuit . . .

Dein . . . omnem impetum belli in eos
(Athenienses) convertit . . . Athenienses . . . Iustinus 2, 9.
auxilium a Lacedaemoniis . . . petiverunt . . . . in campis Marathoniis in proelium egrediuntur . . . . victi Persae in naves confugerunt . . . . ducenta milia Persae eo proelio sive naufragio amisere.

COD. BAMBERGENSIS.

ipse Amazones compositae ‘de varia vestae’ (de bari/st uestibus *P*, de uarietate uestium *U*) capillis (capillos *U*) a fronte tonsis (tonsos *U*), a cervicae dimissis (dimissi *P*, dimissos *U*); mamillas dexteras (dextras *U*) incensas (incensa *P*) habebant, sinistras (-tra *P*) vero sub tunica tegebant.

18 Erant enim in *(om. P)* illo tempore Amazones (-zone *U*) armate cum aequithibus plus quam *(om. P)* ducenta milia et tenuerunt regnum per septingentos (septuaginta *B*) annos et regnaverunt usque ad Iulium Cesarem (cesasarem B^1).

19 Darius rex Persarum cum septingentis milibus armatorum in *(om. P)* Schithiam (scithia *P*, sithia *U*) ingressus est, sed timore perterritus fugit. (et *ins. U*) perdidit ibi homines octoginta (octuaginta *UP*) milia et sic reversus est in Persidem (-de *U*, -da *P*). deinde subiugavit sibi Asiam et Macedoniam.

20 Et pugnavit in campis Maratoniis (maratonis *U*) cum Lacedemonis, ubi (in *P*) illo tempore ‘multe pugnae fiebant. ibi’ (‘ ’ *om. P*) Lacedemones vicerunt Persas: in eo praelio (ea prelia *U*) Darius recepit (accepit *U*) duas plagas et sic fugit in navi-

1) *Cum verbis* duabus vulneribus sauciatus *componit Ruehlius Iustini 2, 11, 19:* Xerxes duobus vulneribus terrestri proelio acceptis experiri maris fortunam statuit.

COD. LAVRENTIANVS. | *EVTROPII.*

fuerunt *sicque Aeciinsis et Laecedemoniis victoria facta domus suas triumpharerunt.*

Explicit (exlicit *L*).

21 *Bellum Iulii Cesaris quod gessit super regnum cum Germanis. in qua praelio Romani graviter pugnarerunt, ut ibi in ipso praelio centum quinquaginta milia Romanorum militum armatorum amissa fuerunt de Germanis tantaque cedis fuit, qui usque ad Constantio Augusto nullumque bellum adversus Romanos gerere potuerunt.*

22 *Sed victi apud Iulio Cesare vectigalia prosolserunt.* deinde in Brittania bellum intulit, qui et ipsis Brettis victis stipendiariis fecit. *ad postremum* Gallis domuit. *qui et sedis novas ibidem Romanae fecerunt. deinde ad Spaniam proficiscens. qui et ipsam conquisitam in Italiam revertens deinde Romam triumphavit.*

Domuit . . . fere omnem Galliam . . . Entrop. 6, 17. Brittanis mox bellum intulit . . . . eos quoque victos . . . stipendiarios fecit.

23 *Postea totumque orientem occidentem meridiem perdomuit Asiam Greciam Macedoniam Syriam Iudeam Arabiam Dalmatiam Frigiam Pamphiliam Damascum. ad postremum in Parciam bellum intulit ibique a suis consulibus interfectus fuit.*

24 *Primus toto orbe terrarum Octavianus pronepus Iulio Cesare preter Exitarum regna totum orbem terrarum perdomuit. sub ipso*

COD. BAMBERGENSIS.

bus. et mortui sunt ibi in ipsa pugna ducenta milia Persarum. Lacedemones autem reversi sunt 'cum victoria' (cum pace *U*, ibi in ipsa *P*) in terram suam.

21 Bellum quod fecit Iulius Cesar, in quo bello Romani fortiter pugnaverunt et in ipso praelio centum quinquaginta milia Romanorum mortui sunt, qui usque ad Constantinm Augustum nullam pugnam contra Romanos facere potuerunt.

22 Sed tantum fuerant subiugati Iulio Cesare, ut censum Romanis darent. deinde pugnavit in Brittania et Brittones pensonarios *[sic]* fecit. ad ultimum Galliam vicit et sedem novam Romanam ibi fecit. deinde veniens in Hyspaniam subiugavit sibi et reversus est in Italiam. post hoc factum Romam victor introivit.

23 Postea abiit et perdomuit totum orientem occidentem meridiem, Asiam Greciam Macedoniam Syriam Iudeam Arabiam Dalmaciam Frigiam Pamphiliam Damascum (damasum *B*). ad ultimum Romam rediens consentiente senatu in curia interfectus est et ut dicunt fuerunt in consilio mortis illius sexaginta Romani et fecerunt illi viginti et tres plagas [1]).

24 Mortuo Iulio Cesare Octavianus nepos eius Romanum suscepit imperium et dictus est Augustus, id est imperator. et subiugavit sibi totum mundum absque Scithiam et

c. 21—24 om. UP

1) *Orosius 6, 17:* Caesar . . . . conscio . . plurimo senatu in curia viginti et tribus vulneribus confossus interiit. in qua coniuratione fuisse amplius sexaginta conscios ferunt. *Cf. Eutrop. 6, 25.*

COD. LAVRENTIANVS.

natus est Christus in Bethleem Iuda. qui et ipse Octavianus Augustus per quadraginta annis sub uno imperie iugo toto orbe terrarum imperavit. Exiti et Indie quod antea Romanorum imperium numquam fuerant subiugati, supplices munera et legatos ad eum miserunt, *qui pacem federatam eum eum feeerunt.*

25 De exordia Exitarum.

Exiti antiquioris populus hominibus in terrae nulli. finis Exitia in oriente est posita et interclusa est, *sicut et Gothia. qui primus eam regionem Magog filius Iafeth eam ineoluit. Exitia* (extia *L*[1]) *Magog. Gog et Magog nuneupantur.*

26 Nullum agrum exercent. nullus celus inter eos furtus gravius. *nulla domus nisi sola tentoria.* lacte et melle vescuntur. vestem laneficie ignoti, sed pellis (**llis *L*) ferarum morenarum ad vestimenta utendo. aurum et argentum *nimis sicut lapidis ibidem invenitur. et multa alia gemmarum diversitas et pigmentarum inmensitas apud eos abundabilis.*

27 Nihil alienum concupiscent, quia ibi omnis divitiarum copiosum est. *pecora et alimenta inmensitas.* nullusque vitius inter Exitas est, *sed solus matrimonius.* apud nullis hominibus alienis inperium *fuerunt superati. Darium rege Persarum Exitas turpiter fugaverunt. amissa Darius centum*

EVTROPII. IVSTINI.

Scythae et Indi, quibus antea Romanorum nomen incognitum fuerat, munera et legatos ad eum miserunt. Eutrop. 7, 10.

Scytharum gens antiquissima semper habita . . . Iustinus 2, 1.

Scythia . . in orientem porrecta includitur ab uno latere Ponto, ab altero montibus Riphaeis, a tergo Asia et Phasi flumine . . . . Iustinus 2, 2.

Neque . . agrum exercent nec domus illis ulla aut tectum aut sedes est, armenta et pecora semper pascentibus . . . . nullum scelus apud eos furto gravius . . . aurum et argentum . . aspernantur . . . lacte et melle vescuntur. lanae his usus ac vestium ignotus . . . pellibus . . ferinis ac murinis utuntur.

Haec continentia illis morum quoque iustitiam dedit nihil alienum concupiscentibus: quippe ibi divitiarum cupido est ubi et usus . . . . plus in illis proficit vitiorum ignoratio quam in his (Graecis) cognitio virtutis . . . perpetuo ab alieno imperio aut intacti aut invicti mansere. Dareum cf. 41, 3, 1. Iustinus 2, 3.

COD. BAMBERGENSIS.

Indiam. sub ipso natus est Christus, et quamvis non esset Scithia et India illi subiugata, tamen cum muneribus ad eum miserunt, querentes ab eo pacem, quam acceperunt.

25 Scithe (sithe *U*) antiquiores populi et est posita Scithia in oriente et ‘interclusa (interclausa *U*) est sicut et Gothia (gutthia *U*), nam ab uno latere mare’ (‘ ’ *om. P*), ab (*om. U*) alio (latere *ins. UP*) montes Riphei (rifei *U*) a (et ad *P*) dorso Asia et Tanais (tampnais *P*) fluvius. primum in ea habitavit Magog (magoc *P*) filius Iafet.

26 Et dicunt quidam, ut (quod *U*) aliquando fuisset gens ‘sapiens et’ (*om. U*) mansueta (-tas *P*). actiam nec (in *ins. P*) campos laborabant (-bat *U*) et nullum peccatum erat inter eos. non habebant domos, sed tantum tendas (*om. B*). lac et mel manducabant. vestiti erant de pellibus ferarum. aurum et argentum et gemmas sicut lapides habebant et pigmenta multa.

27 Non concupiscebant aliena, quia omnes divites erant. animalia et victualia multa habebant. non erant fornicatores, sed solummodo suas habebant (uxores *ins. U*) et (*om. UP*) a nullo imperio (imperatore *U*) superati sunt. postea, ut dicunt quidam, ad

COD. LAVRENTIANVS.

milia hominum trepidus inde in Persas fugiit. deinde Cyrum rege Persarum *cum treccenta* milia de exercitu suo ipsum simul Cyrum trucidaverunt. Alexandrum magnum *ducem, qui orbe terrarum totum per praelia caepit, ipsum turpiter* fugaverunt.

28 A Romanis arma audierunt, nam non senserunt. gens laboribus et bellis aspera. viri corpore inmense. *nulli tam fortis.* nihil habent quod admittere dubitent. ex victoris, quando fiunt, praeter gloriam eorum nulla concupiscunt. nulla gens Exitarum terminus. *post Cyrum et Darium et Alexandrum magnum ducem nemo ausus est introire.*

29 *Amazonis feminas, quos nunc audistis, quia et aliquando iuxta Exitia Epheso tenuerunt, ex Exitis processerunt et ibi iuxta Exitia per septingentis annis ipsoque regno tenuerunt et sic ferunt, quod usque ad Iulio Cesare perduraverunt. gens Exitarum aspera, ad praeliandum super aequis velocissimi, toti luricato corpore, crura ferro tegent, in capite galeas aureas utent. haec sunt Exiti, ex progeniae Iaphet filii Noe, qui genuit Magog, qui et ipsam regionem Mag* [sic] *filius Iaphet cum primus incoluit.* Exitia in oriente est posita, includitur ab uno latere Ponto, ab alio latere monte

IVSTINI.

regem Persarum turpi a Scythia submoverunt fuga, Cyrum cum omni exercitu trucidaverunt, Alexandri magni ducem Zopyriona pari ratione cum copiis universis deleverunt.

Romanorum audivere, non sensere arma . . . gens laboribus et bellis aspera. vires corporum inmensae. nihil parare, quod amittere timeant. nihil victores praeter gloriam concupiscunt.

Hominibus inter se nulli fines. Iustinus 2, 2.

Munimentum ipsis (Parthis) equisque loricae plumatae sunt, quae utrumque toto corpore tegunt. auri argentique nullus nisi in armis usus. Iustinus 41, 2.

Scythia . . . . in orientem porrecta includitur ab uno latere Ponto, ab altero Iustinus 2, 2.

COD. BAMBERGENSIS.

tantam crudelitatem pervenit iam dicta gens, ut carnem humanam manducaret (-rent *UP*) et sanguinem biberet (-rent *UP*). Daryum regem cum turpitudine (-nem *P*) fecerunt fugere (fugire *P*) ‘predicti Scithe’ (sithe *U*, ‘ ’ *om. P*) et perdidit ibi *(om. U)* Daryus centum (octoginta *U*) milia hominum et sic cum timore fugit in Persas. et *(om. P)* Cyrum regem Persarum cum trecentis milibus (trecenta milia *U*) Persarum (persas *U*, persis *P*) occidit (occiderunt *UP*). Alexandrum (-der *P*) magnum, qui multa regna pugnando ‘sibi subiugavit’ (subi sibi et *UP*), ipsum turpiter fugarunt (fugauerunt *UP*).

28 ‘Pugnas Romanorum audiverunt, sed Romani cum eis non pugnaverunt, quia’ (‘ ’ *om. UP*) gens illa dura erat *(om. UP)* ad sustinendum omnem laborem, in bello fortis, corpore magna (magni B^2U, magno *P*). nihil habebant, quod perdere timerent (timebant *UP*). quando victoriam habebant, nihil *(om. U)* de praeda volebant (nolebant *U*), nisi tantum laudem exinde querebant, et absque Cyro et Dario et Alexandro nulla gens ausa fuit intrare infra *(om. U)* terram illorum.

29 Amazones namque, quas audistis, aliquando de gente Scitharum exierunt. predicta vero *(om. U)* gens Scitharum *(om. U)* dura erat ad pugnandum super aequos, veloces omnes (aut *U*), loricati, tibias ferro circumdabant, in capite galeas aureas *(om. UP)* habebant.

COD. LAVRENTIANVS.

Rifeis, a tergo Asia, Thesaise flumine includitur. *sicque Exiti ab nullis hominibus superati usque in presens habitare viduntur.*

30 *Darius cum Alexandro Macedo per duobus praeliis trucidatis de exereitu Darii trecenta milia Persarum magno praelio victus. deinde Alexander, postquam Darium vicit, totum Orientem perdomuit preter Exitarum regna.*

31 *Inde reversus Albaniam expugnavit, qui iuxta Amazonis eo tempore regnus esse videbantur. qui cum Amazonis feminis et regina eorum Talastride sine praelio federatas adquisivit. qui eo tempore ducenta milia armatas cum aequites ad praeliandum exiebant. deinde eas conquesitas in Indiam bellum intulit. quos et ipsos Indos gravi praelio vicit ipsosque superatos usque mare Caspium Libiam perdomuit. ad postremum in Bacterianis Rohane uxorem eleganti formam accipit filia Ioastre rege Bacterianorum.*

32 *Deinde in Susis opedum venit, postquam orientem meridiae et aquilonem expugnavit ibique regiam atque pulcherrimam domum prospexit. totamque columnis aureas imminentem auriisque laguenaribusque distinctam, simulacrum caeli continens ex auro mundissimo, gemmisque diversis tegitur pro*

IVSTINI CET.

montibus Riphaeis, a tergo Asia et Phasi flumine.

Dareus cum CCC milibus peditum et centum milibus equitum in aciem procedit Iustinus 11, 9.
. . . . . Zopyrion praefectus Ponti ab Alexandro magno relictus . . . Scythis bellum intulit caesusque cum omnibus copiis. Iustinus 12, 2.

Albanis vicinae Amazones sunt, quarum reginam Thalestrim concubitum Alexandri petisse multi auctores prodidere. Iustinus 42, 3 cf. 12, 3.

Post haec Indiam petit (Alexander) . . . . . ab ultimis litoribus Oceani Babyloniam revertenti nuntiatur legationes Karthaginiensium ceterarumque Africae civitatium . . . . adventum eius Babyloniae opperiri . . . Iustinus 12, 7. Iustinus 12, 13.

Bellum illi (Nino) fuit cum Zoroastre rege Bactrianorum. Iustinus 1, 1, 9.

Cum (Alexander) Oxyartae Bactrianorum regis affectus opesque illic repperisset, eius virginem filiam Roxanem nomine magno formae merito et nobilitatis sibi coniugat. *cf. Iul. Val. 3, 58. Pseudo-Callisthenes 3, 33 Müller.* Itin. Alex. 41 Volkm.

COD. BAMBERGENSIS.

30 Darius vero rex Persarum, de quo ante diximus, duas pugnas fecit cum Alexandro et (sed *U*) vicit (uincit *U*) eum Alexander et occidit illi trecenta (triginta *B*) milia Persarum, et *(om. U)* postquam Darium (darius *P*) vicit (uincit *U*), totum Orientem subiugavit sibi Alexander sine regno Scitharum (sitharum *U*).

31 Inde (deinde *P*) rediens expugnavit Albaniam (-nia *P*). cum Talistride (talisaridae *B*, talistridem *P*) regina Amazonum (-narum *P*) pacem fecit. pace (pacem *P*) facta introivit 'ad pugnandum in Indiam' (indiam ad expugnandam eam *U*) et 'cum forti pugna' (fortiter cum pugnaret *U*) Indos vicit et deinde (inde *U*) totam Libiam (liddam *U*, lidiam *P*) perdomuit usque ad marae Caspium (caspum *U*). ad ultimum in terram (terra *P*) Bactrianorum introivit et filiam Ioroastrae (oroastre *U*, zoroaster *P*) regis Bactrianorum uxorem accepit.

32 Deinde venit in castellum nomine (nomen *U*) Susis et vidit ibi regiam (regina *U*) domum Cyri lapide (-dem *P*) candido et vario ornatam et columnas aureas 'et pavimenta exornata' (exornatam et pauimento *P*), continens etiam simulachrum caeli stellis

COD. LAVRENTIANVS.

stillis. qui cuncta genera gemmarum in ipso positas esse noscuntur. cetera et alia opera inenarrabilia presignata qui et hominum incredibilia sunt dicenda.

33 *Postquam ipsam aulam regia conspexit *****, Darii filias in matrimonium sibi copulavit. post haec Babyllonem venit ibique a Casandro et Iobas Antipatri filius a veneno peremptus est. qui et postea ibi Alexander postquam mortem sibi futuram sciens Perdicam proconsule suo regnum tradidit, Roxanem uxoremque suam commendavit.*

34 *Inter principes suos sua regna divisit. Monumentum suum de auri talenta centum in Aegypto Arideo facere iussit ibique regio more in honore sepulto requievit, annis triginta tribus natus. cum his annis tredecim regnasset, vitam commutavit. haec fuit Alexander Magnus dux Macedon Philippi filius, qui totum orbem terrarum in tredecim annis subiugavit et mater eius Olympiades nuncupatur.*

IVSTINI CET.

Filiam . . Darei regis Statiram in matrimonium accepit . . . auctor insidiarum Antipater fuit . . . . Cassandrum filium dato veneno subornat, qui cum fratribus Philippo et Iolla ministrare regi solebat . . . . Philippus et Iollas . . . in aqua frigida venenum habuerunt, quam praegustatae iam potioni supermiserunt . . . Alexander indubitatam mortem sentiens . . . . corpus suum in Hammonis templum condi iubet (*cf. Iust. 13, 4, 6:* iubetur Arridaeus rex corpus Alexandri in Hammonis templum deducere) . . . cum fratrem Arridaeum, cum Roxanen uxorem pracgnantem relinqueret . . . anulum Perdiccae tradidit. Iustinus 12, 10. Iustinus 12, 14. Iustinus 12, 15.

Decessit Alexander . . . . annos tres et XXX natus . . . cum mater Olympias concepit. Iustinus 12, 16.

COD. BAMBERGENSIS.

(stellibus *B*, stellas *P*) fulgentibus ornatum et cetera (que *ins. P*) humanis mentibus incredibilia.

33 Postquam eandem (eadem *P*) gloriosam *(om. U)* domum (d. gl. *P*) vidit, accepit uxores duas filias Darii (regis prioris *ins. P*), deinde venit in Babiloniam (babilonia *U*, babillonia *P*) ibique a Cassandro (casandro *P*) et Iobas, qui fuerunt filii Antipatris, veneno occisus est. sed videndo (cum uidit *P*) se in mortis periculo stare, Perdicca (predicta *U*, alexander *P*) 'proconsuli suo' (' ' *om. in sp. vacuo U*) regnum tradidit et commendavit illi uxorem suam Roxanem (rosanem *U*).

34 Alia sua regna, quae caepit, principibus suis divisit et praecepit Arideo (acrideo *U*), ut de centum talentis auri (aureis *UP*) faceret (-rent *U*) illi sepulchrum in Aegypto, quod et fecit; ibique sepultus est. a (ae *P*) vicesimo nativ̀itatis (aetatis *P*) suae anno regnare cepit et regnavit annos tredecim (xiii *UP*).

ADDITAMENTA IV. V.

IV. CONTINVATIO BYZANTIA ARABICA A. DCCXLI.

V. CONTINVATIO HISPANA A. DCCLIV.

LIBRI ADHIBITI:

IN CONTINVATIONE A. DCCXLI:

E = Perezianus Toletanus 27, 26. *F* = Perezianus Matritensis F 38.

Cursivis expressa veniunt ab auctore in margine adlegato.

IN CONTINVATIONE A. DCCLIV:

A = codex olim Alcobaeiensis, iam Matritensis Londiniensis saec. VIII/IX.

M = Matritensis univ. n. 134 saec. XIII.

P = Parisinus bibl. Arsen. n. 982 saec. XIV.

F = Perezianus Matritensis bibl. nat. F 38.

Cursivis expressa redeunt in recensione a. 741.

Historiis Isidorianis quam subiungunt libri continuationem scriptam saeculo octavo, quamquam provinciam nostram egreditur nec quae in ea traduntur nisi ab iis, qui in septimi octavique saeculi res gestas et maxime Arabum Gothorumque in Hispania certamina inquirunt, recte tractantur, nihilominus ab hac sylloge abesse noluimus propterea quod opus chronographicum, cui chronica Victoris Tonnennensis et Iohannis Biclarensis et Isidoriana scripta historica aliaque ad hanc syllogem pertinentia inserta fuerunt ex parte per id solum servata, a compilatore absolutum videtur esse adiecta ad Isidorianam hac narratione, nec illorum librorum crisis absolvi poterit nisi hac adsumpta. ei autem in monumentis Germaniae historicis alibi nusquam locus recte dari potuit.

Libelli quem edimus auctorem historias Gothorum Isidori continuare voluisse praeter alia momenta, de quibus infra dicetur, inde efficitur, quod recensio melior incipit ab epitome historiarum illarum a Reccaredi morte ad mortem Sisebuti ad verbum consentiente cum Isidorianis; quae praecedunt non tam auctor praetermisit quam librarius, quoniam libellum subiecit annalibus Iohannis Biclarensis in Reccaredo finientibus, ab hoc autem libello et argumento et forma diversis. nihilo minus ratio operis differt ab Isidoriana. cum Isidorus in historiis annis imperatorum Romanorum indicatis, ipsis praetermissis narrationem ad sola Gothorum regna accommodarit, nostri libelli auctor ab ipso initio imperia Orientis enumerat numeris ordinis praescriptis, secundum quos primus qui adest Phocas ordine est quinquagesimus sextus, Leo Isaurus (716—741), in cuius obitu finit, sexagesimus septimus. ei laterculo inseruit quidem reges Gothicos, quatenus pervenit historia Isidoriana, sed ea ubi abrumpitur, scilicet in Suinthila, ibi

in recensione meliore non solum finiunt regna Gothica, sed etiam chronica desinunt esse Hispana. narratio quae sequitur bipertita est composita ex laterculo illo imperatorum Orientis et ex quo esse coepit Arabum regnum, altero chalifarum, qui incipit a Mahometo, finit in morte Iziti (720—724) et successione fratris eius Izam (724—743), quo regnante antea quoque c. 29 se scribere auctor indicat, nam quod ait: *Moroan ex filio nepos hactenus nostris temporibus illorum obtinet principatum*, ad Izam pertinet filium Abdelmelec Moroae nepotem. sed utrumque ordinem auctor ita tractavit, ut et Arabum gesta post regnum eorum constitutum sola fere referantur et studia auctoris tota sint apud Arabes, id quod praeter alia laudes ostendunt impertitae regibus Izit (c. 27), Moaviae (c. 27), Amero (c. 38). Occidentis res nullae referuntur nisi quod paucis verbis mentio fit Hispaniae ab Arabibus invasae (c. 36) et expeditionis contra Francos sub Izit rege (720—724) susceptae (c. 40). anni denique ubi accuratius definiuntur, id quod raro fit, ante Mahometum significantur anni imperatorum (c. 12), post eum chalifarum (c. 32); aerae Hispanicae auctor non meminit post partem Isidorianam nisi unico loco c. 20. tenemus igitur chronicorum Arabum scriptorum saeculo octavo medio epitomen contaminatam et cum historiis Isidorianis et cum laterculo imperatorum Orientis. ex iisdem chronicis conferenti patebit Byzantios scriptores saeculi octavi et noni Nicephorum et Theophanem ea sumpsisse, quae de rebus gestis Arabum adferunt. libellus talis, qualem habemus, quamquam evidenter venit ab Hispano aliquo qui vixit post saeculum VIII medium, chronica Arabum, quae Hispanus breviavit, extra Hispaniam scripta videntur esse, quamquam quo proprie pertineant, non perspicitur. — Titulum si auctor huic libello praescripsit, periit is cum parte priore; dubium non est in unico codice Soriensi, qui eum servavit subiunctum chronicis Iohannis Biclarensis, propria inscriptione et subscriptione eum caruisse. pro titulo quem Perezius ei praescripsit 'incerti auctoris additio ad Ioannem Biclarensem' a nobis substitutus est alter verior certe 'continuatio Isidoriana Byzantia Arabica a. DCCXLI'. de fide auctoris quamquam meum non est iudicare, quantum apparet optima est, narratio non inflata et fucata, sed sobria et iusta. omnino libellus quatenus pervenit utilis est.

Chronica altera, quae finiunt in a. 754, iam videamus ad ea de quibus diximus Byzantia Arabica quamnam relationem habeant.

Redeunt in chronicis a. 754 ea quae altera habent omnia. adsunt excerpta Isidoriana, quamquam cum praemissa ipsa historia Isidoriana haec a Sisebuto demum Gothorum regum laterculum ordiantur, pauca tantum capita ex ea recipere potuerunt; adest imperatorum Byzantiorum recensus parili modo contextus similiterque regum Arabum. solummodo narrationem recensionis prioris simplicem et pro aetate probabilem recentior inani verbositate et turpissima rerum perturbatione incredibiliter deformavit. exempli causa locus 338, 15—28 ea quae praecedunt 337, 20—338, 9 male repetit verbis mutatis; similiter quae leguntur 356, 14—18 praecedentia 355, 15—23 partim repetunt, partim explent, et sic deinceps, cum in recensione a. 741 omnia recte se habeant, ut per singula capita iuxta posita conferenti patebit. denique et similitudinem duorum libellorum et corruptam recentioris condicionem demonstrabunt inter alia loci hi duo.

Isidorus hist. 62:	*Chronica a. 741 c. 14:*	*Chronica a. 754 c. 18:*
Aera DCLVIII anno imperii Heraclii X gloriosissimus Suinthila gratia divina regni suscepit sceptra.	Era DCLVIII Suintila in regno Gothorum digna gubernacula suscepit sceptra.	Huius Eraclii temporibus Suintila in era DLVIIII anno imperii eius decimo, Arabum IIII. regnante in eis Mammet, digne gubernacula in regno Gothorum suscepit sceptra.

Chronica a. 741 c. 20:

Era DCLXXVIII Romanorum LVIII Constantinus filius Eraclii Romani imperii senatu contra dicente suscepit sceptra an.

Chronica a. 754 c. 24:

Era DCLXXVIII Romanorum LVIII Constantinus Eraclii filius imperio coronatur regnans annis VI peractis a principio mundi annis $\overline{V}$DCCCXLIIII.

Priore loco vides vocabulum male insertum ad *sceptra* explicandum *gubernacula* adesse in recensione utraque, ut alio loco p. 340, 4. 6 verba *in peracti* aperte mendosa pro *imperati* item in utraque reperiuntur. posteriore recensio melior cum recte scribat Constantinum eum non imperavisse nisi annum unum vel certe numerum nullum posuerit, deterior interpolatione non minus audaci quam inepta non solum sexennium ei tribuit, sed etiam ad eum numerum ficticium aeras suas annosque mundi deinceps formavit. ita moniti ubi utraque recensio adest, magna cum diffidentia utemur sequiore. quare quatenus illa pervenit, id est ad deterioris c. 93, Byzantia et Arabica in hanc relata utilitate carent, ut ne hoc quidem ostendi possit eius ope primariam hic illic emendari vel augeri. ea tamen quae in adnotatione ad c. 56 leguntur de expeditione Africana a Leone sive Leontio suscepta a. 697 (cf. Theophanes ad a. m. 6190) quaeque afferuntur de Constantino Copronymo, cuius nomen altera recensio non ponit, quamquam decessoris obitum commemorat, Constantinopolitana sunt huic recensioni propria. auxit relationem genuinam narratio fabulosa de certamine singulari facto inter Heraclium imperatorem et Persam quendam Chosrois vicarium (c. 4) pendens a certamine Heraclii et Rezati Persae (Nicephorus ad a. 627 p. 19 de Boor; Theophanes ad a. m. 6118 p. 318). eadem fucata et corrupta et ipsa, sed tamen aliquanto melius relata redit in chronicis Francicis Fredegarianis scriptis saeculo septimo medio itaque his nostris saeculo fere antiquioribus. inde igitur deterioris recensionis auctor meliorem amplificavit. etiam altero loco c. 26 quae chronica haec de Chindasuindo duobus verbis significant, late explicant chronica Fredegariana.

Maxime eo nomine huiusce libelli auctor recedit ab altero, quod ad res Constantinopolitanas et Arabicas addit Hispanas. possunt autem quae suis copiis usus adfert in parte priore perpauca et exilia, postea si non fida, certe copiosa secundum auctores aliquatenus distribui.

a) Hieronymi chronica citat auctor p. 367, 18.

b) Isidori cum historias recensio melior adhibuerit, haec etiam chronicis usa est, quae citat nominatim p. 367, 19. scilicet veniunt inde quae habet de Sisebuto c. 15, de Reccaredo altero c. 17 (cui tres menses tribuit pro paucis diebus Isidori temere opinor, ut fecit in Constantino Heraclii filio, vix id sumpsit ex laterculo regum in exemplis melioribus ei dante regni tempora diversa), de Suintila (c. 18).

c) Laterculum regum Visigothorum talem adhibuit, qualis adhuc legitur, sed annos solos inde deprompsit. indidem venit regni Gothorum annus primus aequiperatus aerae CCCC c. 67.

d) Conciliorum Hispanorum syllogae eius, cuius adhuc extant exemplaria complura, ei copiam fuisse ipse ait p. 340, 27, *canonum librum* citans, ostendunt quae affert de conciliis Hispalensi secundo (c. 16), Toletanorum quarto (c. 20), septimo (c. 27), octavo nono decimo (c. 35), undecimo (c. 47), duodecimo (c. 50), decimo tertio (c. 54), post quod celebratum a. 683 amplius non commemorantur.

e) Litteraturae sacrae Hispanae auctor notitiam habuit, recensens auctores celebriores Helladium Toletanum (c. 16), Isidorum Hispalensem (c. 16), Braulionem Caesaraugustanum (c. 20), Taium item Caesaraugustanum (c. 28—33), ex cuius sententiis locum de Vasconum expeditione (c. 36) excerpsit, Ildefonsum Toletanum (c. 48), Iulianum

Toletanum (c. 50. 55), ex cuius libris quaedam affert in epilogo (p. 368, 2—4. 13—17), Felicem metropolitanum Toletanum (c. 60), Gundericum successorem eius (c. 63). Sinderedum successorem Gunderici (c. 69), Urbanum successorem Sinderedi (c. 87. 111) eiusque aequales Euanthum archidiaconum Toletanum (c. 87. 111) et Fredoarium episcopum Accitanum (c. 87). apparet auctorem Toletanae sedis antistites praecipue respexisse eorumque seriem ad sua fere tempora texere.

f) Epigrammata Wambae regis Toleti exposita, quae Huebnerus (inscr. christ. Hisp. p. 101 n. 73) inter dubia posuit sine iusta causa, auctor (c. 46) ex ipsis marmoribus videtur excepisse.

g) Rerum in Hispania gestarum notitia in parte priore deficit; nam praeter supra relata ibi adnotationes vix ullae reperiuntur sub Sisenando (c. 19), Cintila (c. 21), Tulga (c. 23), Chindasuinto (c. 26), Recesuinto (c. 35; adnotatur solis defectus c. 34 et c. 36), Wamba (c. 46), Ervigio (c. 49; de fame quod adnotatur videtur sumptum ex actis concilii Toletani XII). at ab Egica (687—701), inde (c. 53) et etiam magis a Witiza (p. Chr. 697—710) Egicae filio (c. 58 seq.) narratio procedit prolixa satis cum per extrema tempora regni Gothorum tum per prima Arabum; nam de his quae narrantur in hac quidem parte libelli, ad Hispaniae Sarracenos potissimum spectant. haec omnia cum hic illic interrumpantur locis desumptis ex recensione priore, speciem prae se ferunt rerum ex memoria turbida omnino, sed nihilominus vivida enarrari. eodem ducit, quod auctor uno loco p. 361, 28 hac sua historia se negat enarraturum esse *tam tragica bella, quia iam in alia epituma, qualiter cuncta extiterint gesta, patenter et paginaliter manent nostro stilo conscripta*, altero p. 365, 15 sic ait: *quisquis vero huius rei gesta cuperit scire ad singula, in epituma temporale, quem dudum collegimus, cuncta reperiet enodata, ubi et prelia Maurorum adversus Cultum dimicantium cuncta reperiet scripta et Spania bella eo tempore imminentia releget adnotata*, tertio p. 367, 11 narrationem finit declamatorie sic: *nonne haec scripta sunt in libro verborum dierum seculi, quem chronicis preteritis ad singula addere procuravimus*, omnino eandem narrationem ter indigitans. ea ut periit, ita quae in hoc libello de iis rebus perscripta sunt etsi repetitionibus ineptis et aliis vitiis plurimis laborant, certe digna sunt quae pertractentur et expendantur.

Ad formam operis quod attinet, codex primarius in hac quoque parte (vide supra p. 171) notis marginalibus instructus fuit in exemplaria novicia non translatis itaque ex parte deperditis. eae cum plerumque argumentum solum breviter enuntient, sed aliquoties (ad 340, 31. 341, 29. 346, 5. 350, 20. 352, 22. 356, 11 seq. 359, 3. 361, 18) rerum notitiam sistant in textu non repertarum, alibi versentur in chronologicis (ad p. 348, 16. 349, 1. 351, 12. 352, 12), non librariorum videntur esse, sed descendere ex ipso auctoris archetypo; supplent enim aliquoties quae nullo modo omitti potuerunt et uno loco p. 340, 31 quod in adnotatione legitur item extat in recensione priore. — Capita a scriptore hic illic indicata praemissa littera *K* (haec enim videtur significari, non *R*) nos repetivimus. — Scripta esse chronica haec *en prose rimée* Dozyus (*recherches* I p. 1) et sibi persuasit et nupero horum chronicorum editori neque tamen mihi. nam carmen novicium si constituunt terminationes tales, quales sunt hae (p. 334, 26 seq.): *hic ob amorem Flavie | nobilissime virginis | illi apud Affricam ante sumpto imperio disponsate | et iussu Foce principis | ex Libie finibus Constantinopolim deportate | rebellionem adversus Focam | cum Nichita magistro militie | moliens contra rem publicam | consilio diffinito | Eraclius equoreo | Nichita terrestri exercitu adunato | tali invicem diffiniunt pacto |*, videndum ne huic in poesi acciderit quod olim in prosa oratione accidit magistro Iourdano, ut loqueretur ea ipse nescius.

Chronologicam ordinationem ut prioris recensionis auctor fere insuper habuit (supra p. 324), ita qui alteram elaboravit quantum studium in ea posuerit, ostendunt et ad-

notationes chronologicae modo citatae et epimetrum. at diligentia illa acumine destituta exitum habuit parum fructuosum, quapropter nos in numeris iis non diutius morabimur, paucis indicantes quid auctor secutus sit. scilicet praeter annos imperatorum Romanorum (quorum ordinis numeros retinuit ex chronicis Byzantiis Arabicis) et regum Arabum Gothorumque, qui passim adnotantur, annos dinumerare conatus est triplici ratione, secundum annos mundi, aeras Hispanicas, annos Arabum.

1. Anni mundi computantur ratione Isidoriana, scilicet chronicorum adiecto ad singulos imperatores anni extremi numero. ita cum Isidoro in chronicis Heraclii annus primus incidat in a. 5808, noster dans ei annos regni 30 ad eum adscribit annum mundi 5838 et sic deinceps. at cum in computo eo sequatur sua regnorum tempora saepe vitiosa, exempli causa Constantino Heraclii filio pro uno annos sex tribuens adscribat mundi annum 5844, numeri omnes corrupti sunt et perturbati. nihilominus erroribus in utramque partem commissis aliquatenus compensatis, summa non longe recedit a vera. nimirum si Heraclii coronati a. 610 Oct. 5 primum annum sumimus esse p. Chr. 611, Constantini Copronymi decimum, quo libellus scriptus est, p. Chr. 751, libellus comprehendit vere annos 141, computantur autem anni mundi 5808—5954, qui fiunt 146. ipsum scriptorem intellexisse annos mundi suos aeris parum convenire ostendunt adnotationes tres coniungendae ad p. 348, 16. 349, 1. 351, 12.

2. Aerae Hispanicae praescribuntur passim articulis item ratione Isidoriana, scilicet historiarum. hae in universum recte decurrunt: nam primus annus Heraclii = p. Chr. 611 auctori est aera 619, decimus Constantini = p. Chr. 751 (quem ipsum numerum auctor enuntiat in epimetro p. 367, 13) aera 792, fiunt 141 recte. — Regnum Gothorum quod ait p. 352, 12 coepisse aera CCCC itaque stetisse per annos CCCL, venit, ut supra diximus, ex laterculo regum. item quod in adnotatione ait: *CCCXLV anni Gothorum sunt, quia quinque in mensium intervallo computantur,* respicit fortasse ad regum laterculum. scilicet adhibitis historiis Isidori, ubi ad a. quintum Suinthilae computantur anni regum Gothorum 256, a Suinthilae sexto, qui huic auctori incidit in aeram 664 (nam primus eius est 659 p. 340, 7), ad excidium regni, quod hic non ad aeram 750 (ut p. 352, 27), sed ad a. 752 videtur rettulisse, additis annis 89, efficiuntur 345: numerorum duorum diversorum excusatio ut inepta est, ita hoc auctore digna. — Numeros singulares passim perturbatos non expendimus.

3. Anni Arabum adnotatur primum quartus (p. 340, 8), qui aequatur aerae 659 perperam, cum Arabum annus primus coeperit p. Chr. 622 sive aerae 660 Iul. 15; extremus 136 (p. 367, 15), qui aequatur aerae 792 recte, nam respondet a. p. Chr. 753/754, aerae 791/792 Iul. 7 — Iun. 27. accuratius haec persequentur quorum interest.

Fidem auctori nullam esse certis argumentis declaratur. uno loco p. 357, 21, ubi recensio melior scribit: *Izic dux rebellionis ab exercitu Izit regis occiditur* auctor hic rem in contrarium vertit: *ducem sceleris nomine Izit venia concessa reservant ad vitam.* non dubiam fraudem commisit c. 28—33 Taii sanctorum Gregorii et Augustini visionem multis verbis enarrans, cum ipsius Taii quae extat narratio sic incipiat: *vidimus, vidimus Gregorium nostrum non viribus corporis, sed obtutibus mentis.* itaque non solum perturbatae mentis homo chronica composuit, sed etiam nugator et mendax, id quod cum ibi appareat, ubi comparatio institui potest, pervenit sine dubio etiam ad eam chronicorum partem, ubi alium testem nullum habemus, maxime ad narrationes spectantes ad excidium regni Gothici sub Ruderico.

Quo tempore auctor scripserit, ipse ait; locum neque enuntiat neque certis indiciis significat. Cordubensem eum fuisse credit Dozyus (*recherches sur l'hist. de l'Espagne* vol. 1³ p. 3) propter narrationes c. 71. 81. 108. 110. 117. 123. 132 cumque caeca fide postremus editor secutus est. sed argumenta parum certa sunt et magis crediderim scriptorem vixisse Toleti propter epigrammata Wambae ibi ei visa et praecipuam

curam ecclesiasticorum Toletanorum. denique vix haec scribi potuerunt in partibus Arabum, quibus tum Corduba parebat.

Traditur haec quoque recensio sine titulo. indicem nullum praescriptum fuisse in codice primario, a quo pendemus, et ex Vasaei silentio efficitur, qui eum tractavit, et inde quod Parisinus liber ex primario derivatus titulo caret, in indice, sicut mox videbimus, libellum appellans 'historiam Romanorum'. Matritensis quod chronicis his praescribit: *incipit epithuma id est adbreviatio imperatorum vel Arabum ephoemeridis atque Ispanie cronografia sub uno volumine colectum. nota libri in quibus cotidiani actus scribi solebant* praescripsitque similiter Osmensis deperditus, aperte excogitavit librarius, adhibitis opinor locis auctoris ubi ait se scripsisse *aliam epitomam* et *librum verborum dierum saeculi* (vide supra p. 326). — De auctore Vasaeus f. 4' agens de rerum Hispanarum scriptoribus sic ait respiciens scilicet librum Alcobaciensem: 'Isidorus 'Pacensis episcopus etiam scripsit chronicon Hispaniae, cuius si est chronicon illud, 'quod illius titulo praenotatum vidi, portentum potius dixerim quam chronicon: 'adeo prodigiose scribit et Gothice potius quam Latine. certe mihi tanquam in novo 'quodam et inaudito idiomate desudandum fuit ut intelligerem. inveni et aliud 'chronicon titulo Isidori iunioris tanquam illius ab initio mundi usque ad quintum 'annum Suinthilanis Gothorum regis .... sed hoc ego chronicon sancti Isidori Hispa-'lensis archiepiscopi, non Isidori Pacensis esse certo mihi persuadeo'. deinde, postquam exposuit de epitome Carthaginiensi vere Prosperiana (vide vol. 1 p. 193) 'in 'eodem codice' proposita sub nomine Isidori Hispalensis eamque huius esse recte negavit, rediens omnino ad 'portentum' illud, ut id quoque Isidoro Hispalensi abiudicet, 'neque 'obest', pergit, 'Iunioris cognomen, quod divo Isidoro Hispalensi convenit, non huic 'Pacensi', id quod pluribus argumentis adlatis confirmat. postea f. 8' in auctorum indice recensetur 'Isidorus qui dicitur Iunior, Pacensis episcopus. hunc ego semper 'appellabo Isidorum Pacensem, quia non recte Iunior appellatur, ut praecedenti capite 'declaravi', quod deinde executus passim quae leguntur in chronicis nostris sub nomine eo adlegat. Vasaeus igitur chronica ea in libro Alcobaciensi repperit sub nomine Isidori non Pacensis, sed Iunioris. confirmat rem apographum libri Alcobaciensis optimum Parisinum; ibi enim chronica haec cum inscriptione et subscriptione propria careant, subiunguntur chronicis et historiis Isidorianis et tam in foliorum ora superiore, ubi est *Ysidorus minor*, quam in indice volumini praemisso, ubi est *Ysidorus minor ibi hystoria Gothorum Wandalorum Suenorum* (sic) *Romanorum cum repertorio* haec chronica, scilicet Romanorum, tribuuntur Isidoro Hispalensi. in libro Matritensi etsi item praecedunt 'Isidori Iunioris' chronica et historiae, haec eius esse non posse librarius cum intellexisset, proprium titulum iis praeposuit eum quem supra rettulimus auctoris nomine enuntiato nullo. — Id ipsum cum intellexisset Vasaeus, adhibita praefatione Pelagii supra p. 262 adlata, ubi sibi opponuntur 'iunior Isidorus Pacensis ecclesiae episcopus' et 'beatus Isidorus Ispalensis ecclesiae episcopus', chronica haec adiudicavit Isidoro illi alteri, quamquam quae de eo Pelagius narrat, ad chronicorum a. 754 auctorem nullo modo quadrant (cf. Arevalus in Isidorianis vol. 1 p. 670 seq.). ab hac coniectura Vasaei pendent quae de Isidoro Pacensi horum chronicorum auctore scribunt Resendius (antiq. Lusitaniae ed. 1593 f. 200) et Perezius, quamquam hic non ignoravit nomen id in nullo codice reperiri ('ephemerides Arabum .... ex testimonio Vasaei puto esse Isidori Pacensis' ait apud Villanuevam *viage* 3, 215) et secundis curis Vasaei coniecturam improbavit. scilicet ex schedis eius Segobrigensibus, quatenus legi potuerunt, haec mihi enotata sunt scripta ut apparet temporibus diversis: *creo que es Isidori Pacensis, ut colligo ex glosa Pelagii Ovetensis et Roderico Lib. 2 cap. 22*[1]). *iste incertus auctor videtur vixisse sub Alfonso*

1) Rodericus postquam dixit de chronicis Isidori Hispalensis deductis ad annum V Suintilae et Ildefonsi deductis ad a. XVIII Recesuinti, sic pergit in libris quibusdam (in his Matrit. bibl. nat. F 195, antea

catholico anno Christi 742 mense Martio lunae VIIae imperatore .... XXIV anno ... regnasse .... Miramolino Arabum qui anno 743 ... nunc florebant in Hispania Urbanus episcopus Toletanus ... Lucas diaconus Toletanus natione Graecus (forte hic est auctor) et Cicilia episcopus Toletanus. abiecta igitur Vasaei coniectura ut infelicissima ita fortunatissima (nam adhuc chronica haec feruntur sub nomine Isidori Pacensis), abiecto item Isidori iunioris nomine a primario libello ad continuationem hanc solito errore propagato iam videmus eam ad nos pervenisse sine nomine auctoris. nos eam diximus continuationem Isidorianam Hispanam anni DCCLIV. — Hoc probabile eius libelli auctorem item ordinatorem esse chronicorum syllogae eius, quam nobis servavit codex Alcobaciensis. nam subscriptio ad chronica Gallica a. 511 adiecta annum enuntians 733 et altera ad Iohannem Biclarensem annum enuntians 742 aliaque similia, quae supra p. 172 composuimus eum codicem describentes quaeque afuisse a Soriensi aut certum est aut probabile, et ad eadem fere tempora redeunt, quibus haec chronica absoluta sunt, et simili stilo atque continuatio haec scripta sunt. habemus in ea ni fallor aliquam imaginem historici Hispani saeculi octavi.

Videamus de libris.

Chronica a. 711 nota sub nomine continuatoris Iohannis Biclarensis solus servavit, sicut supra p. 165 exposuimus, liber Soriensis, de quo Perezius in schedis mihi descriptis Segorbiensibus sic scribit: 'Incerti auctoris additio ad Ioannem Bielarensem. *Del libro Gotthico de Soria que esta en S. Lorenço con Eusebio y Victor*'. ipso deperdito hodie pendemus ab apographis Perezianis; nomino haec:

Segorbiense laudatum apud Villanuevam *viage* 3, 210. quae sunt in exemplo Marianae omissa in Toletano, ea Villanueva l. c. ait reperiri in exemplari Segobrigensi ad marginem scripta.

Toletanum 27, 26 n. 5 (cf. Ewald *neues Archiv* 6, 364) adhibitum a Florezio *Esp. sagr.* 6, 429, meo iussu collatum a Bernaysio Toleti. *E*

Matritense nat. F 38 (supra p. 265) descriptum nobis a Knustio, recognitum ab Ewaldo. *F*

Marianae (supra p. 174) scriptum a. 1581, hodie Londinii in museo Britannico inter codices Egertonianos n. 1873 f. 56 seq.; adscriptum est: 'ex codice vetusto Gothico Soriensi'. adhibuit Marianae exemplum Florez l. c. una cum Toletano. iussu meo liber descriptus est; in margine quae iam deficiunt explevi ex Florezio. *M*

Segorbiensi destitutus secutus sum fere Toletanum; Matritense fortasse ex eo descriptum est, certe vix inde discedit nisi in peius; ex Marianae exemplo pessime interpolato non attuli nisi potiora.

Praeter exemplaria ex Soriensi derivata principium eorundem chronicorum hic illic mutatum repperi subiunctum chronicis Isidorianis in codice olim Legionensi, hodie academiae Matritensis, de quo supra p. 260 dixi. id utile visum est hoc loco subiungere *Era DCXLVIII octavo Foche imperatoris anno Eracles (sic) apud Affricam existens Flaviam nobilissimam virginem sibi desponsavit, quam Foca imperator Romanus de Libie finibus Constantinopolim sibi deportari mandavit. qua de causa Eracleus in iram succensus rebellionem adversus Focatem ex Affrica parat et armatis et coadunatis tocius Occidentis viribus navale* (corr. ex *navare*) *prelium contra rem publicam cum mille et*

Tolet. 26, 22, saec. XIII): *et Isidorus iunior qui a principio mundi incipit chronica [usque ad octavum decimum Recensuindi annum fideliter prosecutus] et usque ad destructionem Hispaniae per Arabes ipse scripsit,* ubi ut quae uncis comprehendi delenda, ita reliqua quoque inepta sunt et Roderico indigna, adiecta a quodam semidocto, qui Isidoro iuniori ea attribueret quae sub eo nomine leguntur in libro Parisino. Pacensis ne hic quidem nomen ponitur.

amplius navibus peragit Nicitamque magistrum militie Romane facit exercitus terrestris ducem sub tali pacto inter eos definito, ut quisquis tocius imperii amministratio contraderetur. sed Eracleus illuc citius navigando pervenit et Focatem aliquanto obsistentem bello agressus est, sicque Bizantini rei causam examinantes et morti sue timentes Focam captum Eracleo offerunt iugulandum. Romanorum igitur L^us VII^us Eracleus post occisionem Focatis a senatu imperio coronatur. regn. ann. XXX. Nicita vero magister militie per heremi deserta cum nimio labore Egyptum pervenit et nimia virtute et strenuitate aggressus Persis acie cesis Egiptum, Syriam, Arabiam, Iudeam et Mesopotamiam provintias obtima dimicatione imperio restauravit. huius II° imperii anno era DCL Sisebutus Gotis preficitur annis VIII. gens interim Persarum prosiliens sedibus vicinas provintias repentinis obreptionibus stimulat. filius quoque Cosdree regis Persarum patrem fugiens Eracleo imperatori se contulit, sperans se armis Romane (sic) *defensurum atque patris regnum spondens Augusto traditurum.* sequuntur historiae Isidorianae. — Probabile est haec qui scripsit eum Soriensem librum ante oculos habuisse.

Chronica a. 754 nota sub nomine Isidori Pacensis habent habueruntve libri hi:

A 1. Alcobaciensem librum saec. VIII vel IX (p. 172) supra (p. 168. 171) vidimus integrum etiamtum usurpatum esse a Vasaeo et quae ex his chronicis deprompsit ab eo afferri sub nomine Isidori Pacensis. reliqua cum perierint, sex folia adhuc supersunt, quibus horum chronicorum pars maior continetur. vidit ea Perezius Alcalae; scilicet postquam dixit (apud Villanuevam *viage* 3 p. 215 cf. p. 210) ephemerides Arabum descripsisse se ex libro recentiore ecclesiae Oxomensis, ita pergit: 'castigavi 'maiorem partem ex fragmento sex foliorum in membran. Gothico [sic] scriptorum 'collegii Complutensis, quae A. Morales restituenda acceperat; reliqua erant furto sub-'lata. erant scripta ternis columnis itaque videntur fuisse ad finem libri Gotthici ety-'mologiarum. inde descripserat lic. Ioann. Vazquez del Marmol qui mecum contulit'. eodem referenda videntur quae in schedis Perezianis Segorbiensibus mihi descriptis adnectuntur ad ea quae supra rettulimus de codice Segorbiensi chronicorum a. 741: *tambien lo tiene Ambrosio Morales y en un quaderno Gotthico en la libreria de Alcala;* nam quae sequuntur de auctore (relata supra p. 329) spectant ad chronica a. 754. is ipse liber est Complutensis Gothicus laudatus a Sandovalio, expilatore Perezianorum. — Eorum foliorum alia nuper extiterunt Matriti, alia extant Londinii. illa, quae Tailhan scribit fuisse (v. eius praef. p. XVII) antea in bibliotheca aliqua Saragossensi, deinde Matriti apud inquisitionem, iam adservari ibidem in bibliotheca academiae historiarum, numero quattuor, vere (ut auctor mihi est is a quo ectypa eorum Tailhan accepit, insignis archaeologus Matritensis F. Fita a Bernaysio de ea re interrogatus) adservabantur ante paucos annos Matriti apud Petrum de Goicoechea quondam bibliothecarium academiae illius, eo autem a. 1886 defuncto quo pervenerint ignoratur. photographice ea expressit a Fita, ut dixi, secum communicata Tailhan in editione infra laudata tab. I—VIII. reliqua folia duo a. 1861 ab H. Baillière inter Hispana alia empta extant in museo Britannico inter Egertoniana n. 1934 et ibi a me descripta sunt; nuntium dedit Pertzius in actis minoribus academiae Berolinensis a. 1875 p. 176 (cf. Waitz *neues Archiv* 1, 377; Ewald ef. 10, 601), secundi rectae imaginem photographicam catalogus Londiniensis (*catalogue of ancient manuscripts in the British museum* in parte II Lat. edita Londinii a. 1884 tab. 36 p. 87). prima postremaque desiderantur; praeterea in his foliis sex, sed passim truncatis quid supersit, ex marginibus editionis intellegitur.

M 2. Matritensis univ. n. 134 saec. XIII, de quo supra p. 167 diximus ad Victorem Tonnennensem, descriptus ex Alcobaciensi, f. 59′—68 chronica haec exhibet. inscriptionem supra (p. 328) attulimus; subscriptio nulla. adhibuit codicem tum Complutensem Florezius *Esp. sagr.* 8, 274, contulit nostra causa Ewald cum editione Florezii.

3. Parisinus *bibliothèque de l'Arsenal* n. 982 saec. XIV, antea collegii Navarrensis, de quo supra p. 261 diximus ad Isidoriana, post chronica et historias Isidori Hispalensis chronica haec f. 48—53 sine inscriptione et subscriptione, sed et ipsa sub nomine 'Isidori minoris' (vide supra p. 328) proponit. meminit codicis eius Petrus de Marca *histoire de Béarn* (Parisiis 1640) p. 132: *J'ai conféré* (editionem Sandovali) *avec un exemplaire manuscrit qui est en la bibliothèque du collège de Navarre à Paris, relié en mesme volume avec le livre ms. de Roderic de Tolède.* eundem omnino codicem Pagius in critica annalium Baronii (1705) passim (ut ad a. 754 c. XXVI) laudat sub nomine Mazarinei. folia haec photographice expressit Tailhan in volumine supra laudato tab. IX—XVIII. P

4. Oxomensis liber. 'Ephemerides Arabum', Perezius ait apud Villanuevam *viage* 3, 215, 'descripsi ex libro pergameno, sed recentiori ecclesiae Oxomensis'. etiam in exemplari Pereziano Marianae sive in libro Egertoniano 1873 f. 74 adscriptum est: 'ex vetusto codice Oxomensi sine nomine auctoris'. ipsum Oxomensem num Perezius viderit an descriptum habuerit a Paezio, propter ea, quae supra p. 172. 173 attulimus ad Victorem Tonnennensem, dubium est; certe libri notitia superest exilis et incerta. inscriptionem chronicorum similem fuisse Matritensis ex Perezianis exemplaribus colligitur. quod ait Mariana in praefatione ad chronicon a. 754 (apud Florezium 8, 276): 'vidi praefationem ex Uxamensi codice praecipuae auctoritatis descriptam, quae multis chronicis 'erat praefixa, in qua Isidori Pacensis chronicon ab exordio mundi inchoare et de 'Iudaicis regibus, Romanis imperatoribus, Vandalis Alanis Hispanis regibus agere affir'matur', cum aperte pertineat ad praefationem syllogae chronicorum Pelagianae (v. supra p. 262), nisi in ea re erratum est, codex Osmensis eandem syllogen exhibuit.

5. Perezianorum exemplarium Matritense bibl. nat. F 38 (vide supra p. 265), Ewaldus inspexit indeque quaedam nobis enotavit. vidi Marianae (supra p. 174) cod. Egerton. 1873 f. 74—97, quod item adhibuit Florez *Esp. sagr.* 8, 274. alia duo extant in libris Matritensi bibl. nat. E 2 (*Archiv* 8, 779) et Toletano 27, 26 n. 22 (Ewald *neues Archiv* 6, 365). pendent ex iisdem editores duo primi. scilicet Sandoval chronicis praescribens: 'Isidori 'Pacensis episcopi epitome imperatorum et Arabum una cum Hispaniae chronicon ex 'codice Gothico Complutensi et Oxomensi' aperte Perezium expilavit tacite. laudat eundem Berganza p. 445: *lo que contiene la dicha copia por el tiempo del emperador Heraclio, trasladò el Maestro Don Juan Bautista Perez . . . de un codice antiguo de la cathedral de Osma. lo restante es traslado que se hizo año de 1576 de una copia que sacò el Maestro Ambrosio de Morales de un libro Gothico, que era de la Bibliotheca Complutense, y esta està corregida à la margen por el codice de Osma. Doi à la estampa la copia como està, excepto que à las preposiciones doy los casos que piden.* Berganzam secutum esse apographum scriptum manu Iohannis Vazquez del Marmol (eiusdem, quem supra vidimus Perezium adiuvisse in describendo codice horum chronicorum antiquissimo), servatum deinde Matriti in monasterio S. Martini Florezius 8, 272 testis est. vides igitur apographum communi labore a Perezio et Marmolio confectum a Berganza typis expressum esse; in reliqua narratione utrum Berganza erraverit an vere apographum id acceperit a Morali adscripta varia lectione codicis Osmensis, non quaerimus.

6. Iosephus Pellicer in bibliotheca sua (Valencia 1671) f. 146 ait dedisse se Caspari Ibañez Segoviensi marchioni Agriopolitano Isidori Pacensis libellum correctum ad libros duos 'originales'. hos Nicolaus Antonius (bibl. Hisp. vet. l. 6 c. 3 n. 56) schedis Pelliceri usus ait fuisse alterum Complutensem, id est nostrum *M*, alterum scriptum iussu Francisci cardinalis Ximenii.

Chronica utraque quatenus adhibuerint auctores Hispani posteriores (nam extra Hispaniam non innotuerunt), exponent eorum editores futuri. mihi non innotuit ullus, qui recensionem meliorem adhibuerit. deteriore passim usus est Rodericus archiepisco-

pus Toletanus (c. 1180—1247) in contexendis libris octo de rebus Hispaniae absolutis ab auctore a. 1243. quemnam codicem adhibuerit, mihi non liquet.

Codicum quibus chronica haec servata sunt, parentela et auctoritas facile definiuntur. scilicet meliorem recensionem cum habeamus ex uno libro Soriensi vel potius deperdito eo ex eius apographo Pereziano, varia lectio vere nulla est, auctoritas textus quem habemus non magna. ab additamentis, quibus seriem regum Gothorum Perezius explevit usus recensione deteriore, quam item habuit, positisque in margine exemplaris Segobrigensis, a Mariana autem in textum admissis iam Florezius cavit, abesse ea a Pereziano suo codice diligenter significans. a vera interpolatione ut in his Perezius abstinuit, ita praeterea quoque nulla eius generis suspicio cadit in textum ab eo prolatum: at omnino sermonem saeculi octavi passim reformavit. itaque ex parte certe acceptum ferendum est Perezio, quod chronica haec satis compto sermone hodie leguntur, quamquam ad incredibilem infantiam recensionis deterioris melior haec sine dubio nequaquam accessit.

Etiam deteriorem recensionem unus servavit codex Alcobaciensis: nam neque codicis alterius vetustioris, qui chronica haec habeat habueritve, memoria ulla superest, et recentiores qui extant omnes ita comparati sunt, ut pateat eos descriptos esse ex Alcobaciensi. mitto quod alibi attuli de derivatione libri tam Matritensis *M* (p. 167) quam Parisini *P* (p. 261) ex Alcobaciensi illo: in hoc libello cum ipsum archetypum habeamus, argumenta abundant. Alcobaciensis ubi hiare se indicat ipse oratione interrupta et spatiis relictis vacuis (p. 354, 9. 27), reliqui quoque libri pariter imperfecti sunt. quid quod uno loco p. 362, 16, ubi litterae quaedam evanuerunt in Alcobaciensi, eum hiatum supplemento inserto exempla reliqua celant. corruptelae ubi sunt in Alcobaciensi, ut p. 351, 6 *colomes* pro *incolumes* et alibi passim, redeunt similiter in reliquis neque ullum locum repperi in iis ita emendatum, ut non liceat cogitare de coniectura librarii. adnotationes in margine collocatae quae adsunt in Alcobaciensi quamquam ab exemplis recentioribus absunt, adfuisse eas in archetypo eorum declarant verba quaedam inde sumpta adsunt in *M* p. 341, 29, in *P* p. 346, 5, quoniam utroque loco librarii intellexerunt locum hiare et indigere supplemento ex adnotatione adsumendo. ex ipso Alcobaciensi neutrum librum descriptum esse efficitur inde, quod multis locis iisdem mendis laborant et habent communes hiatus quoque, ut p. 345, 3, et interpolationes, ut p. 341, 2. 353, 17. 355, 14. additamenta duo p. 359 not. 365 not. evidenter ex margine communis archetypi in utrumque librum translata sunt monstrantque adeo in secundo hiatus utrique libro communes, sed in Parisino solo indicati, marginem eum resectum fuisse; at archetypum illud non fuisse ipsum Alcobaciensem constat de priore loco, qui in eo servatus est, et pervenit omnino etiam in alterum incidentem in partem eius deperditam. pendent igitur duo libri ex archetypo communi deperdito ipso, descripto autem ex Alcobaciensi. itaque poterunt sperni, quatenus hic superest; ubi deficit, electio libera est inter utrumque, nam neuter ex altero pendet habetque tam *M* omissa in *P* (p. 337, 14. 340, 31. 366, 12) quam *P* omissa in *M* (p. 340, 5) et ab eodem solo modo vidimus in loco p. 365 adn. hiatus indicari. in universum *M* fidelius exemplum repraesentat, *P* non raro interpolat et emendat (ut p. 342, 6. 348, 28. 352, 1. 364, 21). uterque longe praestat exemplaribus Perezianis. Perezio supra vidimus copiam fuisse tam libri Alcobaciensis partis eius, quae hodie quoque superest, quam exemplaris Oxomensis, quod prope accesserit necesse est ad nostra *PM*: at subsidiis iis ita usus est, ut textum sane inconcinnum et barbarum non solum ad sermonem expoliverit, sed multis locis ex ingenio retractarit. certe ex Pereziano *F* quae enotata habui, tam prope accedunt ad nostrum *M* etiam in corruptelis ei propriis (ut p. 367, 16), ut clare appareat Perezium, ut ipse indicat, praeter partem libri *A* hodieque extantem non habuisse nisi librum ad *M* prope accedentem. auctores Hispani antiquiores, maxime Rodericus Toletanus num aliquid

subsidii afferant, videant quorum interest. certe ipsi hiatus libri Alcobaciensis, ut supra p. 176 monui, cum demonstrent eum pendere ex archetypo passim corrupto, si qua excerpta extant derivata ex codice Alcobaciensis gemello, utilitate ea non carebunt, poteruntque etiam in parte ea, quae in libro *A* hodie desideratur, cum fructu adhiberi excerpta derivata ex eodem integro, modo non redeant ad exemplaria *PM*. sed equidem nolui ultra procedere in auctore a studiis meis alieno itaque satis habui quae leguntur in libris *APM* fideliter repraesentare. ab his ubi editiones recedunt aut alia habentes aut adeo plura, donec probetur contrarium, interpolatoribus ea deberi crediderim. in summa re ipsum librum talem fere puto a nobis legi qualem scripsit auctor inficetus et barbarus, qui quae peccavit, parum recte in librarios transtulerunt et alii et Dozy, cuius de hoc auctore iudicium (*recherches sur l'histoire et la littérature d'Espagne* I[3] p. 2—14) prudentiam et sapientiam eam, qua in aliis auctor uti consuevit, nequaquam ostendit.

Chronica a. 741 primus edidit Florez *España sagrada* vol. 6 (ed. 2 a. 1773) p. 430—441.

Chronicorum a. 754 editiones publicaverunt ii qui sequuntur.

1. Visio Taionis excerpta ex chronicis his p. 341, 26 *Chindasuindus* . . . p. 343, 10 *ignavus* edita est a Garcia de Loaisa (collectio conciliorum Hispaniae, Madriti 1593 f. 414; inde Mansi coll. conc. vol. 10 p. 773 aliique) ex codice ms. perantiquo, quem fuisse Matritensem nobis *M* verisimile est (p. 167).
2. Vasaeus a. 1552 edidit excerpta complura ex chronicis hisce.
3. Prudentius de Sandoval episcopus Pampelonensis *historias de Idacio obispo . . . . de Isidoro obispo de Badajoz . . . . de Sebastian obispo de Salamanca . . . de Sampieo obispo de Astorga . . . de Pelagio obispo de Oviedo . . . nunca haste agora impressas.* Pamplonae 1615 et denuo 1634. Sandovalium supra p. 331 vidimus edidisse chronica ex apographo aliquo Pereziano.
4. Franciscus de Berganza *Ferreras convencido con critico desengaño en el tribunal de los doctos con los chronicones corregidos que escribieron el Rey Don Alonso III . . . Sampico obispo de Astorga, Pelagio obispo de Oviedo, Isidoro obispo Pacense, el Anonymo Iriense.* Madrid 1729. Berganzam quoque supra p. 331 ostendimus pendere ab exemplari Pereziano.
5. Henricus Florez *España sagrada* vol. 8 (ed. 2 1769) p. 282—325.
6. Iulius Tailhan soc. Iesu *Anonyme de Cordoue. Chronique rimée des derniers rois d'Espagne et de la conquête de l'Espagne par les Arabes.* Paris 1885. fol. exemplaria photographica tam foliorum Matritensium ex Alcobaciensi superstitum quam libri Parisini integri egregie facta sunt et utilia, ipsa editio pessima. in plerisque editor pendet a Dozyo.

In orthographicis quatenus extat Alcobaciensis eum expressi naevis omnibus retentis. scribendi ratio libri primarii habet ut antiquae litteraturae quaedam vestigia, ita passim aevi sui vitia. quantum vidi elementa *c* et *t* in hoc libro non permutantur, quod fortasse Hispanis eius aevi litteratis proprium fuit, similiaque vetustiora plura offendes. e contrario diphthongis *ae* et *oe* constanter substituitur *e* littera, nisi quod p. 359, 5 legitur *proel(i)a*. — Apographorum varietatem orthographicam omnem suppressi, ibi ubi deficit codex primarius secutus fere Parisinum. mire codex *M* pro numero XX passim ponit IX.

CONT. BYZ. ARAB.

Isid. hist. 56. 1 *Reccaredus moritur anno regni XV expleto.*

Isid. hist. 57. 2 *Era DCXXXVIIII post Reccaredum Liwa filius eius, ignobili siquidem matre progenitus, Gothis praeficitur manetque in regno annis duobus.*

Isid. hist. 58. 3 *Era DCXLI Wittericus regnum, quod a Liwane tyrannice invaserat, sibi vindicat annis VII. nam quia gladio operatus fuit, gladio periit. mors quippe innocentis Liwanis filii Reccaredi inulta in illo non fuit: inter epulas enim prandii a suis est interfectus.*

4 Era DCXLII Foca Romanorum LVI in regno tyrannico more praeficitur. constat in eo annis VIII. Persae propriis relictis sedibus adversus Romanos prospera gerunt, Syriam, Arabiam et Aegyptum Romanis pulsis subiciunt.

Isid. hist. 59. 5 *Era DCXLVIII Gundemarus post Witericum Gothorum in regno praeficitur annis duobus.*

6 Era DCXLVIIII Romanorum LVI Eraclius imperio coronatur, qui rebellionem adversum Focam ex Africa moliens ob Flaviae nobilissimae virginis illi apud Africam desponsatae atque iussu Focae principis de Libyae finibus Constantinopolim deportatae. tali causa praedictus princeps correptus armatis atque adunatis totius Occidentis viribus navale proelium contra rem publicam cum mille et amplius navibus peragit. Nicitamque magistrum militiae Romanorum adgregati terrestri exercitus ducem facit, tali sub pacto in-

CONT. HISP.

Era DCXLVIIII Romanorum LVII 1 *Eraclius imperio coronatur: regnat annis XXX*, peractis a principio mundi annis VDCCCXXXVIII. *hic ob amorem Flavie nobilissime virginis, illi apud Affricam* ante sumpto imperio *disponsate et iussu Foce principis ex Libie finibus Constantinopolim deportate, rebellionem adversus Focam cum Nichita magistro militie moliens* contra rem publicam consilio diffinito, *Eraclius equoreo, Nichita terrestri exercitu adunato tali invicem diffiniunt pacto. ubi quisquis eorum primus Constantino-*

EF sin., PMF dextra.

SIN.: *praescripta nulla (v. p. 324)* 7 dcxli] dcxi *F* 8 liuuane] *E*, linua *F* 14 dcxlii] *E*, dcxii *F* 15 perficitur *E* 20 dcxluiii] *Mariana*, dcxluiiii *E*, dcxiii *F* 23 dcxluiiii] dcxiiii *EF* lui] *Mariana*, xlui *E(?) F* 26 ob] ob amorem *rec. H.*

DEXTR.: *praescripta vide supra p. 328* 23 dcxluiii *M* 24 coronatus *F* 25 xxx] xxuiiii *F* 26 xxxuiiii] xxuii *F* 31 nichitam magistrum *F* 33 eraclio *F* equorea *P*, equorei *MF*

CONT. BYZ. ARAB.

vicem definito, ut quisquis illorum primus Constantinopoli adventaret, illi totius administratio contraderetur imperii. igitur Eraclius Africa digrediens ocius regiam urbem navigando pervenit, quem aliquanto obsistentem bello adgressus est sicque Bizantii Focam captum Eraclio offerunt iugulandum.

Romanorum LVII Eraclius princeps a senatu post occisionem Focae factus reg. an. XXX.

7 Nicitaque magister militiae per heremi deserta cum nimio labore Aegyptum pervenit ac nimia virtute et strenuitate adgressus Persis acie caesis Aegyptum, Syriam, Arabiam, Iudaeam et Mesopotamiam provincias optima dimicatione imperii restauravit.

Isid. hist. 60. 8 *Era DCL. Sisebutus in Gothis regali fastigio evocatur reg. an. VIII.*

9 Gens Persarum prosiliens sedibus iterum sibi vicinas provincias repentinis obreptionibus stimulat. filius quoque Cosdroae Persarum regis patrem fugiens principi se Romano obtulit, sperans se armis Romaniae defensurum atque patris regnum spondens Augusto traditurum.

10 Eraclius rei publicae viribus adunatis Persidem proficiscitur talique Cosdroas certionatus nuntio cum omni Persarum exercitu vel inmensis finitimarum gentium auxiliorum catervis obviam venit.

CONT. HISP.

polim adventaret, in loco coronatus digne *frueretur imperio. sed Eraclius, ab Affrica* navali ascendens collegio *ad regiam usque ocius pervenit navigando. quem aliquantulum obsistentem in bello Focam Bizantici captum* flammigero *offerunt gladio.*

Qui, mox ut eum perspicit iugulatum, ilico imperio sublimatur.

Nichita vero *heremi deserta penetrando* 2
Egiptum, Siriam, Arabiam, Iudeam et Mesopotamiam adgressus est Persas acriter insequendo et supra nominatas provincias imperiali dominatui restaurando.

Sed *Perse suis a sedibus prosilientes,* 3
confidentes ex virtute numero *iterum sibi vicinas provincias stimulant* reformando; *filiusque Cosdroe regis Persarum patrem* tumultualiter *effugiendo principi se dedit Romano, spondens omne Persidam* vivide *tradere iam dicto Augusto.*

Sed Eraclius exercitu adunato cum 4
omni manu ferrea *Persidam proficiscitur* insequendo. *tunc Cosdro tali cercionatus nuncio cum cuncto Persarum collegio obvius extitit resistendo.* denique ubi Eraclius cum Cosdro utrique frementes uno se applicant pago, hoc pari diffiniunt verbo, ut ad singulare certamen electi ex utroque exercitu belligeri deveniant duo, ut in ipsos experiant presagando, quicquid in eis prospexerint sese ruendo, et hoc sub divo, diffiniunt. quorum belligerum animo

---

EF sin., PMF dextra.

SIN.: 6 obsistente *libri* 12 nichitaque *E* 14 hac *EF* 22/23 obretionibus *E* 25 principe *EF* romanae *F* 30 certionatus] *E*, certior factus *F*, certioratus *Mariana*

DEXTR.: 2 loco | cocoronatus *P* 3 eradius *P* 6 hocam *F* bizantici] *P*, bizantio *MF* captam *P* 7 offerunt] *scripsi*, ferunt *P*, feriunt *MF* 9 prospicit *M* 14 mesapotomiam *P* 21 cedibus prosilientis *P* 24 cosdro *MF* partem *F* 26/27 uiuide tradere (tradem *P*) iam] uiui iam detrahere *F* 30 cosdre *P* 31 persare *P* 33 cosdro] castro *F* 34 pari *om. M* 35 ut ad s. certamen] et a singulari certamine *F* 36 deueniunt *F* 37 ipsis *M(?)* 38 eis] *PF*, eius *M*, eius pugnae *Florez* prospexerit *F* sese ruendo] *P*, secernendo *F*, de se cernendo *M* hoc] hec *M*, hic *F* 39 definiuntur *F* belligere *P*

CONT. BYZ. ARAB.

11 Eraclius fugatis atque occisis copiis Persarum usque ad Susam urbem, quae caput et culmen regni Persarum est, et pugnavit et cepit atque cunctarum regionum urbes, pagos oppidaque diruit et in Romani imperii provinciae formulam reformavit. Persarum dicione sublata regnoque destructo cum magna gloria novam Romam feliciter repedavit.

12 Septimo ante dicti principis anno Sarraceni rebellantes Romanorum provinciarum infesti furtim magis quam publicis obreptionibus stimulant. adversus quos Theodorus Eraclii Augusti germanus multis proeliis fudit. relatione audita Eraclius

CONT. HISP.

vel consilio statuunt proprio, ut quidquid, ut diximus, proventus fortune per eorum ostenderit gladios, hoc redundet in socios: qualiter ex ipsorum omnino tenerent auspicio, ut regalia sine cunctatione victori ilico mitterent vicissim colla sub iugo. sed Cosdro more Philistinorum auctior spurium quendam, tanquam alterum Goliam, educit in prelio. territi omnes Eraclii bellatores pedem subtrahunt retro. tunc Eraclius de domini confidens auxilio super eum descendens uno hostem perimit iaculo [1]).

Sicque Persarum irrupto diffugio usque ad Susam urbem, que caput et culmen eorum est, pervenit feriendo. at nunc Cosdro regno destructo et imperiali dominatu tradito, populus non deo, sed ipsi Eraclio honorem reddendo et ille hoc auctore receptando *Romam pervenit repedando.* denique exercitu digne remunerato thronum ascendit gloriositer triumphando. 5

Tunc in sompnis de re huiuscemodi multa ei venire ferunt ex monito et ut a muribus heremi inmisericorditer vastaretur et pro stellarum cursu astrologico premonetur indicio. 6

EF sin., PMF dextra.

SIN.: 7 expugnavit *em. Perez.*

DEXTR.: 3 ostenderis *P* 4 teneretur *F* 6 mitteret *P* uicissim *om. F* 7 auctior] *PF*, actior *M* 8.9 galliam *F* 10 eradii bellato|tores *P* pedes *M* 11 eradius *P* 15 suam *F* 16 nunc] tunc *F* 17 destructo] deffectu *M* 17/18 dominatni *F* 19 eradio *P* 20 auctore receptando] *P*, aucte receptando *M*² *(m. saec. XIV) F*, *om. M*¹ 20/21 repetando *P* 21/22 remunerato tr. asc. gloriositer] *P*, r. tr. asc. gloriose *M*²*F*, re *(om. rel.) M*¹ 23 tum *F* huiuscemodo *P*ᵃ, huiusmodi *F* 24 multi *M* uenire] *PF*, euenire *M* 25 micribus *M* 26 et] etiam *M* pro st. cursu] *P*, per st. cursu *MF* astrolico *P* 27 indicio] iudicio *P*, urcitio *M*

1) *Cf. Fredegarius q. d. 4, 64:* egrediens cum exercito Aeraclius obviam legatis discurrentibus Aeraclius imperatorem Persarum nomine Cosdroe petit, ut hii duo imperatores singulare certamine coniungerent, suspensa procul uterque exercitus multitudinem, et cuius victuria prestabatur ab altissimo, imperium huius qui vincebatur et populum inlesum receperit. emperatur Persarum huius convenentiae se egressurum ad prilio singulare certamen spondedit. Aeraclius imperatur arma sumens telam priliae et falange a suis postergum preparatam relinquens singolare certamen ut novos Davit procedit ad bellum. emperator Persarum Cosdroes patricium quidam ex suis, quem fortissemum in prelio cernere potuerat, nius convenenciae ad instar pro se contra Aeraglio priliandum direxit. cumque uterque cum aequetis hii duo congressione priliae in invicem propinquarint, Aeraglius ait ad patricium, quem emperatore Persarum Cosdroae stemabat, dixit: 'sic convenerat, ut singulare certamen priliandum debuissimus contlige; quare postergum tuom alii secuntur?' patricius ille girans capud conspecere, qui postergum eius venerit, Aeraglius aecum calcaneum vehementer urguens extrahens uxum capud patriciae Persarum truncavit. Cosdroes emperatur cum Persis devectus et confusus terga vertens a suis propries tyrannico ordene Cosdroes interfecetur.

CONT. BYZ. ARAB.

monuit fratrem, ut tali cum gente nullo modo dimicaret, quia nihilominus cognitionis astrologiae disciplinae expertus erat[1]) et si quid forte eveniret, quoquo modo non ignorabat.

13 Adgregata Sarracenorum copiosissima multitudo Syriae, Arabiae et Mesopotamiae provincias invaserunt, supra ipsos principatum tenente Mahmet nomine. de tribu illius gentis nobilissima natus prudens admodum vir et aliquantorum futurorum provisor gestorum.

sid. hist. 62. *cf. Cont. Hisp. c. 18.*

14 *Era DCLVIII Suintila in regno Gotorum digna gubernacula suscepit sceptra.*

15 Eraclius per omnes sui imperii provincias vel insulas destinavit, ut quantaecumque Romanae legiones praesidiis patriarum diversis locis inerant, Damascum metropolim Syriae pro expugnandis hostibus advenirent.

16 Theodorus cum multis milibus Romanorum apud Gabatham oppidum proelium fudit. sed ita pavor et vis inimicorum in Romanis legionibus fuit, ut vix exinde

CONT. HISP.

Hic Eraclius, ut prefati sumus, Persas rebellantes edomuit, imperiales patrias belligerando reformavit. seductus a laudibus populi non deo, sed sibi, ut ferunt, honorem victorie exaggerando, increpationem per visum non modicam graviter presagando crebrem expavit. 7

Huius temporibus, in era DCLIII, anno imperii eius quarto, Sclavi Greciam occupant[2]). 8

Sarraceni in era DCLVI *anno imperii Eraclii VII Siriam, Arabiam et Mesopotamiam furtim magis* quam virtute *Mammet eorum ducatore rebellia ad Orientem sibi vindicant atque non tantum publicis irruptionibus* quantum clanculis incursationibus perseverando vicinas provincias vastant. sicque quoquo modo, arte fraude virtute, cunctas adiacentes imperii civitates stimulant et postmodum iugum a cervice excucientes aperte rebellant. 9

Qui et in era DCLVI, anno imperii Eraclii VII regnum invadunt, quod crebro et vario eventu belligerantes fortiter vindicant. 10

Sicque, *multis preliis dimicante contra eos Theodoro Eraclii Augusti germano, monitu fratris* presagationem murium reminiscentis ad multiplicandas et col- 11

EF sin., PMF dextra.

SIN.: 1 patrem *F* 18 tenentem *EF* mahomet *F* 20 aliquanto *F* 27 sumtila *EF* 35 militibus *EF*

DEXTR.: 6 eradius *P* 7 ebdomuit *P*ª imperales *P* 8 belligando *P* 12 crebem *F* 14 quarto .... 16 imperii *om. P* scalaui *M* 17/18 messopotamiam *M*, mesapotamiam *P* 18/19 mahumet *M* 19 ductore *MF* ad orientem] *P*, adortante *M*, adhortante *F* 20 uendicant] radicant *M* 21 inruptionibus *om. M* clanculis (clauculis *P*) inc.] clamydis inturationibus *F* 22 prouincias] pr. proprias *F* 23 quoquo] *P*, que quo *M*, quo *F* 23/24 fraude uirtute] fraudeque non uirtute *Florez* 24 ciuitatis *M* 30 eradii *P* quod] quem *F* 37 presagatione *M* 38 reminiscentes *F*

1) *Cf. Fredegarius q. d. 4, 65: (Heraclius)* cum esset litteris nimius acruditus, astralocus effecetur.
2) *Isidorus chron. c. 414 a:* Sclavi Graeciam Romanis tulerunt.

CONT. BYZ. ARAB.

pauci, qui nuntium ferrent, relicti sint. quo certamine etiam Theodorus Augusti germanus necatus est. Sarraceni certi de tanta nobilium Romanorum strage prostrata, excusso Romani nominis metu provincias, quas dudum invaserant, firmiter possederunt et apud Damascum splendidissimam Syrie urbem regnum locarunt [1]).

17 Praedictus princeps Sarracenorum Mahmet expletis regni sui annis X vitae finem accepit. quem hactenus tanto honore et reverentia colunt, ut dei apostolum et prophetam eum in omnibus sacramentis suis esse scriptisque adfirment [2]). in cuius loco Sarracenorum Habubeccar, unde et eius praedecessor oriebatur, a suis est praeelectus. qui maximam expeditionem in Persas molitus vastavit urbes, oppida et munitiones eorum aliquantulas cepit [3]).

cf. Cont. Hisp. 23 adn. 18 Eraclius morbo intercutis aquae mortalem mundum deseruit.

19 Abubeccar vero prope triennio suis principatum gerens vitae terminum dedit. post cuius interitum Hamer regni Sarracenorum gubernacula suscipit an. X.

CONT. HISP.

ligendas in bello gentes discessit a prelio. sed cotidie eorum incrassante iugulo *ita in Romanis legionibus irruit timor, ut apud Gabatam opidum commisso belligero exercitus funditus lesus et Theodorus neccatus migraret a seculo. tunc Sarraceni de tanta nobilium strage firmiter certi metu excusso apud Damascum splendidissimam Sirie urbem conscendunt in regno.*

Expleto vero Mamet decimo anno Abubaccar de eius tribu succedit in solio, non modicas et ipse irruptiones Romanorum et *Persarum molitus collegio.* igitur, ut iam fassi sumus, in era DCLIII, anno Eraclii imperii IIII Arabes tirannizant et in era DCLVI Theodorum Augusti germanum adgressi pene per decem annos preliis fatigatum, postremo in bello diffusum exuperant sicque resistentem acriter necant, regnumque apud Damascum, propheta eorum Mammet innitente, excusso iam Romani nominis metu, publice collocant. post cuius Mammet decem regni expletis annis in era DCLXVI, anno imperii Eraclii XVII, iam dictum Abubaccar de tribu ipsa in loco prioris subrogant Persidamque sub ipso Romani derelictam Arabes gladio feritant. sicque triennio pene belligerans potentialiter regnat. 12

Huius Eraclii temporibus in era DCLXVIIII anno imperii sui XX, Arabum incipiente XIIII *vite terminum ex-* 13

EF sin., PMF dextra.

SIN.: 1 pauci] *Mariana,* parui *EF* sunt *F* 2 teudorus *E* 15 nominis] nominis nimis *Mariana* 16 sarr.] sarr. rex *Mariana* 35 suscepit *F*

DEXTR.: 4 galatam *M* commissio belligerio *M* 7 tanta] totam *M* 10 mammet *F*, mahumet *M* 10/11 abubacar *F*, abucar *M* 12 et ipse *om. M* irruptionis *P* 13 molitas collegione *F* dcluiii *P*ª 15 arabas *P* 21 mahumet *M* 23 mahumet *M* 24 dlxui *P*ª, dclxuii *M* 25 abucar *M* 26 subrogauit *P* 36 eradii *P*

1) *inserit Perezius apud Marianam:* era 669 Sisamundus per tyrannidem regnum Gothorum invasit regnat annis 25. era 675 Chintila Gothis praeficitur. 2) *inserit idem:* era 675 Chintila Gothis praeficitur: regnat annis 4. 3) *inserit idem:* era 679 Tulga Gothorum regno suscepto regnat annis 3.

CONT. BYZ. ARAB.

cf. Cont. Hisp. 24. 20 Era DCLXXVIII Romanorum LVIII Constantinus filius Eraclii Romani imperii senatu contra dicente suscepit sceptra an.[1]).

21 Hamer Sarracenorum suae nationis cohortes ad bellandum universos prope Orientalium et Occidentalium nationibus experientissimo more direxit. Alexandriam quoque antiquissimam et florentissimam civitatem metropolim Aegypti censuario iugo subiecit et abiectis praesidiis Romanorum, quae ibidem degebantur, Babilonemque antefatus Hamer Hismaelitarum dux oppidum condere iussit et praesidia ad tuendam Romaniae dioecesim, quae nunc etiam extant. cumque de omnibus partibus, Occidentis scilicet et Orientis, ministri exercitus sui triumphum victoriae deportarent, post decem explicitos annos regni sui a quodam servo orationi instans occisus est[2]).

CONT. HISP.

pleto triennio Abubaecar dato Amer dereliquid in solio.

Sicque Amer gubernacula prioris suscipiens omnia populo decem per annos rigidus mansit in regno. *hic Alexandriam antiquissimam ac florentissimam civitatem metropolim Egipti iugo subiecit censuario. qui cum de omnibus partibus, Orientis scilicet et Occidentis, triumphum victorie deportaret* tam in terestri quam in equoreo prelio, *a quodam servo orationi instans verberatus est gladio.* tum vite terminum dedit *expleto,* ut diximus, *decimo anno.* 14

Huius Eraclii temporibus *Sisebutus in era DCL,* anno imperii supra dicti secundo, Sarracenis adhuc consistentibus sub Romanorum tributo *Iberiam,* ut vir sapiens, nimium literature deditus *retentat annos per octo.* hic per Hispaniam urbes Romanas subiugat. Iudeos ad Christi fidem vi convocat[3]). 15

Venerabilem Elladium Tolletane sedis urbis regie metropolitanum episcopum sanctitatis preconio prefulgentem ecclesia clamitat. Isidorum Hispalensem metropolitanum episcopum clarum doctorem Hispania celebrat. qui, anno VII prefati principis Sisebuti contra acephalorum heresim magna auctoritate, 16

EF sin., PM dextra.

SIN.: 9/10 alexandrinam *E* 14 antifatus *EF* 16 romani *EF*

DEXTR.: 1 ababaccar *P*, abubucar *M* dato] *M*, faciens dato *P* emer *M* 6/7 suspiciens *M* 8 regidus *M* 10 egipto iugi *PM* 13 equorei *M* 14 instans] instar ii *M* 15 tunc *M* 23 sesebutus *M* 25 sub] super *M* 26 uberiam *P*, ybenantur *M (?)* 27 retemptat *P* 28 romanias *P* 30 conuocauit *M* elladium *M*, eladium *P* 32 episcopum] *P*, pontificos *M* 36 prefati] suprafati *M* principes sesebuti *M* 36/37 acefalonim heresem *M*

1) *inserit Perezius:* era 687 in Oriente apud Arabes Hamer regnat, in Occidente praeficitur Gothis Chindus: regnat annis 6. 2) *inserit Perezius:* era 688 Chindus Reccesuindum filium suum regno Gotthorum praeponit: regnat annis 24. 3) *Cf. Isidorus chron. c. 415. 416:* Sisebutus Gothorum gloriosissimus princeps in Spania plurimas Romanae militiae urbes sibi bellando subiecit et Iudaeos sui regni subditos ad Christi fidem convertit, *item eius hist. 60. 61.*

CONT. HISP.

Ispalim in secretario sancte Iherusalem concilium agitat atque pro veridicis doctorum
testimoniis Sirum quendam acephalum episcopum suprafatam heresim vindicantem
exuperat et vera concilii asserta confirmans eius eloquia dampnat atque a pristino
errore prefatum pontificem diu insequendo perpetualiter liberat[1].
Reccharedo denique huic Sisebuto succedente in solio, dum tres per menses 17
solummodo regnat[2], huius vite brevitas nichil dignum prenotat[3].
Huius Eraclii temporibus Suintila in era DCLVIIII, anno imperii eius decimo, 18
Arabum IIII, regnante in eis Mammet, digne gubernacula in regno Gothorum suscepit
sceptra X annis regnans. hic ceptum bellum cum Romanis peregit celerique victoria
tocius Ispanie monarchiam obtinuit[4].
Huius Eraclii temporibus Sisenandus in era DCLXVIIII, anno imperii eius vicesimo, 19
Arabum XIIII, regnante in eis Amer anno pene expleto, per tirannidem regno Gotho-
rum invaso, quinquennio regali locatus est solio. Qui anno regni sui tertio sexagies 20
sexies Toleto Gallie et Hispanie episcopis adgregatis cum absentum vicariis vel palacii
senioribus in ecclesia sancte Leocadie virginis et martiris Christi post priorem Recha-
redum Gothorum regem, constante adhuc Ispalense Ysidoro episcopo vel in multis iam
libris fulgente mirifice, de diversis causis concilium celebravit[5]. huic sancto sinodo
inter ceteros Braulio Cesaraugustanus episcopus claruit, cuius eloquentiam Roma urbium
mater et domina postmodum per epistolare alloquium satis miravit.
Huius Eraclii temporibus Cintila in era DCLXXIIII, anno imperii eius XXV. 21
Arabum XVIII, regnante in eis Amer anno V iam pene expleto atque incipiente iam
VI, Gothis preficitur, regnans annis VI. Hic concilium Toletanum XVIIII episcoporum 22
habitum agitat, ubi non solum de rerum mundanis, verum etiam de divinis multa ignaris
mentibus infundendo illuminat. quanta vero sanctorum congregatio vicariis episcoporum
consedentibus vel senioribus palatii, qui interesse digni habiti fuerunt, concilium per-
lustrantibus adgregata in ecclesiam sancte Leocadie virginis et martiris Christi extitit,
liber canonum indicit. huic sinodo Braulio Cesaraugustanus episcopus pre ceteris
illustris excellit atque piam doctrinam Christianis mentibus decenter infundit: cuius et
opuscula nunc usque eclesia relegit.
Huius Eraclii temporibus, in era DCLXXVIII, 23
anno imperii eius XXVIIII, Arabum XXIII, regnante
in eis Amer anno X, Tulgas bone indolis et radix,
Gothorum regno suscepto principat a. II.

Gothorum
Eraclius an. XXX morbo intercutis
aque mortalem mundum deseruit

Gothorum

A (f. Matr. 1 incipit v. 29 cula nunc; *adnotationes* [ ] *comprehensas habet solus) PM*

2 uindicis datorum *M* 3 experat *P* 4 exsequendo *M* 5 reccaredo *M* huic sis. succedente *om. M* 7 suintila *P*, suintilia *M*ª 8 mahumet *M* 9 hic] hic uii *P* cum *om. M* 10 ispaniam *P* 12 artabum *P* regnum *M* 13 locutus *M*, locato *P* 14 sexies] septies *M* adgregatos *M* palatiis *M* 15/16 reccaredum *M* eloquentia *P* 19 eloquium *M* 20 chintilia *M* anno] annos anno *M* eius *bis P* 22 regnas *M* ui] *immo* IIII consilium *P* xuiiii] *P*, uiginti quattuor *M* 23 etiam de] et *M* multa] ratula *M* 24 uicariis] a uic. *M* 25 concedentibus *P* uel] uel a *M* consilium *PM* 27 huic] hinc *M (?)* ceteris] cet. episcopis *M* 29 husque *P*ª religit *P* 30 dclxxuiii] *A*, dclxxuiiii *MP* 32 arabum xxiii *om. P* 34 radix] *A*, radis *PM*

1) *Decreta concilii Hispalensis secundi sub die id. Nov. aera 657 (= p. Chr. 619) apud Mansium coll. conc. vol. 10 p. 555 seq.* 2) *Cf. Isidorus hist. 61:* (Sisebutum) adserunt interfectum relicto Recaredo filio parvulo, qui post patris obitum princeps paucorum dierum male interveniente habetur. 3) *Cf. Isidorus chron. c. 319:* Huius (Taciti) vitae brevitas gestorum nihil dignum praenotat. 4) *Cf. Isidorus chron. c. 416d:* Suinthila princeps bellum cum reliquis Romanis urbibus iniit celerique victoria totius Spaniae monarchiam regni primus obtinuit, *item eius hist. c. 62.* 5) *Decreta concilii Toletani quarti sub die non. Dec. aerae 671 (= p. Chr. 633) celebrati apud Mansium vol. 10 p. 611.*

CONT. BYZ. ARAB.

cf. Cont. Hisp. 34. 22 Romanorum LVIIII Constans Constantini filius administratione rei publicae gubernacula suscipit mortuo patre. regnat annos XXVII.

23 Sarracenorum principatum Etheman suae gentis suscepit et gubernacula praerogavit an. XII. iste Lybin Marmoricim et Pentapolim, Kazaniam quoque vel Aetiopiam, quae supra Aegyptum in heremi adiacent plagis, Sarracenorum sociavit regimini et dicioni subiecit plurimasque civitates Persarum tributarias fecit. his actis Etheman tumultu suorum occiditur.

CONT. HISP.

K. *Era DCLXXVIII, Romanorum LVIII, Constantinus Eraclii filius imperio coronatur, regnans annis VI,* peractis a principio mundi annis VDCCCXLIIII. [Romanorum] 24

Huius temporibus, in era DCLXXX, anno imperii eius primo, Arabum XXV, *Attuman sue gentis* administrationem *suscipit annos XII.* qui iam secundi anni *gubernacula prorogans Libin Marmorichim et Pentapolim, Gazaniam quoque vel Eziopiam, que supra Egiptum in heremi adiacent plagis, Sarracenorum sociabit regimini et dicioni subiecit plurimasque civitates Persarum tributarias fecit. postremo tumultu suorum occiditur,* regnans annos XII. [Arabes] [XXXV ex sessi/is Sara . . . orum . . . .] 25

Huius temporibus, in era DCLXXX, anno imperii Constantini primo, Arabum XXV, regnante in eis Atthuman anno secundo, Chindasuintus per tirannidem regnum Gothorum invasum Yberie triumphabiliter principat, demoliens Gothos[1]), sexque per annos. [Gothorum] [quos extra filium regnavit] 26

Hic in Toletanam urbem synodale decretum XXX episcoporum cum omni clero vel vicariis eorum episcoporum, quos langor vel inopia presentes fore non fecit, atque palatinum collegium, qui electione collegii interesse meruerant, mirifice anno regni sui quinto indicit celebrandum, discurrentibus tantum notariis, quos ad recitandum vel ad excipiendum ordo requirit[2]). 27

Hic Taionem 28

EF sin., APM dextra.

SIN.: 5 luiii *F* 11 ite *F* lybin *E*, lybim *F* 14 sociauiat *F*

DEXTR.: 3 filius] *A*, sororis filius *PM* 11 attumam *P*, actumma *M* 12 suscepit *PM* 13 progans *P*, prerogans *M* 14 marmoricam *P*, marmoricim *M* 14/15 gazanam *A*ᵃ, gazannia *M* *ad 15 de adnotatione adscripta in A, sed obscurata parum liquet* 15/16 ethiopiam *PM* 19 regnum *M* plurimasque] plurimas *PM* 21 regnum *M* 24 eostantini *A* 25 autumam *PM* 26 ehindasuindus *P*, ehindasundus *M* 28 triumphaliter *M* demolians *M* 29 annos] *A*, annos quos extra filium regnauit *M (ex adn.)*, annos regnauit *P* 32/33 eum . . . . episcoporum *om. P* 32 langnos *M* 34/35 collegio *M* 35 meruerunt *PM* 37 ieeitandum *M* 38 talonem *P*

1) *Fredegariana 4, 82:* fertur de primatis Gotorum . . . ducentis fuisse interfectis, de mediogrebus quingentis interfecere iussit (Chintasindus). 2) *Decreta concilii Toletani septimi habiti anno V regis Chindasuindi aera DCLXXXIV (= p. Chr. 646) apud Mansium vol. 10 p. 763.*

CONT. HISP.

Cesaragustanum episcopum[1]) ordinis litterature satis inbutum et amicum scripturarum
Rome ad suam petitionem pro residuis libris moralium navaliter porrigit destinatum.
qui, dum a papa Romense de die in diem differetur in longum, quasi in arcivo Ro-
mane ecclesie pre multitudine quesitum facile nequaquam repperirent libellum, dominum
pernoctans et eius misericordiam ad vestigia beati Petri apostolorum principis depos-
cens ei scrinium, in quo degebatur, ab angelo manet ostensum. Qui mox se papa pre- 29
vidit reprehensum, cum nimia veneratione ei adiutoria tribuit ad conscribendum et
Spaniis per eum transmittit ad relegendum, quia hoc ex beati Iob libris expositum
retemtabant solum, quod per beatum Leandrum Spalensem episcopum fuerat advectum
et olim honorifice deportatum. requisitus vero et coniuratus Taio episcopus a papa
Romano, quomodo ei tam veridicus fuisset librorum illorum locus ostensus, hoc illi post
nimiam deprecationem cum nimia alacritate est fassus, quod quadam nocte se ab
hostiariis eclesie beati Petri apostoli expetit esse excubium. At ubi hoc repperit in- 30
petratum, subito in noctis medium cum se nimiis lamentis ante beati Petri apostoli
loculum deprecando faceret cernuum, lux celitus emissa ita ab inenarrabili lumine tota
eclesia extitit perlustrata, ut nec modicum relucerent eclesie candelabra. simulque
cum ipso lumine uno cum voces psallentium et lampades relampantium introiere sanc-
torum agmina. denique, ubi orrore nimio extitit territus, oratione ab eis conpleta pau-
latim ex illa sanctorum curia duo dealbati senes gressum in ea parte, qua episcopus
orationi degebatur, ceperunt dare prependulum. at ubi eum reppererunt pene iam
mortuum, dulciter salutatum reduxerunt ad proprium sensum. Cumque ab eis inter- 31
rogaretur, quam ob causam tam grande extaret fatigium vel cur ab Occidente prope-
rans tam longum peteret navigerium, hoc et hoc ab eo, quasi inscii relatum auscul-
tant opere pretium. tum illi multis eloquiis consolatum ei oportunum, ubi ipsi libri
latebant, ostenderunt loculum. igitur sancti illi requisiti, que esset sanctorum illa
caterva eis tam claro cum lumine comitantium, responderunt dicentes Petrum Christi
esse apostolum, simulque et Paulum invicem se manu tenentium c[um omnibus suc-
cessoribus ecc]lesie in loco illo requiescentium. Porro ubi et ipsi requisiti fuerunt, 32
qui domini essent, qui cum eo tam mirabile habebant conloquium, unus ex illis

A (deficiunt quae [ ] inclusimus) PMF

1 cesaraugustanum *P* 2 romam *P* sua *A* 3 dum] cum *M* romensi *M* differetur] *AP*, differreatur *M* arciuo *om. M* 5 pernoetans] *AP*, prenotans *M* uestigiam *M* principi *A*ª 6 in] de *M* degebatur] *A*¹*P*, tegebatur *A*²*M* mox] *AM*, mox cum cum *P* 7 nimia] ramiam *M* ei *bis M* 8 yspanis *P*, hispanis *M* relegandum *M* hec *M* libri *A* 9 retentabat *A*ª*M* solum *om. M* quod] q̅n̅ *M* per *om. A*ª beatum] uitam *M* hispalensem *PM* 10 holim *A* talo *P* ppa *A*ª 11 hee *M* 12 est] e *M* fasus *A*ª 13 hostanariis *M* beati petri *om. PM* expeciit *PM* at] ab *M* 14 nimis *A*ª 15 inenarrabile lumini *A*ª locum *PM* 16 modum *M* 17 ipso] x̊ *M* uno cum uoces] *A*, una cum (cum *P*) uoce *PM* introire *libri* 18 diuque *M* errore *M* 19 albati *A*ª 20 degebat *M* eum] cum *P* 21 cumque] *M*, qᵘumque *A*, cum *P* 22 extare *M* fastigium *PM*ª 23 hec et hec *M* quasi *om. M* 26 eis] eas *M* clero *M* 27 paululum *A*ª tenentium] *AM*, tenentes *P* 28 loco illo] *AM*, illo loco *P* et] in *M* requiti *A*ª 29 domini *om. P* illis] *AM*, eis *P*

1) *Ipse Taius ad Eugenium Toletanum* (Risco *Esp. sagr.* 31, 166 = Lorenzana patres Tolet. I p. 90): Vidimus, vidimus Gregorium nostrum Romae positum, non visibus corporis, sed obtutibus mentis. vidimus enim non solum in suis notariis, sed etiam in familiaribus, qui ministerio corporali eidem fidele exhibuerunt famulatus obsequium *et post alia:* cum Romae positus eiusdem quae in Hispaniis deerant volumina sedulus vestigator perquirerem inventaque propria manu transcriberem, *item post multa:* rei quantitatem in sex codicibus, quattuor scilicet veteris instrumenti, duobus etiam novi testamenti .... explere curavi, praefatiunculas quoque eiusdem codicibus consonantes decerpsi, quas etiam in capita librorum praeposui. *Braulio ad Taium presbyterum et abbatem* (Risco *Esp. sagr.* 30, 382): peto ... ut mihi codices sancti papae Gregorii inexpositos, qui necdum in Hispania erant tuoque studio et sudore de Roma huc sunt delati, ad transcribendum ocius mittas.

CONT. HISP.

respondit se esse Gregorium, cuius et ipse desiderabat cernere librum, et ideo advenire, ut eius remuneraret tam vastum fatigium et auctum redderet longissimum desiderium. tunc interrogatus, si tandem in illa sancta multitudine adesset sapiens Agustinus, eo quod ita libros eius, sicut et ipsius sancti Gregorii, semper ab ipsis cunabulis amaret legere satis peravidus, hoc solummodo respondisse fertur vir ille clarissimus et omnium expectatione gratissimus: Agustinum quem queris, altior a nobis eum continet locus. Certe ubi ad eorum pedes cepit proruere uncus ab oculis eius ostiariis et ipsis 33
territis, simul cum luce evanuit vir ille sanctissimus. unde et ab eo die a cunctis in eadem apostolorum sede venerabilis Taio extitit gloriosus, qui ante despicabatur ut ignabus.

K. Era DCLXXXIIII, *Romanorum quinquagesimus nonus Constans* | Romanorum | 34
Constantini filius imperio coronatur, regnans annos XXVII, perhactis a principio mundi annis VDCCCLXXI. hic cum Arabas nabali prelio acriter dimicabit. *qui* postmodum, *aput Siracusam Sicilie inclitam urbem coniuratione peremptus est, perhactis XXVII imperii sui annos.* huius imperio sole medio die obscurato celum stellas prodit.

Huius temporibus in era DCLXXXV, anno regni Saracenorum XXX, regnante in 35
eis Atthomam anno VII, Chindas Reccesuintum licet flagitiosum, tamen boni- | Gothorum |
motum filium suum regno Gothorum proponit, regnans annis XXIIII. hic crebra concilia, clarente Eugenio urbis regie metropolitano episcopo Toleto pio, XLVI episcoporum cum infinito clero vel vicariis desistentium atque officium dignissimum palatinum in unum in basilicam pretoriensem sanctorum Petri et Pauli apostolorum excellenter recolligit, et non solum de mundanis hactibus, verum etiam de sancte trinitatis mistherium ignorantes animas instruit[1]). Huius temporibus eclipsim solis stellis meridie 36
visentibus omnis Spania territat atque incursationem Vasconum non cum modico exercitus damno prospectat[2]).

CONT. BYZ. ARAB.

24 Sed mox Moabia eius sortitus est sedem regnatque annos XXV, sed quinque ex his annis cum suis bella civilia gessit, viginti vero omnes plebes Hismaelitarum oboedientes summa cum felicitate peregit. adversus quem Constaus Augustus mille

CONT. HISP.

Huius temporibus in era DCLXL, anno Arabum XXXV, *Moabia preces-* | Arabes | 37
soris sortitus est sedem, regnans in ea annis XXV. sed quinque ex eis annis cum suis bella civilia gessit; viginti vero omni plebe Smahelitarum obediente summa

---

EF sin., A (f. Matr. 1' incipit 1 cuius) PM dextra.

DEXTR.: 1 cernere] eñe *M* 1/2 aduenire] *M*, adueuere *A*, ad hoc uenire *P* 2 eius] eis *P* remunerarent *A* fastigium A^aP^a actum *P* redderet *PM*, redderent *A* 3 sancta *om. PM* aderat *M* augustinus *PM* 4 eo] *A*, et *PM* eius] eis *P* 4/5 cumabulis amares *M* 5 pauidus hec *M* 5/6 et omn. spectatione *(sic A^b*, expectatione *A^aP)* gratissimus *om. M* 6 augustinum *P*, augustinus *M* nobis eum cum continet *M* 7 honianiis *M* 8 territi A^a 9 sed A^a uenerabile *M* talo *P*, tale *M* 11 dclxxxiiii r. luiii c. c. f. *M*, dcl const. const. filius xxxuiii rom. et luiiii *P* 12 annis *PM* 13 arabis *P*, arabilis *M* 15 annis *PM* 17 attomam *PM (?)* reccesuindum *PM* flagiosum *M* 17/18 bominotum *M*, bonimodi *P* 18/19 consilia *P* 19 regis *M* 20/21 in unum] uiuium *M* 22 recollige *M* 23 misterio *P*, ministerio *M* 24 uisis *M* ispania *M*, hispania *P* territat] trepidat *M* non] ubi *M* 26 dcxl *P* 27 xxxi *PM* 29 quinquem *A* 30 uigintim *A* 31 plage *M* hismaelitarum *P*

1) *Intelleguntur concilia Toletana habita sub Recesuinto octavum a. 653 (Mansi 10, 1205), nonum a. 655 (Mansi 11, 23), decimum a. 656 (Mansi vol. 11 p. 31).* 2) *Taius Caesaraugustanus episcopus (c. a. 651) in praefatione in V libros sententiarum collectos ex operibus Gregorii* (apud Riscum *Esp. sagr. vol. 31 p. 172)*: Froia tyrannidem adsumens .... adversus ... Recesuinthum principem fraudulenta praetendens molimina .... Christianam debellaturus adgreditur patriam. huius itaque sceleris causa gens effera Vasconum Pyrinaeis montibus promota diversis vastationibus Hiberiae patriam populando crassatur.

CONT. BYZ. ARAB.

DEXTR.: 1 declui *P* 2 lxu *P* 3 regnananc *P* 6/7 sanctimonia *M* 7 humar *PM* 8 regni ei] rei *M* 9 humar *PM* 10/11 hactenus] actus *P* 12 extraneis *M* 13 princibus *A* 14 beatifice *M* 16 perogata *M* 22 decedente fr. p. successionem *om. M* 25 preparabant *P* 28 tigrim *PM* 29/30 tramazancium *M* 30 ducem] in ducem *PM* 31 uenia *PM*

CONT. BYZ. ARAB.

quoque multa prospera gessit. in occiduis denique partibus ex parte per duces exercitus prospera gessit.

Galliam quoque Narbonensem per ducem exercitus Mazlema nomine suam facit gentemque Francorum frequentibus bellis stimulat atque in congruenti virtute iam dictus dux exercitus Tolosam usque pervenit eamque obsidione cingens fundis et diversis generum machinis expugnare conavit. Francorum gentes tali de nuntio certae apud ducem ipsius gentis Eudonem nomine congregantur sicque collecti Tolosam usque perveniunt. apud Tolosam utraque exercitus acies gravi dimicatione confligunt. Zema ducem exercitus Sarracenorum cum parte exercitus sui occidunt, reliquum exercitum per fugam lapsum sequuntur.

CONT. HISP.

86 *Tunc in Occidentis partibus* [Gesta Spanie] multa illi [*prelia*]*ndo proven*[*iunt prospera* [atque per] Zama [nomine tr]es minus paululum an[nos in S]pania ducatum habente ulteriorem vel citeriorem Iberiam proprio stilo ad vectigalia inferenda describit, preda et manualia vel quidquit illud est, quod olim predaviliter indivisum retemtabat. in Spania gens omnis Arabica sorte sociis dividendo partem ex omni re mobili et inmobili fisco adsociat. postremo *Narbonensem Galliam suam facit gentemque Francorum frequentibus bellis stimulat* et seditas Saracenorum in predictum Narbonensem oppidum ad presidia tuenda decenter conlocat. adque in concurrenti virtute iam dictus dux *Tolosam usque* preliando *pervenit eamque obsidione cingens fundis et diversis generum macinis expugnare* [*conabat. sicque Francorum gentes* [*tali de nuntio certi apud ducem ipsius* [*gentis Eudonem nomine congregantur, ubi* [*dum apud Tolosam utrique exercitus acies* [*gravi dimicatione confligunt, Zama ducem* [*exercitus Sarracenorum cum parte multi*-[*tudinis congreg*]*at*[*a occ*]*idunt. reliqum exercitum per fuga elabsum secuntur*. quorum Abdorraman suscipit principatum, uno per mense, donec a principalia iussa veniret Ambiza eorum rector. [Spania]

87 Per idem tempus Fredoarius [Viri religiosi] Accitane sedis episcopus, Urbanus Toletane sedis urbis regie katedralis veteranus melodicus atque [eiusdem sedis Euan-[tius] archedi[aconus nimium do]ct[ri]na et sapientia, sanctitate quoque et in omni secundum scripturas spe fide et karitate ad confortandam ecclesiam dei clari habentur.

EF sin., A (deficiunt [ ] comprehensa) PM dextra.

SIN.: 21 conatur *Mariana*

DEXTR.: 4 occidentibus *M* 7 hispania *PM* 7/8 habentem *M* 8 ulteriore *M* 10 illud] ille *M* 12 hispania *PM* 13 *post* partem *ins.* reliquit militibus dividendam partem *Mariana* 17 seditas] *A*, seditans *P*, seditaris *M*, electos milites *Mariana* 21 prenenit *P* 23 conabat] conebat *P*, conatur *M deficit A* 25 congregatur *M* 30 exercitum] exercitus ut *M* fugam *PM* 31 abdirraman *P*, abdirramam *M* 31 per] pro *PM* a] ad *PM* 35 accitane] *P*, accitana *A*, occitane *M* 36 regis cathedrale netanus *M* 37 eiusdem] *M*, eius *P*

CONT. HISP.

88 K. Era DCCLVIII, *Romanorum sexagesimus septimus Leo imperio coronatur. regnat annis XXIIII,* perhactis a principio mundi annis VDCCCCXLIIII. hic Leo *militaris discipline expertus.* Saraceni sub Humar, qui fratri regnum decreberat, modicum degentes, nil prosperum captant. sub Izit vero proelia multa exagerant. qui et post modicum sub Iscam suorum rege *urbem regiam properantibus expugnandam rei publice adclamante omni senatu Leo imperii,* ut diximus, *suscepit sceptra.*

Romanorum

Ordinatione huius Umar effigies omnes parietum per omnem suam monarciam ab Izit eius successore delete sunt.

89 Huius temporibus Izit rex Saracenorum in era supra fata regni primeba obtinet gubernacula. talis enim inter Arabes tenetur perpetim norma, ut nonnisi cunctas regum successiones prerogative a principe percipiant nomina, ut eo decidente absque scandala adeant regiminis gubernacula.

Arabum gesta

90 Per idem tempus in era DCCLVIIII, anno imperii Leonis [secun]do, [A]rabum [centesimo tertio, Ambiza] semis cum quattuor an[nos] pr[in]cipatum Spanie aucte retemtat. qui et ipse cum gentes Francorum pugnas meditando et per directos satrapes insequendo infeliciter certat. furtivis vero obreptionibus per lacertorum cuneos nonnullas civitates vel castella dimutilando stimulat sicque vectigalia Christianis [duplicata exagi]tans, fascibu[s honorum apud] Spanias valde triumphat[1]). 91 Qui dum postremo supra fatus Ambiza per se expeditionem Francorum ingeminat, cum omni manu publica incursationem illorum ilico meditat. quique dum ravidus pervolat, morte propria vite terminum parat atque Hodera consulem patrie sibi commisse vel principem exercitus repedantis et quasi refrenantis in extremo vite positus ordinat.

Acta Spanie

92 Cui statim in era DCCLXIII anno supra fati imperatoris pene iam sexto, Arabum CVII, Saracenus, Iaie nomine, monitu principum succedens, terribilis potestator fere triennio crudelis exestuat atque acri ingenio Ispanie Saracenos et Mauros pro pacificis rebus olim ablatis exagitat atque Christianis plura restaurat.

Hacta Spania

CONT. BYZ. ARAB.

41 Igitur Yzit rex Sarracenorum quarto explicato anno ab hac luce migravit fratri regnum relinquens Hesciam nomine et post fratrem natum proprii seminis regnaturum adsciscit nomine Hulit.

CONT. HISP.

93 Huius temporibus *Izit quarto explicito anno ab hac luce migravit, fratri regnum relinquens Yscam nomine et post fratrem natum proprii seminis adsciscens nomine Alulit.* qui Iscam primordia sue pote[st]atis in era DCCLXI

Arabum gesta

EF sin., A (deficientia [ ] *concluduntur; f. Matr. 3 incipit* 10 talis*) PM*

SIN.: 28 expleto *F*

DEXTR.: 2 reḡ *M*, regnans *P* xliiii] xluiiii P^{a}*M* 4 fratris *PM* 5 prelia *PM*, proela *A* 6 hiscam *M* regem *P* 7 senatum *M* 9 izat *P* fata] dicta *P* 10 arabas *P* 11 cunctis *M* prerogatiua *PM* percipant *M* 12 scandalo *M* 13 idem] id *M* 14 per iiii annos *M* hispanie *PM* 15 gentibus *PM* 16 satrapas *PM* furtuis *M* opreptionibus A^{a} cuneos] cum eos *M* 17 stimulant *PM* 18 hispanias *PM* 20 incursatione *M* medidat *M* quique] qui *P* 21 haderam *M* 22 refrenantis] regnantis *P* 23 dcc *om. M* 24 saracenus *om.* A^{1} iaie] *A*, ihaie *P*, yalne *M* tpibilis *M* 25 hispaniae *PM* 27 explicato *PM* 29 iscam *PM* 31/32 primordiam *M*

1) *P (sed haec a reliquis separans) et M ins.:* hoc (huius *M*) etiam tempore Iudei temptati, sicuti iam in Theodosii minoris fuerant, a quodam Iudeo sunt seducti, qui et per antifrasim nomen (unus *M*) accipiens Serenus nubilo (nubilio *M*)errore eos invasit Messiamque se predicans illos ad terram repromissionis (promissionis *P*) volari denuntiat atque omnia, que possidebant, ut amitterent imperat. quod factum inanes et vacui remanserunt. sed ubi hoc ad Ambiza pervenit, omnia que amiserant fisco adsociat, Serenum ad se convocans, utrum (uirum *M*), si Messias esset (esse *M*), que dei facere cogitaret.

CONT. HISP.

anno imperii Leon[is iam dicti pene iam quinto, Arabum centesimo sexto, satis [mo]destam ostendens, nonnulla prospera per duces exercitus a se missos in Romania terra et pelago gessit. In occiduis quoque partibus prope nihil clarum peregit. deinde 94
cupiditate prereptus tanta collectio pecuniarum per duces Orien[te et] Occidente ab ip[so missis est facta, q]ua[nta nulla umquam tempore in reges qui ante eum fue-[ran]t extitit co[n]gregata. unde non modice populorum katerve cernentes in eo inprobam manere cupiditatem ab eius dicione suas dividunt mentes. ubi non modica strage per tres fere et quattuor annos civiliter facta vix sue potestati provincias perditas reformabit.

Huius tempore in era DCCLXVI, anno imperii eius decimo, Arabum centesimo 95
XI, Iscam sexto, Odiffa, vir levitate plenus, auctoritate a duce Africano ac- [Spania]
cepta, qui sorte Spanie potestate semper amonitu principis sibi gaudet fore conlatam, per sex menses absque ulla gravitate retemtans pre paucitate regni nihil dignum adversumque ingeminat.

Per idem tempus ad regendam Spaniam, in era DCCLXVII, anno imperii eius 96
XI, Arabum centesimo XII, Iscam VII, Attuman ab Africanis partibus tacitus [Spanie Arabes]
properat. qui, dum quattuor per menses alium sustentando honoribus infolat, Aleittan ob Spaniam regendam strenue sigillum vel auctoritatem principalem a supra [Spania]
fatis partibus missam patenter demonstrat, atque dum decem per menses turbidus regnat, nescio quo astu nonnullos Arabes se malle regno deicere ilico investigat. unde et, eos conprehensos aliquandiu diversas rebellionis occasiones flagellis extorquen[s, u]t clam iussus ab emuli[s transmarinis fuera]t, penas [inf]ere[ndo postrem]o capite truncat. [Gesta Spanie]
Inter quos Zat Saracenum genere plenum, facundia clarum atque diversarum rerum opu- 97
lentissimum dominum pena extortum vel flagris inlusum atque scolavis cesum, gladio verberat. qui non post multos dies ad petitionem gentis eorum, quorum sanguinem fuderat, a Livie partibus principaliter monitus Mammet mittitur Saracenus cum relatione [Spania]
auctoritatis absconsa, ut Abderrama eius in loco absque cunctatione maneat prorogatus.
Sed ubi sedem Cordobensem Mammet adiit turbidus, Abderraman extemplo nec dum rep- 98
pertus statim Aleittan a Mammet rigide extat conpreensus. quem, dum in carcere nequaquam inpunitum sufferet positum, nec mora fortiter flagellatum, turpiter adiudicatum, capite decalbatum, asino pompizantem posterga facie per plateas detraunt, manibus post tergum vinctum vel catenis ferreis alligatum. Atque non post multos 99
dies duci Africano, qui hoc, ut ferunt, clam iter ordinando Aleittan reddiderat monitum, sub custodia retemtatum dirigit presentandum. denique dum quid de eo fieret, a regalibus sedibus regis expectatur stilus multis sermocinationibus involutus et diversis iudiciis inpet[it]us, nihil ei infe[rentes de die in diem] evanescen[do], per l[ongum evan]ui[t] tempus. et quia, cum Africa[nis] advent[are]t partibus, Mammet Alascila ei [Spania]
eius vice in loco extiterat positus, mense completo.

A (*deficiunt* [ ] *comprehensa; f. Matr. 3' incipit* 30 nec mora) *PM*

5 ipso] *M*, ipsis *P*, ip// *A* est facta] *M*, facta est *P*, *deficit A* nulla] *P*, nullo *M*, *deficit A* 6 extitit] exit *M* non *om. P* 8 potestate *P* 12 spanie .... 15 regendam *om. P* ispaniam *M* 13 retemtas *M* 15 regnandam *M* hispaniam *PM* dce] dccc *P* 16 autumam *P*, ataumam *M* ab] aba *A*ª 17 *post* properat *ins.* hic quinque mensibus hispanias gubernavit, post quos vitam finivit et missus est alius Autuman nomine *Perez* *post* menses *ins.* rexit terram post quem Hiscam solita granitate *Perez* sustendando *P* aleutam *P*, aleritam *M* 18 hispaniam *PM* 19 ducem *M* 20 austu *P* arabas *PM* 21 aliquando *PM* 24 dominum] ut d. *M* exortum *A*ª flagis *M* colaphis *PM* 25 sanguine funderat *M* 26 a liuie] a libie *M*, alibid *P*ª, alibi *P*ᵇ maumet *M* 27 abderramam *PM* manet *M* 28 mamnet *A*, mamet *P* cordubensem *M* abdiraman *P*, abdirriman *M* extemplo] *P*, exemplo *AM* 29 aleittam *P*, aleytan *M* regide *P* 30 sufferret *PM* 31 pompizatum *M* 32 multos *om. P* 33 hec *M* aleittam *P*, aleytan *M* 35 expectatus *M* 36 impetus *M* 37 alascilia *M* 38 eius] cuius *M*

CONT. HISP.

Abdirraman vir belliger, in era DCCLXVIIII, anno imperii eius [Spani et duces] 100 duodecimo semissario, Arabum centesimo tertio decimo, Iscam VIIII, in potestate properat letabundus, cunctis per triennio valde prelatus. cumque nimium esset animositate et gloria preditus, unus ex Maurorum gente nomine Munnuz, audiens per Libie fines iudicum seva temeritate opprimi suos, pacem nec mora agens cum Francos, tirannidem ilico preparat adversos Spanie Saracenos. et quia erat fortiter in prelio expeditus, omnes hoc cognoscentes palatii conturbatur status. Set non post [Gesta Spanie] 101 multos dies expeditionem prelii agitans Abdirrama supra memoratus rebellem inm[is]ericorditer insequitur conturbatus. nempe [ub]i in Cerrit[a]nen[s]em [oppidum] repp[eritur [bellatus,] obsidione oppressus et aliquamdiu infra muratus iudicio dei statim in fugam prosiliens cedit exauctoratus. et quia a sanguine Christianorum, quem ibidem, [Cerritanie] innocentem effuderat, nimium erat crapulatus [et] Anambadi inlustris episcopi [decor]am i[u]b[entutis proceritatem, quam igne cremaverat], valde exa[ustus atque adeo] ob hoc iam satis damnatus civitatis penitudine olim abundantia aquarum afluentis, site preventus, dum quo aufugeret non repperit, moriturus statim exercitu insequente in diversis anfranctibus manet elapsus. Et quia filiam suam dux Francorum nomine Eudo 102 causa federis ei in coniugio copulandam ob persecutionem Arabum differendam iam olim tradiderat ad suos libitus inclinandam, dum ad eam tarditat de manu persequentium liberandam, suam morti debitam preparat animam. sicque dum eum publica manus insequitat, sese in scisuris petrarum ab alto pinnaculo iam vulneratus cabilando precipitat atque, ne vibus conprehenderetur, animam exalat. cuius caput statim, ubi eum iacentem reppererunt, trucidant et regi una cum fili[a] Eudonis memorati ducis [presentant. quam] ill[e mar]ia transv[ecta]us sublimi principi procurat honorifice destinandam. Tunc Abdirrama, multitudine sui exercitus repletam prospiciens terram montana 103 Vacceorum dissecans et fretosa ut plana precalcans terras Franco- [Gesta Gallorum cum Arabas] rum intus experditat atque adeo eas penetrando gladio verberat, [ut prelio ab E]udone ultra flu[vio nomine Gar]onna vel Dornoniam preparato et in fugam dilapso solus deus numerum morientium vel pereuntium recognoscat. Tunc [Ubi Eudo per Cerasiolum et Burdelum castros fugam ante Arabum petit] 104 Abdirrahaman supra fatum Eudonem ducem insequens dum Turniensem eclesiam palatia diruendo et eclesias ustulando depredare desiderat, cum consulem Francie interioris Austrie nomine Carrulum, virum ab ineunte etate belligerum et rei militaris expertum ab Eudone premonitum sese infrontat. ubi dum pene per septem dies utrique de pugne conflictu exeruciant, sese postremo in aciem parant atque dum acriter dimicant, gentes septentrionales in hictu oculi ut paries immobiles permanentes sicut et zona rigoris glacialiter manent adstricti,

---

A (deficientia [ ] concluduntur) PM

1 abdirramam *P* dcclxlix *M* eius *om. P* 3 triemium *PM* $^{u}_{q}$umque *A* 4 munuiz *M*, nummuz *P* 5 iuditium *PM* oprimis *M* agens *om. A*ᵃ francis *PM* 6 properat *M* adnersus *PM* hispanie *M*, ispanie *P* qui *M* prelio] bello *P* 8 abdirama *A*ᵃ, abdirraman *P*, abduramam *M* memoratum *PM* 9 conturbatum *P* sertanensem *M* 11 quia a] *A*, quia *P*, qui *M* 12 effunderat *P* 13 proceritate qua *M* clamauerat *M* 14 plenitudine *P* aquare *P* affluctis *M* 15 preuentis *M* 16 anfractibus *P*, aufractibus *M* 17 persecutionem] secutionem *A* 18 trad. ad suos] ad suos tradiderat (dediderat *M*) *PM* 20 insequitur *M*, insetur *P* petrare *P* altu *P* cauilando *M*, cauillaudo *P* 21 uius *M* exaltat *M* 22 repererem *P* unam *A*ᵃ 23 principis *M* 24 abdirama *A*ᵃ*P* 25 percalcans *M* 27 nomine] nole *M*, *deficit A* garonna *P*, ///onna *A*, garonam *M* dornoniam] dorniam *A*ᵃ, deruoniam *M* 29 abdirrahaman] *A*, abdirrahumam *P*, abtarrahuman *M* ducem *om. P* 30 turinensem *P* 31 consule *P* austr. int. *PM* caiulo *M*, karulo *P* uiro *PM* 32 ab ineunte] abeunte *M*, abente *P* belligero *PM* experto *PM* eudome *M* premonito *PM* 33 pugne] puege *M* 34 gens septentriones *M* 34/35 in hictu o. ut paries *om. A*ᵃ 35 abstriti *M*

CONT. HISP.

Arabes gladio enecant. [Sed ub]i gens Austrie mole membrorum pre- 105
valida et ferrea manu per ardua pectorabiliter ferientes regem inventum
exanimant, statim nocte prelio dirimente despicabiliter gladio[s elevant
[at]que i[n alio die, videntes castra Arabum innumerabilia ad pugnam

[. . . . ta . . . orum . . . Arabes]

[sese reservant. et exurgentes e vagina] sua diluculo prospiciunt Europenses Arabum
temtoria ordinata et tabernaculorum ut fuerant castra locata, nescientes cuncta esse
pervacua et putantes ab intimo esse Saracenorum falangas ad prelium preparatas.
mittentes exploratorium off[icia, cuncta re[pererunt [Hismahelitarum ag]mina effugata
quique omnes tacite pernoctando cuneo stricto diffugiunt repatriando. Europenses vero 106
sollicitі, ne per semitas delitiscentes aliquas facerent simulanter celatas, undique stupe-
facti in circuitu sese frustra recaptant et qui ad persequentes gentes memorate nullo
modo vigilant, spolias tantum et manubias decenter divisas in suas se leti recipiunt
patrias.

Tunc in era DCCLXXII, anno imperii eius XIIII, Arabum CXVI, [Spania] 107
Iscam XII, Abdelmelec ex nobili familia super Spaniam dux mittitur a principalia
iussa. qui dum eam post tot . . . . . . taque pericula repperit omnibus bonis opimam
et ita floride post tantos dolores repletam, ut diceres augustalem esse malogranatam,
[ta]ntam in eam pene per quattu[or an]nos inrogat pet[u]lan[tiam, ut p]aulatim labe-
[facta, a] diversis amba[gibus maneat executa. Iudicesque eius prerepti cupiditate, 108
[ita blandiendo in eam inrogant maculam, ut non solum ex eo tempore declinando
[extet ut mortua, ve]rum etiam a c[unctis optimis] manead usquequaque privata,
adque a recuperandi spe omnimode desolata. qui et ob hoc monitus predictus
Abdelmelic a principalia iussa, quare nil ei in terras Francorum pr[osperum even]iret
de pug[nae victoria, statim e Cordoba exiliens cum omni manu publica, subverter]e
nit[itur] Piri[na]ica inabitantium iuga et expeditionem per loca dirigens an- [Pireneus]
gusta nihil prosperum gessit, convictus de dei potentia, a quem Christiani tandem pre-
parvi pinnacula retinentes prestolabant misericordiam et depita amplius hinc inde cum
manu valida appetens loca multis suis bellatoribus perditis sese recipit in plana repa-
triando per dubia.

Cui et mox post modicum in era DCCLXXV, anno Leonis imperii XVII, Arabum 109
CXVIIII, Iscam XV, successor venit nomine Aucupa. qui, dum potestate [Spania]
precelsa genealogiam et legis sue custodiam cuncta tremeret Spania, precessorem vin-
culo alligans, [iudices ab eo preposito]s fortiter da[mnat. certe,] dum cerimoni[as
[legis exaggerat,] d[escriptionem populi facere imperat atque exactionem tributi ardue
[agitat. perversos Spanie vel diversis vitiis implicatos ratibus adpositis maria trans-
[volat, fiscum ex diversis occasionibus promptissime ditat, austerius et omni oc[culta

A (deficientia [ ] concluduntur: f. Matr. 4 incipit 1 *post* enecant) *PM*

1 arabas *PM* mecant *M*, necqant *P* ubi gens] uirgines *M* more *P* 3 exanimant] *M*, examinant *AP* prelio *om. M* dirimente] dimute *M* 5 e] *P*, de *M*, *def. A* 6 fuerat *P* 8 exploratorum *P* repperunt *M* 10 sollicite *PM* simulantes *M* 11 qui] quia *PM* persequendum *PM* memorare *P* 12 spolia *PM* se *om. A*ª 13 patas *P* 15 abdelmelic *P*, abdelmelich *M* hispaniam *PM* a] ad *PM* 16 toth//neūr/taque pericula *A loco evanido*, tanta pericula *PM* 17 florise *M* dices *P* malogranata *M*, malogratam *P* 18 tanta *M* pone *M* petuleneiam *M*, peculantiam *P* 19 a diuersis] uel conuersis *M (?)* abagitur *M* executa] *PM*, *def. A*, exiccata *Florez* 19/20 cupiditate que ita bl. *P*, cupiditate in bl. *M*, *def. A* 21 declanando *P*, *def. A* mortu *M* usquequas *M* 22 a] ad *A*ª spem *M* predictus] et preditus *M* 23 a principali iussu *PM* nichil *P* terra *PM* et ueniret *M* 25/26 augusta *P* 26 de *om. PM* quem] quo *P* 26/27 preparaui *A*ª *ut videtur*, preparū *P* primacula *M* depita] *AM*, debita *P* 28 recepit *PM* 29 dubia] deuia *edd.* 31 cxuiii *M* poitate *P* 32 et] e *M* tremunt *P* hispania *PM* 34 regis *M* 35 hispanie *PM* uitis *M* adpositus *M* 36 fiscum *M* promitissime *M* austerius] *P*, austenis *M*, abstemius *edd.*, *deficit A* occulta datione] *PM*, occultatione (*sed fortasse supra v. fuit* da) *A*

CONT. HISP.

datione perseverat; neminem nisi per iustitiam legis proprie damnat; expeditionem
Francorum cum multitudine exercitus adtemtat. Deinde ad Cesaragustanam civitatem 110
progrediens, [sese cum] infinit[a cla]sse, aucte receptat. sed ubi rebellionem Mauro-
[rum per epistola]s ab Africa [missas subito lec]titat. nec m[ora] qu[anta potu]it
velocitate Cordobam repedat, Transductinis promuntoriis sese receptat; Arabas sine
effectu ad propugnacula Maurorum mittens navibus prestolabiliter adventatis maria
transnatat. si quos ex eis contradictores vel vifarios seu mali macinatores atque here-
ticos, quos illi Arures vocant, repperit, gladio iugulat, sicque cuncta obtime disponendo
et Trinacrios portus previgilando proprie sedi clementer se sublimat. qui et post pau-
lulum perhacto quinquenio Abdilmelic prefato regnum restaurans infirmitate correptus
mox langor ad vitalia redit, e seculo migrat. Per idem tempus viri Viri religiosi 111
doctores et sancti[monie studio satis] pollentes, Ur[banus et Euant]us, leti ad dominum
[pe]r[gentes, quiescun]t in pace.

Abdel[melic vero consensu omnium in era DCCLXXX, anno imperii Leonis XXII, 112
[Arabum CXXIIII, Iscam vicesimo, eligitur Arabum in regno. igitur Iscam preventus
[furore iniquo et cupiditatis relaxato sine termino freno in bello omnes ilico sue pote-
[statis gentes prosiliunt] intestino. nam et cuncta illa vasta solitudo, unde ipsa oritur
Arabica multo, impietatem iudicum non ferentes cuncta conturbatur in dolo atque
occidentali plaga, quam plus pre cacteris dedi[ti Ma]uri, que ad [meridia]nam se sub-
[rigit zonam, uno consilio, efferentes cervices publice excutiunt ab Arabico iug]o. Sed 113
ubi [ad Iscam auditum pervenit tirannizan]tium multitudo, centum milia armatorum
lectis ausilia valida ilico ministrat duci Africano atque Cultum super Orientis scilicet et
Occidentis exercitu constituto pro turmas et falangas dinumerati Africano se suscipiunt
solo. sicque consilio definiunt proprio, ut patrias Maurorum discursando et gladio
feriendo Tingitano usque properent pelago. Sed Maurorum hoc recognoscens multitudo 114
in pugnam nudi, prependiculis tantum[modo ante pudendis precincti e montana pro-
[siliunt ilico. sed ubi super fluvium Nauam acriter utrique confligunt in prelio,
[tetrum colorem equis pulcrioribus demonstrando et albis denti- Maurorum pugna
[bus confri]cando equi Egyptii, statim res[iliunt] fugiendo. sed illi du[m am]plius in-
pression[em faciunt des]perando, equ[ites iterum Arabici nec mora ob cutis colorem
[dissiliendo tergum cum sua et ascensorum internicione appetunt expavescendo. Atque 115
[dum per fretosa et devia cursitant transfretando, absque aliquo retinaculo vel virium
[rep]aratione, multitudo illa deperit vasto per heremo, sicque sto modo omnis illa col-
lectio, Orientis videlicet et Occidentis, per fugam dilapsa contabuit aliquo Cultum ruina
absque remedio. duxque ipsius exercitus Cultum [no]mine con[tritis sociis] iu[gulatur;]
[atque non sponte in tres turmas cuncta caterva dividitur: sicque pars una gladio
[vel manu victorum] tenetur; alia vagabundi per viam qua venerat aufugiens repatri-
are ambitur. tertia pars amentia versa nescio quo properaret, Belgi super se ducem

---

A (*deficientia* [ ] *concluduntur: f. 4′ incipit* 12 *post* et saucti) *PM*

1 expeditionem . . . 2 adtemtat *om. P* 2 cesaraugustanam *PM* 3 aucte] apte *M* 4 potuit] *P*, potum *M*, ///it *A* 5 transductiuis promutoribus *M* 6 aduentatus *M* 7 machinatoris *M* 9 tinacrios *M* peruigilando *M* 10 adilmelic *A*[a], abdelmelic *P* infinitate *M* 11 rediuit *A*[a], redunt *P* migrauit *PM* 15 uicesimus *PM* elegitur *M* 16 furorore *P* *post* freno *ins.* coepit in suos plus solito debacchari unde *edd.* 18 multitudo *PM* iudicium *P*, iudicii *M* conturbantur *PM* 20 efferantes *M* ab arabico] *M*, ad arabicum *P*, *def. A* 21 centum milia] *A*, c̄ *P*, cum *M* amatorum *P* 23 pro turmas] *A*, per turmas *P*, *om. M* phalanges *PM* 24 propere *M* 26 prependiculis] prependio uel *P* ante] *A (ut videtur) M*, *om. P* 27 nauam] *P*, nauali *M*, *def. A* 29 stratim *M* 29/30 inpresione *M* 30 nec] modo *P* 32 et deuia *om. P*, *def. A* 33 nasta *P* per] pro *PM* isto *PM* 34 dilapsam *M* 35 absque] usque *M* iugulant *M* 37 uictorum] micorum *M* uagabunde *M* quam *M* aufugens *M* 38 amentia] in amentia *M* nesciens *P* properat *M*, properet *P* helgi *M*

CONT. HISP.

abentes virum gen[ere plenum et arme militaris expertum, heu pro dolor! Spanias
[adventatur.

[Eo tempore, ut supra diximus, in era DCCLXXX, anno impera- Spanorum 116
[toris Leonis XXII, Iscam XX, Abdelmelic Spaniis preerat; cumque prefatam tertiam
[partem intelligit pervenire ad portum, naves retemtando eis denegat transitum. sed
[ubi Spanie Mauri hoc ita cognoverunt factum, in prelio congregati cupiunt Abdel-
[melic prostrare sibi et regnum eius adsumptum transmarinis sodalibus prebere tran]siti
navigerium. Adque in t[res tur]mas divisi unam ad Toletum prevalida civitatis 117
murum destinant feriendum. aliam Abdelmelic Cordoba in sede dirigunt iugulan-
dum. tertiam ad Septitanum portum porri[gunt ob proventum supra fat]orum, [qui
[de prelio Maurorum evaserant, vigilandum. Sed Abdelmelic utrisque lacertorum 118
[brachia mittens] unam per filium Humeia obsidionem Toleto per viginti septem dies
pertendenti gladio duodecimo ab urbe miliario fortiter dissecant. aliam per Almuzar
Arabam licet cum sua vel exercitus internicione refrenando reverberat et in aliam
partem declinat. tertiam, qui Mes[sulam civitat]em, ad comprehenden[dos eos qui tute-
[lam] navigium gerebant, adventaberat, per Belgi, cui dudum transitum denegaberat,
navibus preparatis obtruncat. Tunc Abdelmelec exterritis ceteris suo Hacta Abdel[melec] 119
in loco sese receptat, ammonens per epistolare alloquium Belgi, ut pristina in insula
sese recipiat. sed Belgi dum tantas famis iniurias, quas ei tandem intulerat, anxius
et male dolosus rememorat, prelio per Abdirraman ei obiecto diu obsistentem Cordo-
bam penetrat atque Abdilmelec repperiens a filiis suis vel a manu publica desolatum,
diu pena extortum vel arundineis sudibus extricatum, atque more sequati omne per
corpus graviter expolitum postremo gladio trucidat. Tanta vero inter Spanie bella 120
orientalia cum duce Belgi et occidentalia cum filio Humeia collecta exercita conpleta
era supra fata anno imperii Leonis supra dicto, Arabum iam prescripto, Iscam Emir
Almuminim iam notato, fuerunt prelia ab utrisque patrata, quantum humana narrare
vix prevaleat lingua. sed quia nequaquam ea ignorat omnis Spania, ideo illa minime
recenseri tam tragica bella ista decrevit historia, quia iam in alia epituma qualiter
cuncta extiterint gesta, patenter et paginaliter manent nostro stilo conscripta.

Huius in tempore, in era DCCLXXXI, anno imperii Leonis XXIII, Arabum CXXV, 121
Alulit pulcher Emir Almumimim debito in loco a cunctis sublevatur in solio. cui nec
mora ab Izit regno dempto permanet dodran cum anno.

Tunc cum intestino furore omnis conturbaretur Spania, in era DCCLXXXII, anno 122
imperii Leonis expleto XXIIII, Alulit primo, Abulcathar missus a principalia iussa omnia
supra fata sedat scandala. tunc Abulcathar nomine Alhozan sollicite sibi commissam curat
gerere patriam atque transmarinis partibus nec mora superbos Spanie domando sub
nomine prelii mittit exercitus. et quia cunctus Oriens seductus manebat inaudita in

---

A (*quae deficiunt comprehenduntur* [ ], *finit v. 25 in* arabum) *PM*

1 expertu *M* hispanias *PM* 4 abdilmelic *M* ispaniis *M*, hispaniis *P* 6 hispanie *PM* hec *M* congreganti *M* 7 abdilmelec *P*, abdalmelic *M* 8 toletamm *M* preualidum *PM* 9 murum] mundum *M* abdelmelec *P* 10 ob] ab *M* 11 abdelmelec *PM* 12 una *M* umeia *PM* 13 pertendente *P*, protendentem *M* dissecat *M*, disserat *P* almazor *M*, almuzaor *P* 14 arabum *M* 17 abdelmelic *PM* 19 cipiat . . . . quas ei *om.* *A*[a] 20 abdarramam *PM* 21 abdelmelic *PM* 22 subdibus *A* excritatum *M* sequati] *A(?)M*, sequaci *P* 24 umeia *M* exercita] agmina exercita *P* 25 iscam] scam *PM* almmminin *P* 27 hispania *PM* minie recensiri *P* 28 stragica *PM* 29 pagnaliter *M* 31 almuminin *P*, almominim *M* 32 drodan *P*, dodram *M* 33 hispania *PM* 34 alilit *M* abulcatar *M* a principali inssu *PM* 35 sedit *M* abulcatar *M* alhozam *M*, alhoazan *P* 36 transmarinibus *M* hispanie *PM* 38 inaudita] laudita *M*

CONT. HISP.

prelia audientes Alulit occisum et statim in era DCCLXXXII, anno XXIIII imperii 123
Leonis completo, Arabum CXXV incipiente cum sexto, atque Izit Alulit pene annum
in regno inrogatum et tumultuose in eo erectum cogitare omnes incipiunt, ut eum regno
deiciant, atque per Izmael virum gentis sue auctoritate precinctum ei tirannizantem
suadere a civitate Cordoba tunc sede regia communiter machinant. Denique ubi hoc 124
diversas occasiones machinando ilico impetrant, ad consilium definitum simulanter Zmael
fugam meditans cum Abulcathar cum classe palatii nulla intercurrente mora preceps
insequitat. et quia plerique, qui cum eo rebellem incursitant, una cum hoste tenti consilio ad destinatas insidias cum memorato rege alacres properant, mox invicem iuncti
prelium agitant gladio vindicem. se nonnulli comites regis a prelio disiungentes statim
eum ut solum exsuperant sicque occisis propriis et una tribus coniunctis fugientem persequitant[1]) atque Toabam, qui valida adiutoria Zmaeli prebuerat, in regni solio sublimant. Tunc ille ad reparandum certamen occulendum se inter suos subpeditat atque 125
postmodum infeliciter diversa prelia cum sua suorumque internicione exagitans dira
morte se cum multitudine ei consentiente disperditat. quisquis vero huius rei gesta
cuperit scire ad singula, in epitoma temporale, quem dudum collegimus, cuncta repperiet enodata, ubi et prelia Maurorum adversus Cultum dimicantium cuncta reperiet
scripta et Spania bella eo tempore imminentia releget adnotata.

Era DCCLXXXII anno completo atque incipiente iam tertio, Romanorum LXVIII 126
Constantinus Leonis filius post patrem imperio coronatur, regnans annis tot, peractis a
principio mundi usque in anno Constantini decimo peragente annis VDCCCCLIIII. hic
paterno coronatus imperio mox parens diem claudit extremum, ab Ardabasto sibi cognatione dedito preripere suum cognoscit imperium. sed Ardabastus tacite paulatim causa
prelii in alias gentes, ut belliger Constantini, omnes palatii congregat bellatores. mox
ut eum prospicit desolatum et ab omni senatu fore pervacuum, cum sociis, quos secum
adunaverat, properans Constantinum a palatio exterritat iugulandum. At ubi Constan- 127
tinus Ardabastum venire intellegit cum turbido armatorum cuneo, a sede cum suis
exiliens confinitimarum auxilia expetit gentium. denique ubi se a multitudine prospicit
constipatum, properat, ut sedem pristinam appetat. Ardabastum, ut palatium relinquat,
reddit premonitum. sed mox Ardabastus, ne properantibus portas aperiant civitatis,
populum reddit instructum. Denique ubi Constantinus oppidum reperit premunitum, 128
obsidionem pretendens in circuitu gentium firmissimum preparat bellum. nempe ubi

PM

1 aululit *M* anno xxuiii *P*, *om.* *M* 2 cxx *PM* insipiente *M* 6 impetrat *M* 7 princeps *P* 8 hosti *M* 9 uincti *M* 10 uindice *M* reges *M* disiungentes] se d. *M* 11 exsuperat *P* tribu *P* couiunctis *M* 12 zimaeli *M* solo *M* 13 recuperandum *P* 15 consentienti *P* 16 cupit *P* quem] quod *M* colligius *M* 16/17 reppret euodata *P* 17 reperiret *P* preli *M* cultum] *P*, preliis *M* 18 hispania *P*, in hispanie *M* imminetia *P* 19 incipienta *P* tertio *om.* *P* 20 a. constantinus *M* 21 pagente *P*, peragentem *M* dcccc] dcc *P*ᵃ 22 ardanisco *M* 23 sed] *P*, sed ubi *M* 24 bellatoresque *M* 26 iugulande *M* 29 properans *M* 31 reddet *P*

1) *ins. PM (spatiis hiatus indicantur in solo P):* Huius tempore vir sanctissimus et ab ipsis cunabulis (cunabilis *P*, curabulis *M*) in dei persistens servitio Cixila in sede manet Toletana *(def. litt. c. 20)* et quia ab ingressione Arabum in supra fatam ecclesiam *(def. litt. c. 24)* ecclesia metropolim est ordinatus: fuit enim sanctimoniis eruditus, ecclesiarum (eruditor *ins. P*ᵃ) restaurator et *(def. litt. c. 5)* scriptu *(def. litt. c. 8)* spe fide et caritate firmissimus meritis *(def. litt. c. 10)* eius innotesceret (innotescant *M*) cunctis. quadam die homo heresem Sabellianam seductus *(def. litt. c. 10)* voluit accedere corpore perquisitus est ab eo, ut cum tali reatu esset conscio illeque abnegans tali scelere *(def. litt. c. 30)* qui statim ita a demonio est arreptus, ut omnis conventus ecclesie in stupore reverterent (reuerteretur *M*). sicque sanctus vir (ubi *M*) orationi se dedit (deditus *PM*), et sancte ecclesie sanum reddidit et illesum. qui et novem per annos *(om. P)* vicem apostolicatus peragens in ea caritate, qua inchoaverat (quam coauerat *M*), vite huius terminum dedit. tunc

CONT. HISP.

pene per triennium fame civitatis populum reddidit fatigatum, pace cum civibus per internuntios acta Ardabastum vinculis alligatum Constantino presentant ferri pondere satis depressum. tunc tanti causa facinoris necdum interrogatum oculis excecatum exilio mittit diu excruciatum.

Huius tempore Izit Alulit propria morte functum omnes sue patrie ocius recog- 129
noscunt atque Abrahim fratrem in era incipiente DCCLXXXIII, anno Constantini primo,
Arabum percurrente CXXVII, relictum esse vicarium. Sed Maroan ex Arabis palatium 130
audiens periturum et proprio velle in diversas distractum vacantaneum per tirannidem
ferociter appetens bellum. in era DCCLXXXIIII, anno imperii Constantini secundo,
Arabum CXXVIII, belligerans supra fatus Maroan cum sociis Abrahim reperiens cum
modicis eum statim palatium appetens gladio percutit sicque intestino ob hanc rem
furore preventus quinquennio tumultuose vivens et diversa prelia exercens a Zali
patruum de Abdella, quem sibi cumplurima Ismahelitarum multitudo elegerat prin-
cipem, a Damasco usque in campis Babilonicis persecutus, Nilo transacto reiacet
decollatus.

Huius tempore, in era supra fata DCCLXXXIIII, anno imperii Constantini secundo, 131
Arabum CXXVIII. Maroan II, Toaba in Spaniis regno Abulcathar cum adiutore Zmael
ablato a cunctis, ut vir belliger et genere plenus, preficitur uno pro anno; sicque eum
propria morte perfuncto Iuzzif ab omni senatu palatii, in era DCCLXXXV, anno imperii
Constantini III, Arabum CXXVIIII completo vel incipiente XXX, Maroan III, miri-
fice, ut senior et longevus, patrie adclamatur in regno. cui non post multos dies
diversa rebellia Arabes per Spaniam molientes suas sine effectu manentes usque ad
inferos animas fuerunt tradentes. iste descriptionem ad suggessionem residui populi
facere imperat atque ut eos, quos ex Christianis vectigalibus per tantas eorum strages
gladius iugulaverat, a publico codice scriniarii demerent licet peculando, sollicite im-
perat. Huius regni anno VI, in era DCCLXXXVIII, nonas Aprilis die dominico hora 132
prima, secunda et fere tertia cunctis Cordube civibus prospicientibus tres soles miro
modo lustrantes et quasi pallentes cum falce ignea vel smaragdinea precedente fuerunt
visentes. e quorum ortu fame intollerabili omnes patrie Spanie nutu dei habitatores
suos angeli ordinati fuerunt vastantes. Per idem tempus Petrus Toletane sedis dia- 133
conus pulcher apud Spaniam habetur melodiens atque in omnibus scripturis sapientissi-
mus. habitatores in Hispalim propter pascas erroneas, que ab eis sunt celebrate,
libellum patrum atque diversis auctoribus pulcre recompositum conscripsit.

Huius tempore, in era DCCLXXXVIII, anno imperii eius VI, Arabum CXXXIII, 134
Abdella Alescemi primo, Maroan, ut diximus, a manu publica insecutus tumultu gentium
exterritus cum thesauris publicis a palatio fugiens et Libiam ad reparationem pugne
penetrare desiderans Abdella nil iam pavens instinctu seniorum sedem appetit regiam.
qui statim post eum Zali patruum dirigens cum preliatorum infinito exercitu vel Per-
sarum hactenus solem excolentium pullata demonia Maroan a civitate in civitatem

PM

3 deprensum *M* tunc tanta *M*, cunctanti *P* exsecatum *P* 4 mittit *om. P* 5 alulia *M* 6 ibraim *M* 7 maron *M* ex arabis] *P*, unus ex arabibus *M* 8 audium *M* uelle] ualde *M* diuersa *M* uacanteneum *M* 10 maroam *M* hibraim *M*, *om. P* 12 a *om. M* 13 multitudine *M* 14 babilonis *M* 17 tooba *P* hispaniis *PM* 18 cunctis] curictas *M* eum] enim *M* 19 nizzif *M* palatii] p. hispaniae *M (?)* 20 maroam *M* 22 rabes *M* hispaniam *PM* sine] si non *M* ad suggessionem *om. M* 25 scrinarii *M* petulando *M* 25/26 impat *P* 26 dcclxiiii *P*, dcclxliiii *M* 27 et fere] *M*, feria et *P* mira *M* 29 nisi *M* e] eo *M* hispanie *PM* 31 hispaniam *PM* in *om. M* 36 ad] *P*, ob *M* 37 nil iam] niliam *P* 38 prelatorum *P* 39 pullulata *M* maroam *MF* ciuitatem] -te *M*

CONT. HISP.

diffugiendo et nullum receptaculum ob mala, que fecerat, et mortes diversas, quas in
Sarracenis ingesserat, reperiendo, Nilum Egipti fluvium transmeando eum vehementer
insequitant. Sed ubi in locum, qui lingua eorum vocatur Azunummin, se invicem 135
adplicant, tam valide utrique se iaculant, ut binos per dies inmisericorditer cum mul-
torum ex utraque parte occisione se prosternentes vix in tertio exuperato et interfecto
Maroan vaginis gladios remitterent semetipsos sedantes. tunc capita magnatorum ad
Abdellam dirigentes suos pulcre ferunt bellatores, de predarum manubia remunerantes
atque cunctos pristinos terminos digne pacificantes. Reliqua vero eorum gesta, qua- 136
liter pugnando utreque partes conflicte sunt vel qualiter Spanie bella sub principibus
Belgi, Talama et Umeia concreta sunt vel per Abulcathar exempta sunt, atque sub
principe Iuzif quo ordine emuli eius deleti sunt, nonne haec scripta sunt in libro ver-
borum dierum seculi, quem chronicis preteritis ad singula addere procurabimus?
Fiunt igitur ab exordio mundi usque in eram ceptam septingentesimam nonagesi- 137
mam secundam, anno imperii Constantini decimo, Abdella Alascemi Emir Almuminin
IIII, Spanie Iuzzif patricie VII, Arabum CXXXVI anni VDCCCCLIIII. quos quattuor,
si secundam quosdam historiographos demere volueris, quia curiose expleto LVI
Octaviani regno annis seculi VCCX, supputando affirmant; et anno prefati Octaviani
quadragesimo secundo Christum natum secundum historiam ecclesiasticam domini Eusebii
Cesariensis episcopi in libro primo era sexta[1]) vel nunc secundum cronicam domini
Ysidori[2]). adseverant quod et utique ita omnes scripture denuntiant. detractos ab annis
Octaviani LVI XIIII, manent XLII in tempore nativitatis Christi, et quia completo V
anno Iulii Cesaris fiunt anni seculi VCLIIII, additis XLII Octaviani fiunt ab Adam
usque in Christi nativitatem anni VCLXLVI subtractis quattuor, quos superius diximus,
ab annis seculi VCC, quibus quinque milibus CLXLVI superius memoratis si addantur
anni incarnationis domini DCCLIIII, qui in era septingentesima LXLII veridice compu-
tantur, reperiuntur anni seculi VDCCCCL ob reliquos quattuor diminutosque effectos.
Sed quia ad tantam liquiditatem anni seculi etiam nec a maioribus computantur, ut 138
uno stilo equaliter digerantur vel una prenotatione ab omnibus historiographis equi-
perentur, quia licet in hac annorum devolutatione non satis ab invicem discrepentur,
ideo et nos secundum plerosque, qui Christum in VCC anno natum deliberant, hos
quattuor annos interpolamus, ne a tantorum semitis, ubi tales tantique nutaverint viri,
longius evagemus: quia in tanta congerie temporum quattuor anni si addantur vel
detrahantur, nequaquam predamnare videretur: cum etiam diversis cronicorum libris
longius anni et antigradentur a summa que diximus et retrogradentur, quia a toto
partem et a parte totum aut in principio aut in fine cuiuslibet imperii annum ceptum
vel consummatum pro uno illum adnumeres, non facile preiudicaveris. Qui, ut diximus, 139
plerique anno quadragesimo secundo Octaviani Christum natum confirmant, nonnulli

PM

3 azimumum *M* inuice *M* 4 ioculant *P* 5 parte *om. P* 7 predare *P* 8 cunctis *M* reliqui *M* gest. cor. *M* 9 hispanie *PM* 10 umela *M* uel p. a. c. sunt *om. P* sub *om. P* 11 iucif *P*, in *M* deliti *M* hoc *M* 12 dierum *om. M* chironicis *P* 14/15 amuminin *M* 15 hispanie *PM* patrie *P* cxxxui] *edd.*, cxxui *P*, cxxuii *M* 16 curiose] *P*, crimose *M*, criuiose *F* 17 octauiā *P* pr. octauiā *P*, pr. octauiano *M* 20 adseuerauat *P* detractos] *MF*, detractas *P* 21 xlii] xii *M* u] *edd.*, *om. PM* 22 xlii] xii *P* octouiani *P* 23 anni *om. M* lxlui] lixui *P*, lxui *M* 24 cc] co *P* lxlui] lxui *P*, lui *M* 25 lxlii] lxii *PM* reliquos] *scripsi*, liquos *P*, licos *M*, litos *F* 27 etiam] ct *M* 30 ūcc iānos *P* 31 mutauerint *P*, nutauerunt *M* 33 uidentur *M* 34 quam *M* retrogredientur *M*

1) *Hieronymus ad a. Abr. 2015, Augusti 42:* Iesus filius dei in Bethleem Iudaeae nascitur. 2) *Isidorus in chronicis c. 235. 237:* Octavianus Augustus regnavit ann. LVI . . . dominus Iesus Christus ex virgine nascitur anno regni eius XLII.

CONT. HISP.

XLI genitum esse demonstrant: sic enim sanctissimus Iulianus Toletanus episcopus in libro, quem contra Iudeos de sex etatibus seculi scripsit[1]), dicens: 'Octavianus Cesar 'regnavit annis LVI. huius quadragesimo primo anno, secundum que Tertullianus, 'Iheronimusque testantur, Christus dei filius de Maria semper virgine nascitur'. numquid hoc in aliquod preiudicatur, quare secundum aliquos XLII, secundum quosdam XLI annus repperiatur? absit. sed ideo a maioribus inter utrasque editiones, que nunc renotari longe sunt, nativitas salvatoris nostri in VCC anno adnumeratur, ut et plenitudo temporis per generationes et regna deductus plenius demonstretur, et per perfectum decoritatis plenissimum numerum omnibus recolendus dies ille simul cum perfecta annorum VCC serie apertius etiam parvipendentibus insinuetur. sic enim condecet, ut sancta nativitas eius apertius declaretur, ne in diversa plus minusve congerie annorum numerus distrahatur. Denique sanctissimus et valde in hoc opere pretium doctissimus Iulianus sic in libello inquid, quem supra fati sumus: 'Etenim si queramus 'annos a principio mundi usque ad nativitatem Christi secundum codices LXX trans-'latorum, subsequentibus etiam quibusdam historiis gentium, reperiuntur ab Adam usque 'ad Christum anni VCC et quicquit aliud superest secundum quosdam historicos, qui 'annorum mundi seriem conscripserunt'.

Iulianus Tol. de compr. sextae aet. l. 3 c. 34.

140

Iulianus Tol. l. c. l. 3 c. 15.

PM

1 xli] xi *PM* 3 secundum] iuxta *Iulianus* terenllianus *P*, tortollianus *M* 4 que *om. M* 5 hec *M* preiudicat *M* xlii] xii *M* 6 annus] ante *PM* 7 nunc] nec *M* annos *P* adnumerantur *M* 8 deducti *M* per *om. M* 9 decoris *M* 11 natiuitatis *M* ne] ue *M* 12 nummeros *M* hec *M* 14 secundum] *Iulianus, om. PM* 16 aliud] aliquid *M*

1) Iulianus archiepiscopus Toletanus de comprobatione aetatis sextae (apud Lorenzanam patrum Toletanorum opp. tom. 2 p. 88 seq.).

EPIMETRVM.

Quae in Continuatione Byzantia Arabica de rebus Orientis narrantur, non dubito, quin in *Syria* scripta sint. namque eos recenset Muslimorum imperatores, qui in hac terra regnaverunt, ne Alii quidem mentionem faciens, et ab Omaijadarum stat parte, quorum imperium nitebatur Arabibus Syriae. quo accedit, quod Moāvijam minorem quoque recenset, qui, per brevissimum tempus rerum potitus, vix in alia terra quam in Syria imperator agnitus est et postea ne ab Omaijadis quidem in chalifarum numero habebatur[1]). de expeditionibus, a Syria in Romaniam factis, scriptor bene instructus est. quae de Heraclio tradit, ante multos annos facta, iam fabulis mutata, sed cetera fere omnia vera sunt. — Damascum ab eo saepius commemorari originis Damascenae signum habere vix licet, nam haec urbs, tum temporis regni caput et fastigium, etiam in exili chronico prominere debebat.

Quamvis de rebus gestis non multum ex hoc libello discamus, tamen non parvi momenti est ob iudicia, quae in eo vel expressis verbis vel tacite de hominibus et imperiis feruntur. eius auctorem Omaijadis, quos posterioris aetatis Muslimi minime amant, favere iam dixi. non modo igitur de magnis huius familiae viris, Moāvijam

1) Non numeratur in duobus antiquis catalogis Syriacis (apud Land, Anecd. syr. 1, 40 et apud W. Wright in The Journal of Sacred Lit. 1863 April pag. 11 separatae editionis), qui et ipsi Alium omittunt; et, quod gravius, Hischām a Cumaito poeta in carmine panegyrico decimus chalifa ex Omaijadis dicitur (Aghānī 15, 118, 8) itaque ab eo Moāviae posterioris nulla habetur ratio.

et Abdalmalik dico, optime sentit, sed etiam Valīdum, quem Muslimi, partium studio obcaecati, vulgo scelestissimum ferunt, magnopere laudat ob humanitatem: quod iudicium aequum esse vel e traditione Muslimica cognoscimus. — Romanorum regno minus est amicus, quam ab homine Christiano, sub Arabibus vivente, expectaveris; Muslimorum enim imperio satis contentus videtur esse. quo verisimile fit, eum heterodoxum fuisse, fortasse Monophysitam ut erant fere omnes terrarum Syrarum Christiani, excepta Palaestina; cui sectae, ante multum vexatae, ab Arabibus maior libertas concessa erat. quibus non obstat, scriptorem Heraclii gloriam extollere, nam hic imperator Syriam a gravissima Persarum occupatione liberaverat itaque a posteris iuste magni aestimabatur.

Qui haec in Syria conscripsit aut lingua Syriaca aut Graeca usus sit oportet. et cum Syrorum lingua hominibus Latine loquentibus non magis nota esset quam lingua Latina Syriam habitantibus, haec e *Graecis* Latina facta esse certum videtur. neque causa est cur coniciamus, textum Graecum e Syriaco versum esse. linguae Graecae autem vestigia superesse videntur et in formis nominum propriorum et in quibusdam vocabulis ut in miro illo 'non dissimili' (matre progenitum) (355 *sin.*, 18. 357 *sin.*, 31), quo mihi minus apte sane adiectivum aliquod negativum (α. . . .) reddi videtur, quod significaverit (a matre) 'non humili loco nata'. Maslamae enim mater erat ancilla, itaque vir fortissimus regno dignus non habebatur, attamen fieri potest, ut in natione peregrina, ex qua provenerat, huius mulieris gens nobilis fuerit. nescio an etiam vox *exercita* (357 *sin.*, 22) huc referenda sit, quippe quae respondeat Graeco vulgari τὰ ἐξέρκετα[1]).

Haec regnante ultimo ex Omaijadis chalifa scripta esse, nemo non intellegit. sed multa ex his recipiens Continuator Hispanus alia addit de Omaijadarum regni interitu et de Abbasidarum victoria. quae scripta esse certum est primo Abbasida regnante. qui haec adiecit novam gentem dominatricem non admodum videtur diligere, cum eius milites Persas 'hactenus solem excolere' dicat (§ 131), id quod et in Christiani et in Muslimi ore summum erat opprobrium. attamen Marvānum vituperat, nam tum ipsi Omaijadae Omaijadarumque asseclae fatali odio intestino correpti inter se dimicaverant.

Etiam haec in Syria scripta esse possunt, licet id non pro certo affirmaverim. immo fortasse eorum auctor Hispanus fuit; nam Hispanis quoque regni, sub cuius dominatione erant, fata curae fuisse, consentaneum est. de qua re spero certiora prolaturos esse viros doctos, qui ea, quae in hoc libello de rebus ab Arabibus in Hispania et Gallia gestis narrantur, diiudicare possunt; ipse enim numquam rebus Hispanis cognoscendis operam dedi.

Nonnulla e nominibus Arabicis in his chronicis misere corrupta sunt; e. gr. nomen *Haggāg* (*Αγαγ*?) latet non modo sub *Aiaiae* 347 *sin.*, 32, sed etiam sub *Tahihie* ib. 28. quaedam ex his melius servata sunt in continuatione Hispana quam in altera Byzantia Arabica, certe ut hanc traditam accepimus. ita in illa recte est *Abdelmelic, Abdilmelic,* in hac *Habdelmele* sine *c*.

Annis Muslimicis (Higrae) chronica illa in Syria scripta cum carerent, in Hispania per computum inventi et additi sunt. cum vero, ob ineptam anni rationem a Propheta constitutam, talis computus in tempora remotiora productus difficillimus sit, bonus ille homo in magnos incidit errores. sed quo propius ad suum tempus accedit, eo iustiores fiunt numeri, donec in fine omnia satis quadrant.

Argentorati. Th. Nöldeke.

1) Vide Malalam 2, 107, 16 (ed. Oxon.).

ADDITAMENTVM VI.

EPITOME OVETENSIS

A. DCCCLXXXIII.

Rerum Hispanarum scriptores posteriores etsi omnes historias Isidorianas aut compilarunt aut continuarunt, chronicon scriptum Oveti a. 883 (vide infra c. 10), quod item propter codicum infra memoratorum originem Albeldense et Aemilianense appellatur, inter epitomas Isidorianas suum sibi locum flagitat. inter codices qui compilationem eam servarunt primarius est scriptus aera 1014 = p. Chr. 976 a Vigilo quodam coenobita monasterii Albeldae prope Logroño, hodie Escurialensis D. I. 2 (Ewald *E* *neues Archiv* 6, 238), huiusce syllogae causa excussus a Knustio Ewaldo Bethio (nobis *E*). cum contineat concilia Hispanica et leges Visigothorum, compilatio haec inter utraque media est perscripta f. 238′—242′. ex Albeldensi descriptus est codex scriptus aera 1030 = p. Chr. 992 olim monasterii San Millan de la Cogolla, hodie Escurialensis D. I. 1 (Ewald l. c. p. 236), sed compilationis nostrae in eo non superest nisi pars extrema (incipit a verbis *haccam genuit abderrahman* apud Florezium 13 p. 464) eaque ex loco antiquo post codicis f. 229 excisa iam inserta est post f. 396. expressit Albeldensem librum Ferreras *hist. de España* vol. 16 (Matriti 1727) p. 66—88. — Pleniorem (nam absunt ab Albeldensi capita infra recensita 1—12, quae ad idem corpus Oveti conscriptum a. 883 pertinere declarant duo eorum nonum decimumque) et hic illic mutatam exhibuit eandem compilationem liber hodie deperditus servatus aliquando in monasterio modo nominato San Millan de la Cogolla, quo continebantur homiliae et quaestiones sancti Augustini, diligentissime, nisi omnia fallunt, expressus a Iohanne del Saz (*cronica de España Emilianense* Matriti 1724). idem archetypum, sed minore cum fide (exempli causa infra p. 373 c. 15 *Constantinus nobus* del Saz cum Albeldensi, *Constantinus nobilis* codex *M* et Berganza) repraesentant tam codex saec. XVII quam editio Berganzae. scilicet ille, nobis *M*, Matritensis est bibliothecae nationalis E 2 *M* f. 33—38; descripsit eum Knustius *Archiv* 8, 779, qui quaedam inde excerpsit, excussit nostra causa Bernaysius. praescribitur: *liber chronicae seu chronicum* (sic emend. ex *chronicon*) *Aemilianense ex vetustissimo codice monasterii sancti Aemiliani ordinis sancti Benedicti, vulgo de la Cogolla; extat post libros Machabeorum in volumine bibliorum veteris et novi testamenti.* ad eandem formam compilationem edidit Franciscus de Berganza *antiguedades de España* vol. 2 (Matriti 1721) p. 548—560, adhibitis, ut ait, illius monasterii codicibus duobus, quorum in altero chronica sint inter testamenta duo vetus et novum: id est librum hodie Matritensem adhibuit, archetypum eius aut vidit aut certe memoravit. ego quamquam Matritensi codici video praestare

editionem Sazianam, illum potissimum secutus sum et ibi quoque, ubi a textu Saziano recessi, codicis lectionem adscripsi, quoniam neutro textu recte carebimus, editionis autem facilius quam codicis notitiam qui volet sibi parabit. Florezius *Esp. sagr.* 13², 433—466 compilationem integram edidit adhibitis editionibus antea factis. — Extant praeter hos libri alii multi habentes eandem compilationem eiusve partem, ut sunt Matritensis bibliothecae nationalis F 86 saec. XII (vide infra p. 376), ubi praescribitur: *inc. liber cronice seu fabularium,* subscribitur *finit liber cronica,* sed non adsunt omnia infra recensita; eiusdem bibliothecae F 38 — Q 10 — T 119 — T 235 — V 183; Vaticanus reginae n. 667 scriptus a Petro Willelmo Armario (v. Arevalus in Isidorianis vol. 1 p. 697 vol. 2 p. 324); Parisinus n. 2769; Londiniensis musei Britannici n. 14092 antea Veronae apud Gianfilippios, quos omnes missos feci. secundum libros illos duos, scilicet Escurialensem D. 1. 2 et Aemilianensem deperditum [1]), iam compilatione ea quae continentur enarrabuntur.

1. *Exquisitio totius mundi* (*e. t. m.* del Saz, om. M). *omnis mundus descriptus est .... gentes CXXIII.* excerpta ex Iulii Honorii cosmographia p. 21—23 Riese (cf. p. 72). *M* praeter minora differt a textu Floreziano in his: v. 4 *polyctico* — 5 *menses II* ad *dies III* om. — 11 *gentes XV* — 12 *insulas XXXV* — 16 *insulas LXXVIIII* — 17 *flumina LIIII.*
2. *Item exquisitio Spaniae. Spania prius ab Ibero amne Iberia nuncupata, postea ab Ispalo Spania est cognominata. ipsa est Esperia ab Espero stella occidentali dicta. sita est autem inter Africam et Galliam a septentrione Prineis* (*pinneis* M) *montibus clausa* (*clara* M), *reliquis partibus undique mari conclusa. omnium frugum generibus fecunda, gemmarum metallorumque copiis ditissima.* Ex Isidori originibus 14, 4, 28.
3. *Alia. habet provincias sex cum sedibus episcoporum ... Tolossa.* edidit Florezius 4, 253. codex ab editione differt in his. *est carpetania*] *et c.* — ad *bigastre* adscr. *ita in gott(ico)* — *xuii*] *xuiii* — *asidona* — *cordoua* — *ix*] *xii* — *agitania* — *xiii*] *xii* — *illerda dertossa* — *calagurre tirassona uiiii* — *tingintana* — *gallia*] *g. quoque* — *metropoli* — *neumase*] *niumaso.*
4. *Flumina Spaniae IIII. Baetis currit milia CCCCX. Tagus millia currit DCII. Mineus currit millia CCCXIII. Iberus currit millia CCCIIII.* ex Iulio Honorio l. c. p. 36. 37 cf. p. 81.
5. *De septem miraculis mundi. I. Capitolium Romae. II. Pharus Alexandriae. III. Vellerophons Exmirne* (*zonirnae* M). *IIII. Theatrum Eraclie. V. Collosus Rodi. VI. Templum Quiciei. VII. Tetrapulum Emecis, quod melius est ecclesia s. e. Sophiae Constantinopoli.*
6. *Item de proprietatibus gentium.* vide additamentum IX (p. 389).
7. *Item causas* (*res* M) *Hispaniae celebres. polla de Narbona. vinum de Bilasz. ficus de Viatia. triticum de campis Gottis. mulus de Hispali. cavallus de Mauros. ostrea de Mancario. lampreda de Tatiber. laneeas* (*lancea* M) *de Gallia. scania* (*scanda* M) *de Asturias. mel de Gallicia. disciplina atque scientia de Toledo. haec erant praecipua temporum Gottorum.*
8. *Litterae sunt vocales .... pro solis kalendis. explicit.* in codice *M* est 2 *iactu* — 5 *desinum.* similia Priscianus 1, 2, 7.

---

1) Neuter pendet ex altero et codex quoque Matr. F 86 neque ex Escorialensi descriptus est neque ex Matritensis archetypo; sed operae pretium non est talia persequi. verba Isidori hist. c. 46: *Agilanem Emerita interficiunt et Athanagildi se regimini tradiderunt* Escorialensis breviavit sic: *ibique sui eum interfecerunt sub imperatore Iustiniano,* Matritensis E 2 sic: *ibique sui eum interfecerunt et tyrani Atanagildo regimen Spaniense dederunt,* Matritensis F 86 sic: *ibique sui eum interfecerunt et tyrani Athangildi regiminis spiritali se dederunt.*

9. *Incipit ordo annorum mundi breviter collectim* (*collecti* M). *ab Adam usque ad diluvium anni IICCXLII* (*XII* M) — *a diluvio usque ad Abraham anni DCCCCXLII* (*XII* M) — *ab Abraham usque ad Moysen anni DV* (*DII* M) — *ab exitu filiorum Israel ex Egypto usque ad introitum in terram repromissionis anni XL* (*X* M) — *ab introitu illorum usque ad Saul primum regem Israelis fuere iudices per annos CCCLVI* (*CCCLVII* M) — *Saul regnavit annos XL* (*X* M) — *a David usque ad initium aedificationis templi anni XLIII* (*XIII* M) — *a prima aedificatione templi usque ad transmigrationem in Babyloniam fuere reges per annos CCCCXLIII* (*CCCCXIIII* M) — *fuit* (om. M) *autem captivitas populi ac desolatio templi an. LXX et restauratur a Zorobabel — post restaurationem vero templi usque ad incarnationem Christi ann. DXXI* (*DX* M) — *colligitur omnes* (sic) *tempus ab Adam usque ad Christum anni* (om. M) *VCXCVIIII* (*VCLXVIIII* M) — *ab incarnatione domini nostri Iesu Christi usque ad primum Wambani principis regni annum* (om. M) *anni fuere DCLXXII. a tempore* (*temporis* M) *Wambae anno primo usque nunc, quae est era DCCCCXXI* (*XI* M), *fiunt anni CCXI. modo vero colligitur omne tempus ab exordio mundi usque in praesentem aeram DCCCCXXI et octavo decimo anno regni Adefonsi* (*regno Ildephonsi* M) *principis filii gloriosi Ordonii regis omnes anni sub uno VILXXXII et ab incarnatione domini usque nunc anni DCCCLXXXIII.*

10. *Item de sex aetatibus saeculi. Prima aetas . . . sexta aetas, quae a Christo coepit, habet nunc annos DCCCLXXXIII in aera DCCCCXXI. quantum adhuc protendatur, soli deo est cognitum, nobis autem manet incertum, dicente domino in euangelio: non est vestrum nosse tempora vel momenta, quae pater in sua posuit potestate.* computatio applicita ad chronica Isidoriana.

11. *Item exquisitio milliarium civitatum. De Gadis usque ad Cordobam milliaria CC . . . . . de Heraclia ad Constantinopolim milliaria CXXX. finit* (sic) *millia milliariorum IIICCLXXXI.* excerpta sunt ex itinerario Antoniniano. eadem edidit ex codice olim Legionensi S. Isidori, nunc academiae Matritensis Tailhan in additamentis ad chronicon a. 754 p. 192 adiecta tabula photographica.

12. *Item notitia episcoporum cum sedibus suis, regiamque sedem Hermenegildus tenet, id est Ovetensem. Flavianus Bracarae . . . . . Maurus Legione nec non Ranulphus Astoricae, praefatique praesules in ecclesiae plebe ex regis prudentia emicat clare.* sequitur epigramma: *rex quoque clarus omni mundo factus iam suprafatus Adephonsus vocatus . . . praeditus ibi regno. amen.*

13. (f. 238') *incipit ordo Romanorum regum* (regum *om. M*).

In Roma regnavit prior Romulus annorum (Romulus regnavit annos *M*) XXXVIII.
iste hedificavit Romam.
Titus Tacius rex Sabinorum ann. V (titus . . . u *om. M*).
Numma Pumpilius (numna pamphilius *M*) regnavit ann. XXXII.
iste primus annum in XII menses ordinavit.
Tullius Hostilius regnavit ans XXXIII.
iste primus purpuram induit.
Ancus Marcius Filiphus *(om. M)* regnavit (rgnurnt *E*) ans XXVIII.
Tarquinius Priscus r. ans XXXVIII (xxxuiii o *E*).
iste Capitolium fecit.
Servius Tullius rg ans XXXVIII.
hic primus censum egit.
Tarquinius Superbus rg ans XXV.
iste expulsus regno ob meritum fuit.

fuerunt consules per annos CCCLXXVI.
decemviri an̄ I.
reges fuere an̄s II.
a Romulo ergo et Roma condita usque ad Gaium Iulium Cesarem annos DCLXVI.
primus ergo Gaius (gais *E*) Iulius Cesar imperavit an̄s IIII (II *M*).
hic pugnavit cum Pompeio (c. po. pu. *M*) pro imperio.

Haec, certe ut in Albeldensi leguntur, non tam Isidorianis respondent quam chronographiae a. 354 (supra vol. I p. 144); Tatio quinquennium ibi quoque tribuitur neque quod sciam alibi.

14. *Dehinc sexta aetas incipit* (d. s. a. i. *om. M*). epitome haec est chronicorum maiorum Isidori, scilicet recensionis eius, quam habent nostri *SPBF*, in regnis Vespasiani Nervae Traiani determinandis adsumptis numeris Hieronymianis, propria addens nulla excepto uno capite eoque in *E* in margine scripto, quod posuimus c. 416[a] de ecclesia sanctae Leocadiae Toletana: praeterea quibusdam locis variam lectionem inde in apparatum recepimus. finit ita: *Eraglius ann. XXVII .... Suintila .... totius Spaniae monarchiam obtinuit.* edita est apud Florezium 13, 439.

15. Isidorianis subiunguntur haec adiectis non in *E*, sed apud Sazium annis mundi ad Isidorianos computatis:

Reges quoque Gotorum a Suintilane usque ad *(om. M)* Chintilanem (cintilane *Saz*, chintilam *M*) eo imperante fuerunt.

Constantinus reg. ans VIIII. eo tempore Tulga (tulca *E ex corr.*) et Cindasuinctus in Spania (hispania *M semper*) unus post alium reg. annis VIIII.

Constans reg. an̄s XX. tunc Recesuinctus in Spania reg. an̄s XX et supervixit annos tres.

Constantinus nobus (*sic E et Saz*, nobilis *M*) reg. an. XVI. supra dictus Recesuinctus reg. an. III (et *ins. M*) Wamba (ubamba *E*) reg. *(om. M)* an. VIIII (et *ins. M*) Ervigius reg. *(om. M)* an. *(om. E)* V et supervixit annos duos et *(om. M)* dies XV.

Iustinianus reg. an. XI. supra dictus Ervigius reg. *(om. M)* an. II. (post illum *ins. M*) Egica reg. an. VIIII et supervixit (egica *ins. M*) annos VI.

Neon reg. an. VII. Egica peragit (*sic E et Saz*, pergit *M*) in Spania (hispaniam *M*) an. VI. post illum Vittiza (uuitiza *M*) filius eius ans I (superuixit uuitizza an. xix *ins. M*).

Teberio (tiberio denique *M*) imperante Vitiza (uuitiza *M*) peragit annos VIII (uiiii *M*). Rudericus reg. an. III.

Tum Sarraceni Spaniam possiderunt et regnum Gotorum era DCCLII (tum .... dcclii [dcccii *teste Bethio*] *in margine a manu prima E;* tunc a sarracenis hispania obtenta regnum gothorum exterminatur *om. rel. M*).

16. Sub titulo *item ordo gentis Gotorum* sequitur epitome historiarum Isidori edita apud Florezium 13, 445 et ex codice Vaticano reginae 667 (vide supra p. 371) apud Arevalum Isid. vol. 7 p. 188 seq. adhibuisse videtur breviator recensionem historiarum ex utraque forma contaminatam (vide supra p. 261). equidem repetere nolui et satis habui potiora quaedam inde in apparatum referre, edere sola extrema ad Isidorianas historias adiecta. apud Sazium (non in *E*) aerae Isidorianae continuantur.

(Suintila) fine proprio Toleto decessit sub imp. Eraclio.

Sisinandus (sisnandus *M*) reg. an. IIII (*sic E et Saz*, II *M*). iste sinodos

(sinod[s] *E*) episcoporum egit. patiens fuit et regulis catholicis ortodoxus extitit (extititit *E*). Toleto vitam finivit sub imperatore (impo *E*) Eraclio.

Chintila reg. ann. III. sinodi plurimas (synodos plures *M*) Toleto cum episcopis egit et subditum regnum fide firmavit. Toleto decessit sub imperatore (imperio *E*) Eraclio.

Tulga reg. an. *(om. E)* III. blandus in omnia (omnibus *M*) fuit.

Chindasuinctus (cindasuintus *M*) reg. solus an. VI et cum filio suo Recesuinto (recesuintho *M*) an. IIII. huius tempore quievit Spania et per sinodos (illam *ins. M*) erudivit ecclesia. Toleto obiit sub imperatore (imperio *E*) Constantino novo (nobo *E*).

Wamba (ubanba *E*) reg. an. VIIII. primo regni anno rebellantem sibi Paulum ducem cum quadam parte Spaniae seu cum omni provincia Galliae hic rex coercuit (cum exercitatione *E et Saz*, cum exercitu *M*). Spaniae prius feroces Bascones (fascones *corr. in* bascones *E*²) in finibus Cantabriae perdomuit, deinde pergens cunctis civitatibus Gotiae et Galliae captis ipsum postremo Paulum in Neumansense (neumanense *M*) urbe victum celebri triumfo sibi subiecit. postea ab Ervigio regno privatur sub imperatore (imperio *E ex corr.*) Constantino novo (nobo *E*).

Ervigius regnavit ann. VI. iste sinodos multas (plures *M*) Toleto cum episcopis egit. filiam suam coniugem dedit Egicani (egicano futuro regi coni. d. fine ultimo *M*) Toleto obiit (decessit *M*) sub imperatore (imprio *E*) Iustiniano.

Egica reg. an. XV. iste dum regnum accepit, filiam Ervigii cum iuratione Wambani (ubambani *E*) subiecit. filium suum Vitizanem principem (*sic E et Saz*, uuiticam participem *M*) secum regno praefecit. Toleto decessit sub imperio Leonis.

Vitiza (uuitiza *M*) reg. an. X. (iste in vita patris in Tudensem urbem Gallitie recessit ibique Fafilanem ducem Pelagii patrem, quem Egica rex illuc direxerat, quadam occasione uxoris fuste in capite percussit, unde post ad mortem pervenit, et dum idem Witiza regnum patris accepit, Pelagium filium Fafilanis, qui postea Saracenis cum Asturibus rebellavit, ob causam patris quam praediximus ab urbe regia expulit *ins. M*). Toleto (que uuitiza *ins. M*) vitam finivit sub imperatore (imperio *E*) Tiberio.

Rudericus reg. an. III. istius tempore aera DCCLII malo (farmalio *E*) terrae Sarraceni evocati Spanias occupant regnumque Gotorum capiunt, quod adue usque ex parte pertinaciter *(om. M)* possident et cum eis Christiani die noctuque bella iniunt (ineunt *M*) et quotidie confligunt, dum predestinatio usque divina dehinc eos expelli crudeliter iubeat (amen *add. E*: confligunt, sed eis ex toto hispaniam auferre non possunt *M*).

17. *(habent E et Saz, om. M). item nomina regum catholicorum Legionensium.* Florez 13, 450. post extrema: *pos illum frater eius Sancio: deinde filius Sancionis Ranemirus* spatium vacat.

18. *(om. Saz et M). item nomina Pampilonensium regum.* Florez 13, 451. finit *Sancio* sequente spatio vacuo. in fine ad marginem adnotatum: *era DCCCCXLIIII inquoavit.*

19. *Item ordo Gotorum Obetensium regum.* incipit a Pelagio: *primus in Asturias* cet., pars prior finit in Adefonsi III anno XVIII sive aera 919 = a. Chr. 881 (Florez 13, 451—456), pars altera auctoris diversi pervenit ad aeram 921 = a. Chr. 883 (Florez 13, 456 inde a c. 66—460).

20. *(om. E) item: Sarracenorum ita est. Sarraceni perverse se putant esse ex*

Sarra, verius Agareni ab Agar . . . Abderhaman genuit Mahomat, qui nunc rex in Cordova extat. sub quo Caldeorum regnum dirutum est, si domino placuerit. Saz p. 52, non habet Florez.

21. *Item ingressio Sarraeenorum in Spania ita est.* Florez 13, 461.
22. *Hii sunt duces Arabum qui regnaverunt in Spania.* Florez 13, 461.
23. *Item hi sunt qui regnaverunt in Cordoba reges de origine Veni Umeia.* Florez 13, 462.
24. *(om. M). item exordium Sarracenorum sicut illi extimantur.* Florez 13, 463. in margine manu eadem: *quod Sarraeeni Spaniam intraverunt usque presentem eram IXIIII, anni fiunt CCLXII, et de Mahomat nequissimo profeta usque presentem eram IXIIII fiunt anni CCCLXIII.*
25. *Item explanatio gentis Gothorum. Gog quidem gens Gothorum . . . . creseat catholicorum ecclesia.* Florez 13, 464. 465. laudantur chronica Gothorum, id est historiarum Isidori c. 1[d], liber generationum propter Gothorum originem a Magog filio Iafet. in margine legitur adnotatio de regibus Pampelonensibus finiens in Ranimiro verbis *discurrente presenti era IXIIII.*

Interposito libello Isidori de fide catholica contra Iudaeos sequitur in Albeldensi f. 247 *historia de Mahmeth seudopropheta. exortus est . . . recipere presumat.* ad compilationem supra expositam haec non videtur pertinere. id ipsum valet de tractatu qui est in principio codicis Albeldensis f. 4 inscriptus *de annis et seculis atque aetatibus* Isidorianus totus: scilicet incipiunt excerpta ex orig. 5, 36. 38. 39, sequitur *ordo annorum breviter collectus,* nimirum sex aetates ex chronicis maioribus, quae finiunt sic: *ab incarnatione autem domini nostri Iesu Christi usque ad sextum Sanctionis principis annum fuerunt anni noningenti septuaginta sex.* sequitur epilogus eorundem chronicorum *residuum seculi . . . . consummatio seculi est incunctanter* (?). haec apparet proficisci a librario codicis ipsius Albeldensis.

ADDITAMENTVM VII.

COMPILATIO COD. MATR. F 86.

Complutensem librum aliquando, hodie Matritensem bibl. nat. F 86 saec. XII (egerunt de eo Arevalus Isid. 1, 671, Knust *Archiv* 8, 786, Ewald *neues Archiv* 6, 307) qui compilavit cum et alia traxerit a Pelagio Ovetensi et Isidorianis per eum usus sit, proprie Isidoriana quae sint nulla recepit. nihilominus utile visum est brevem computationem, quam pro Isidoriana Arevalus habuit, perscriptam ibi f. 5 mediam inter chronica finientia saec. XII et notitiam Pelagii de civitatibus, hic inserere descriptam nobis ab Ewaldo.

Per annos CCCCLV iudices in Israel a Moyse usque ad Saule fuere XV, et a Saule rege usque ad hedificationem Rome, quam hedificaverunt Remus et Romulus. usque ad captivitatem Hebreorum fuere reges VIII. et a Dario rege Persarum usque ad Iulium Cesarem fuere reges XXI. et a Iulio Cesare usque ad Tyberium tercium imperatorem fuere Rome LX imperatores appellati Cesares. et ex Evandalis in Hispania fuere reges VII. et ex Alanis fuere in Hyspania reges II. et ex Suevis in Hispania fuere reges VIII. et ex Gotis in Hyspania ab Atanarigo primo rege Gothorum usque ad Adefonsum regem filium Raimundi ducis et Urrace fuere reges LII. ab incarnatione domini recurrente anno CCLXXXII fuere Hyspanie reges LXVIIII. et a Pharamundo primo rege Francorum usque ad Theodericum regem XLIIII. et a Gundevado primo rege Burgundie usque ad Clodcarium regem fuere Burgundie reges VII. Pipinus et filius eius Carolus Maximus non fuerunt reges, sed principes. nomina regum paganorum priorum Francorum hec sunt: Faramundus, Clodionus, Meroveus. Childerigus et filius eius Clodoveus. Burgundiones reges Gundevadus, Sismundus, Gotmarus. Childebertus, Theodericus, Theodebertus. prima etas seculi ab Adam usque ad Noe fuere anni duo milia CCXLII. secunda etas seculi a Noe usque ad Habraham fuere anni DCCCCXLII. tercia etas seculi ab Abraham usque ad Moysen ab exordio mundi usque ibi sunt anni III milia C. quarta etas seculi a Moysen usque ad David ab exordio mundi usque ibi sunt anni DCX. quinta etas seculi a David usque ad Octavianum imperatorem et iam ex illa aetate sunt transacti mille anni et insuper ex septima millesima sunt anni transacti centum octuaginta.

ADDITAMENTVM VIII.

HISTORIA PSEVDOISIDORIANA

COD. PARISINI 6113.

Sub inscriptione *Cronica Gothorum a sancto Isidoro editum* codex Parisinus 6113 saec. XIII f. 27—49 (dixit de eo Hertzberg p. 15) narrationem continet editam infra ad apographum a Waitzio olim sumptum, mea causa a Girardo recognitum. eam cum pateat non esse Isidori, videtur esse auctoris admodum recentis: certe narrationem contexuit adhibito Landolfo (v. c. 3), qui c. a. 1000 Eutropii historiam Romanam post Paulum diaconum denuo explevit. praeterea quos auctores adhibuerit, quatenus visum est operae pretium esse, in margine indicavimus. sunt ii praeter communes omnium et compilationem Ovetensem a. 883, de qua modo p. 370 seq. exposuimus, potissimum Hispani scriptores tres Isidorus Hispalensis, cuius notabile est historiarum aut utramque recensionem scriptori notam fuisse aut ex utraque conflatam (vide inter alia quae respondent Isidorianis c. 41. 42; cf. c. 23); Iohannes Biclarensis; auctor chronicorum a. 754, quos omnes cum coniunctos habeant codices et Alcobaciensis et inde derivati, eiusmodi voluminis copia scriptori fuerit necesse est. sed quidquid habuit, incredibili vecordia et Hispaniae patriae amore furioso contaminavit et corrupit. nomina propria pleraque non errore solum, sed fraude mutavit: Athanaricus ei factus est *Rodericus*, Radagaisus vel Ragadaisus *Rogodius*, Alaricus *Enricus*, Placidia *Roladia*, Wallia *Felius*, Huni *Angli*, et sic deinceps. rerum patriarum memoriam quomodo augeat, exempla sunto haec:

Hieronymus a. Abr. 2128, Traiani 14:	*Chronica Pseudo-Isidor. c. 6:*
Tres Galatiae civitates terrae motu erutae.	Anno XVI (Traiani) dimerse sunt tres civitates in Gallicia prae nimio terrae motu. quarum ipse loco recuperavit alias tres, scilicet Armericam, Assur et Alcufa.

Hieronymus:	*c. 7:*
Severus provincia Tripolitana oppido Lepti . . . . . moritur Eburaci in Britannia.	Severus . . . Tripolim edificavit et Lepdam in Affrica et mortuus est Cartagine in Ispania inter Murciam et Luream triginta miliariis a mari.

Studia Arabica tantum abest ut apud Hispanum hunc deficiant, ut ex hoc libello discamus Caesari nomen id impositum esse ab Arabibus utpote ex matris defunctae ventre exsecto, Hadrianum, cuius in utraque lingua eruditionem Hieronymus praedicat, peritum fuisse *in Arabica lingua et Latina.* equidem aliquamdiu dubitavi, an liceret eiusmodi nugas adhuc ineditas publici iuris facere; sed ipsa illa perversa rerum immutatio Hispanis rebus qui student fortasse visa est posse prodesse.

CRONICA GOTHORVM A SANCTO ISIDORO EDITVM.

1 Historiographi *Hyspaniam triangulatam* esse referunt, videlicet superiorem et in- Oros. 1, 2, 69.
feriorem. et ex una parte circumvallat eam mediterraneum mare ab Yspali regione per
insulam Viridem, scilicet Gizirat-Alhadra transeundo allidens muros Almarie, per Deniam,
per Valenciam, inde per Tortosam, post sub Terracona se aliquantulum recurvat, sub Nar-
bona, sub Sancto Egidio, sic recto cursu Pisau transiens, per Salernum, per Sanctum
Nicholaum, ad Constinopolim *[sic]* usque pervenit ibique finem facit. *primus igitur angulus* Oros. 1, 2, 70.
ad orientem se extendit, habens Aquitaniam ad sinistram partem, Narbonam vero ad
dextram iuxta mare meditraneum [sic] *cuilibet ad orientem spectanti;* ad occidentem vero
aspicienti Narbona est illi e converso ad sinistram, Aquitania ad dexteram. *secundus* Oros. 1. 2, 71.
angulus occidentem circumplectit et septentrionem versus *Gallitiam, ubi altum petron*
dicitur, quod auctores Gades Herculis vocant, *Britanniam advergens. tercius angulus* Oros. 1, 2, 72.
contra insulam Cadix ad occanum, ubi antiquitus erat idolum quod a tepido [*scr.* stupido]
vulgo colebatur, *terram super Africanam eminens, quae ex aliqua sui parte ab occano cir-*
cumducitur. refertur etiam ab illis *duas esse Yspanias,* superiorem scilicet et inferiorem Oros. 1, 2, 73.
vel *citeriorem et ulteriorem,* altera citima Mauris, altera plane ab illis remota. Hyspania
inferior *incipiens ab oriente Asturiam petit,* per septentrionem ad Conimbriam se usque
girans, inde per Allogobrorum montes ad portus Aurae, *inde recto gressu mare medi-*
terraneum ad Cartaginem, quae est penes Bircam, pervenit. superior Yspania Gallia
braccata apellatur, ubi tanta est insolentia tantusque fastus nec non et arrogancia copiosa.
est sita ad occidentem, ubi est Sanctus Tiberius, et inter occidentem *et septentrionem* Oros. 1, 2, 74.
mare occanum et in meridie mare occidentale videlicet occanum, unde mediterraneum
mare proscindens se atque eliciens per insulam Viridem ad orientem, ut dictum est,
tendit. de superioris et inferioris Yspanie descriptione ista suficiant. de eius nunc
ethimologia dicamus. Yspania ab Ispano rege qui eam subiugavit nuncupatur. *dicitur* Isid. or. 14, 4 28. cf. 3, 71, 19.
et ab Espero sidere Esperia. est quoddam sidus quod Esperus dicitur, et apparet in
oriente per sex menses duabus horis ante auroram et dicitur Lucifer, in occidente per
alios sex menses et vocatur Hesperus reconditque se in captione solis, et tunc utroque
nomine caret. *apellatur sane Hiberia ab Hibero flumine,* quod muros Cesaranguste Isid. or. 14, 4, 28.
circumfluit.

2 *Tres filii Noe, Sem Cham et Iafch [sic]* e quibus omnes gentes dirivate sunt. *de* lib. gen. vol. 1 p. 95.
Sem processerunt XXVII generationes, de Cham X, de Iafeth XV. Sem genuit Arfaxat
avum Abrahe; *post genuit Elam et Assur et Ludi* et Aram, unde processit Abraham.
Elam genuit Alfure qui dicitur Artus. *ab Elam Elamite, ab Assur Assirii, de Ludi*
Ludiani, de Aram Suriani exorti sunt, terre quorum inicium Damascus est. *Cham genuit* l. c. p. 99.
Chus et Mesraim et Futh et Canaan. ex Chus Ethiopes, ex Mesraim Iacobite, *ex Futh*
Wandali, *ex Canaan Affricani geniti sunt.* erant prius decem generaciones in Oriente,
et ad exitum filiorum Israel de Egipto fugerunt a facie Moysi et venerunt Affricam
obtinueruntque eam. *Iafet genuit Gomer Affenet Rifad et Togorma, Iavan Tubal Mosoc* l. c. p. 96.

et Tiras. Gomer genuit Gascones, *Magog genuit Gothos, Madahi* genuit Madianitas. Isid. hist. 1d. *ex Iavan Greci sunt,* qui prius Hispaniam inhabitaverunt. hi omnibus hominibus sapientiores fuerunt et prudentiores in omni arte et in omni scientia, nimisque sagaces ad inserendas arbores, adeo ut esculas rubis insererent. *ex Tubal* Yspani venerunt et Yberi qui Navarri dicuntur, *qui prius Hitali fuerunt* habitantes iuxta Romam. *ex Mosoch* Capadoces. *ex Tiras* [tirasras *cod.*] Troiani. Hispani obtinuerunt triangulatam Yspaniam, quousque ex probitate illorum et industria Romanis notificati sunt.

3 Qui Romam primitus construxit, Romulus vocabatur, ex Alba oriundus proxima Troie minori. nam due Troie sunt, altera unde venit Eneas, altera in Apulia. Romulus ex prosapia Latinorum extitit, indeque Romanorum facundia et curialitas enituit. post Troie destruccionem venit Romulus Italiam, Romamque edificavit era millesima CCCCXL post diluvium. *genuit itaque duos filios, quorum uni nomen Amulius imposuit, alii* Paulus et Landolfus h. Rom. p. 7. 227 Droysen. *Numitor. quibus moriens ait: 'Eligite, quis ex vobis vult habere regnum quisve divicias'. placuit Numitori divicias amplecti, Amulio vero regno sublimari. postquam vero sedatum est regnum eius, sciscitatus est ab astrologis, quid eis de regno ipsius videbatur,* utrum ei prospera an adversa adfutura essent? *qui dixerunt: 'Ex lumbis tui fratris egredie- 'tur, qui te vita regnoque privabit'. post hoc Numitor genuit duos filios, masculum et feminam. masculo iam adulto praecepit Amulius, ut iret cum eo venatum. qui cum irent per saltus,* extenso arcu sagitta *percussit eum et mortuus est. de sorore vero eius quasi sanctimonialem fecit, ne aliqua progenies ex ea nasceretur* quae eum impediret. et tedio affecta de conclusione per legatos patrem suum Numitorem precata est, ut eam inde excluderet. a quo exclusa et praeter Amulii consensum nuptui tradita *geminos concepit.* cuius virum Amulius interficiens *duos filios eius* una simul sindone ligatos *in Tiberim proiecit.* inde ad mare usque advecti in recessu quodam detenti sunt. quos cum mare ad ripam proiecisset illique in sabulo palpitarent, ecce leena prosiliit ad devorandum eos. que cum poplitibus humi fixis eos incorporare vellet, nutu dei mammas illius suggere ceperunt sicque eos nutrivit usque ad longum tempus. de regis itaque familia causa venandi quidam superveniens illudque mirum et praeter nature solitum intuens, regressus domino suo nuntiavit: 'veni', inquit, 'et vide, quomodo leena pueros lactat'. qui veniens cum sodalibus ad domum suam eos adduci iussit, et quia non habebat liberos, in adoptivos sibi filios enutrivit nomenque eis imposuit alteri Romulus et alteri Remus. quo sine liberis mortuo heredes illius in regno facti civitatem hedificarunt. in qua viros fortissimos et ad bella promtissimos habitare fecerunt, super quos ipsi quasi duo reges effecti sunt. quibus auditis Romanus imperator, videlicet Amulius cum ingenti exercitu super eos venit, ut illos expugnando de civitate pelleret sibique ipsam vendicaret. cumque civitatem obsidendo circumvallarent, *Romulus* Paulus l. c. p. 7. arepto arcu sagitta percutiens *Amulium interfecit* et avi sui predictam Albam advenit. inde ad montem Aventinorum adveniens, qui est in terra Italie, urbem ibi Romam edificavit eamque compopulari viris illustribus ac iuvenibus inuxoratis ut dictum est fecit. iuvenes itaque quesierunt sibi uxores et non invenerunt. post multum sane tempus venerunt Sabinienses videre Romam. adversus quos Romulus insurgens maximam ex eis multitudinem interfecit uxoresque illorum et filias iuvenibus civitatem inhabitantibus tradidit. Sabinienses vero discedentes cum immenso exercitu super Romulum item reversi sunt eumque graviter expugnare ceperunt. videntes Romulei se nec fugere posse nec belli violentia superare, filios filiarum et uxorum suarum in acie inter se et illos posuerunt, ut sic saltem litem dirimere possent. intuentes itaque Sabini filios et filias uxorum filiarumque suarum misericordia moti pacem inter se pepigerunt. iste Romulus interfecit avum suum Amulium et generum et fratrem. post hec omnia regnavit XXXVIII annis. Numa Pompilius regnavit annis quadraginta tribus. Tullius regnavit annis triginta duobus, qui fecit sibi vestes omnibus vestibus pulcriores inque suis actibus

perniminm lascivus fulmine periit cum omni familia sua. Ancus Marcus regnavit annis viginti tribus. Priscus Tarquinius regnavit annis XXXVII. *Nabucadonosor Iherusalem* Hieronymus Abr. 1426. *obsedit, multos Iudeorum captivos in Babilonem duxit et templum quod Salomon construxerat destruxit era quadringentesima quadragesima secunda. Servius Tullius regnavit* Hieronymus 1432. *annis XXXIIII. hic Rome addidit tres monticulos* [manticulos *cod.*], *Quirinalem Viminalem Eschilinum omniumque census ordinavit. Tarquinius Superbus regnavit annis* Hier. 1470. *XXXV. ipse invenit genera tormentorum ad cruciandos homines.* cuius Romani persecucionem non ferentes eum ab urbe proiciunt eiusque loco senatores constituunt, qui praefuerunt populo Romano CCCCXL annis.

4 Posteriores urbis senatores fuerunt Iulius Cesar et Pompeius. qui litigium habuerunt inter se, quousque devicit Iulius Pompeium. Pompeius faciem Cesaris fugiens decollatus est. cuius caput in V era Ptolomeo delatum est in Egiptum. Iulius Cesar adeo potens, adeo probus fuit, ut solus sine duce, sine comite toti ymperaret orbi. cui ad ingressum Rome post cedem Pompei Arabes nomen *Cesar imposuerunt: eo quod* Isidorus or. 9, 3, 12. *matre defuncta* palpitare cepit in alvo, unde ceso *ventre vivus eductus est cum plena cesarie capitis,* ac si pubes quatuordecim esset annorum. cui iam adulto iamque super totam fere terram regnanti dixerunt sui: 'Omnis terra est tibi subiugata praeter 'Ispaniam, sed prae nimia luti copia non poteris eam contingere neque illic usque ad 'estatem venire'. quod ipse non curans a Pireneis montibus ad Ispali usque callem sub tecto fieri praecepit totumque mundum in longitudine et latitudine circuivit, ac *duos consules Marcum et Cathonem ad hoc praefecit. postea mensuravit a Roma usque* Iul. Honorius p. 21 Riese. *in orientem et occidentem et austrum et septentrionem. Nochodoxus prepositus praefuit illis qui mensuraverunt terram a Roma in orientem; Ridimus occidentalibus praefuit; prepositus in mensuratione austri Pelagius; prepositus in mensuratione septentrionalis plage Todora.* de qua satis mensuratione dictum est in geometria. *mensuratio orientalis facta fuit XXXVI annis ac tribus mensibus et XVII diebus, mensuratio occidentis in XXIX annis et VIII mensibus, mensuracio septentrionis XXIII annis et mense et XX diebus, mensuracio austri XXI anno [sic] et quinque mensibus et VIIII diebus.* iterum fecit cf. C. I. L. II 4716 al. callem a Roma usque ad Cordubam et a miliario in miliarium columnam poni praecepit et singulis columnis nomen suum insculpsit. rexitque post totum orbem quinquennio et mortus *[sic]* est.

5 Octovianus *[sic]* Cesar regnavit annis LVI et VI mensibus. per septennium totum orbem debellavit et quarto anno regni sui proposuit edictum per universum orbem ad es colligendum et laminis factis solvit, et planiciem Tiberis XX miliariis supra et XX deorsum inde firmiter applanavit, induit ac vestivit, quia auclei [*scr.* alvei] crepidines demoliebantur ab eminentia fluminis. nam in vere prae nimia [ninia *cod.*] illuvie et aquarum inundacione ripe destruebantur. manat *in monte Afiomine unde oritur CCCC et LXV* Iul. Honorius p. 39. *miliaria habens ab ortu usque ad mare.* et hoc ante nativitatem domini nostri Ihesu Christi XXXVIII annis ab illo tempore era dicta est aput omnes gentes. tempore istius civitates auguste et nobiles in Yspania edificate sunt, ut Toletum, Emerita, Cesaraugusta et Yspalis, quas ille suo nomine nuncupavit. Emerita interpretatur elevata, quia homines illustres erant ibi et in ocio positi, quos ipse nuper ab urbe adduxerat ingenuosque dimiserat in generationibus suis. Toletum fabricavit, cuius interpretacio est 'tolle lectum tuum', quia ibi requievit. est enim bene munita, terra bona et valde fertilis. super Tagum flumen ipsius urbis factus est pons, ubi erat marmor candidum et erat ibi insculptum: 'Ego Archetis feci hunc pontem'. *ab ortu istius fluminis usque* cf. C. I. L. II. 759. *ad mare DC miliaria et X* habentur. Cesaraugusta dicitur quasi nobilis a Cesare facta, Iul. Honor. p. 36. et fecit eam medianam inter Cordubam et Romam eratque camera eius in adventu et reditu. nam ab inicio multa ibi pomeria fuerunt et multa arborum fertilitas. Hyspalis interpretatur lascivia magna, in qua multitudo sarmentorum erat et palme et virgulta

silvarum abscisa. quorum hucusque ibi vestigium invenitur, quando aliqua fossio ibi fit
illarum virgarum. Corduba Grece, Latine corda titubantia dicitur. *flumen eius Vitu* Iul. Honor. p. 36.
Grece, Latine mollis placidus. *ab ortu eius usque ad mare quadringenta miliaria decem-
que.* Carmona interpretatur ‘amice considera’.

6 Tiberius regnavit annis XXIII. *quarto anno regni eius prae nimio terre motu tre-* Hier. 2034.
decim civitates dirute sunt in Italia. Gaius Cesar regnavit annis quatuor. *Matheus evan-* Isidorus chr. 242.
gelium scripsit. Claudius regnavit annis XXIII et novem mensibus. *Marcus evangelium* Isidorus chr. 245.
condit. Petrus Romam venit. Nero regnavit annis quatuordecim et octo mensibus. *ipse* Hier. 2058.
interfecit Senecam magistrum suum dicens ei: ‘elige tibi mortem’. ipse respondit: ‘*Aperiant* Hier. 2082.
brachia mea flebotomo et exeat sanguis in balneo usque quo vita ‘defungar’. in ipso anno
computate sunt expense Neronis et erant centum milia milies bisantia auri purissimi.
Gallienus medicus tempore illo in arte medicine viguit. in octavo plane anno regni cf. Isidorus chr. 275.
sui Petrus apostolus virtutibus et prodigiis Rome coruscavit. *erant recia Neronis col-* cf. Isidorus chr. 247.
ligata nodis aureis et funes earum de retorto Serico bene polito. Vespasianus regnavit Hier. 2075.
annis XVIII [X^cem^ VIII^to^ *corr. ex* VIIII]. *tercio anno regni eius obsessa est Iherusalem et* Hier. 2086.
*occisi sunt ex Iudeis sexcenta milia, fame perierunt milies mille et centum milia et centum,
gentibus autem venundata sunt ex eis centum milia.* Titus regnavit biennio et duobus
mensibus *et erat industrior in sciencia suis omnibus coetaneis et in lingua Romana* Hier. 2095.
*pericior. erat etiam opido curialis ac largus. et non fuit dies in omni statu sui regni,
in quo non impertiret omnibus egenis et pauperibus familiaribus et alienigenis necessaria
corporis.* ipse etiam edificavit domum regiam de gisso et marmore et *stabilivit fieri* Hier. 2095.
stadium equorum currendorum. Domicianus regnavit annis XV et V mensibus. *Iohannes* Isidorus chr. 263.
Ephesum rediens evangelium condidit. Nerva regnavit anno uno. Traianus regnavit decem
et VIII annis et VI mensibus. *cuius anno tercio obiit Iohannes evangelista. anno VII* Hier. 2116. Hier. 2120.
combustum est in curia regia palatium aureum. anno XVI dimerse sunt tres civitates Hier. 2127.
in Gallicia prae nimio terre motu. quarum ipse loco recuperavit alias tres, scilicet Ar-
meniam Assur et Alcufa. Helius Adrianus regnavit annis XXI, *peritus* in Arabica Hier. 2134.
linga [sic] *et Latina.* Antoninus Pius regnavit annis XXIII. *hic condonavit censum omni* Hier. 2194.
mundo et in medio Rome precepit comburi omnes libros supradictorum et privilegia
eorum et iussit fieri privilegium totius bonitatis. quo facto direxit cursum contra Assur
et debellavit Zalogiam et invenit ibi CCC milia puellarum et mortus *[sic]* est Bononie.

7 Elius Pertinax regnavit uno anno. Antoninus Comodus regnavit annis XIII.
qui se prae nimia ira subfocavit. Severus regnavit VI mensibus. Severus regnavit Hier. 2210.
XVIII annis. *ipse Tripolim* edificavit *et Lepdam in Affrica,* et mortus *[sic]* est Cartagine
in Ispania inter Murciam et Lurcam triginta miliariis a mari. Antoninus Caracalla reg-
navit annis VII. his faciebat sibi pannos auro contectos; erantque ei centum leones,
quos cotidie carnibus pascebat humanis et mortuus est apud Macham Epirus. Macri-
nus regnavit uno anno. Marcus Aurelius regnavit quatuor annis. Aurelius Alexander
regnavit annis XIII. ipse debellavit et vicit imperatorem Alfurc. Maximinus regnavit
III annis nimis impius. Gordianus regnavit VII annis. Philippus cum Philippo filio suo
regnavit VII annis anno millesimo ab urbe condita. Decius regnavit anno I et III mensi-
bus. hic Laurentium iussit assari et fuit opido durus ac perversus. Valerianus et Gallus
regnaverunt II annis et quatuor mensibus. Biloian regnavit annis XI impius et maleficus.
Claudius regnavit annis II. anno II regni eius *venerunt Goti* Romam *et interfecit eos* Hier. 2279. 2286 = Isidor. h. G. 4.
ad solum. *hac de causa Romani optulerunt ei scutum de auro obrizo et loricam auream*
fastus. Probus regnavit anno uno. Aurelianus regnavit V annis et VI mensibus.
iste primus apud Romanos diadema capiti innexuit *gemisque* et omni aurata veste, quod cf. Hier. 2312.
adhuc incongnitum erat Romanis, usus est. *Sevus* immanis *et sanguinarius fuit,* Eutrop. 9, 14.
christianorum persecutor: plures nobilium capite dampnavit, inter quos et filium sue
sororis interfecit. *hic inter Constinotipolim [sic] et Eracliam a* servis *suis interfectus est.* Eutrop. l. c.

Carus regnavit II annis. ipse equitavit contra Narbonam, ut eam destrueret, *ubi* cf. Hier. 2300.
fulmine periit. Dioclicianus regnavit annis XX. ipse praecepit fieri omnia ornamenta cf. Hier. 2312.
et indumenta sua auro contexta ibique imponi margaritas et iacuntias. in diebus eius
edificata est ecclesia Toletana nominata divitum ecclesia, quae dicitur sancta Leocadia,
et Emeritensis ecclesia, quae vocatur delicata. *post obsedit IX mensibus Alexandriam* Hier. 2314.
et cepit. Galerius regnavit II annis.

8 Constantinus maior et prior regnavit annis XXXI. *hic Gothos* Romam venientes Hier. 2348 = Isid. h. G. 5.
expugnavit et vicit. anno XXIII regni sui Constinopolim [sic] edificare cepit in medio Mai Hier. 2346. cf. vol. 1 p. 223. 643.
eamque suo nomine nuncupavit. barbari congregati Yspaniam ingressi sunt et habi-
taverunt iuxta Gallitiam, et de Gallitia usque ad mare oceanum, et iuxta Cartaginem,
a Cartagine usque ad ecclesiam Corvorum sancti Vincentii, et iuxta flumen Cordube
ad occasum. territi Yspani fugerunt ad altiora et circa Cordubam habitarunt. Constantinus
divisit Yspaniam in sex metropoles[1]). prima metropolis est Narbona capud Gallie
braccate; sub metropolitania eius sunt Biteris, Tolosa, Magalona, Nemausum, Carcas-
sona, Luteba, Albia. secunda metropolis Braccara; submetropoles eius Dunio, Fistucal,
Todi, Oria, Luca, Burtania, Asturica, Hovetum, Sanctus Iacobus, Bezea (destructa
est). tercia metropolis terra Scamperie Terracona; submetropoles eius Barchinona,
Exala, Ierunda, Abornis, Ausona, Urgellus, Ylorda, Tortosa, Cesaraugusta, Oscha, Pampi-
lona, Auca, Calahorra, Tirassona, Assauch, Amaya (destructe sunt). quarta metropolis
est in Cartagine terra Malava et Lurea; capud Toletum; submetropoles eius Arcto,
Viacia, Mentesa, Acci, Astigi, Urgi, Vegastria, Hylici, Satiba, Denia, Valentia, Valeria,
Segobria, Archabico, Copluto, Segonzia, Oxonia, Socovia, Palentia. quinta metropolis
in terra Lazdenie; capud Emerita; submetropoles eius Pace, Elisiponia, Exonova, Ygi-
tania, Conimbria, Beseo, Lameco, Calabria, Salamanca, Abela, Elbora, Cauria. sexta
metropolis est Yspalis; submetropoles eius Italica, Assidona, Agabra, Ercpla, Malaca,
Eliberri, Astagi, Corduba, Tingitana cis mare, quae pertingit usque ad Cadiz. nam
due Tingitane sunt, ultra mare et hinc. he sunt omnes civitates utriusque Yspanie.

9 Constans cum Constancio regnavit annis XXIIII et mensibus V. Iulianus apostata
regnavit anno I. Iobianus regnavit VIII mensibus. Valentinianus regnavit annis XIII.
decimo anno regni eius Goti elegerunt sibi Rodericum regem. *ipse fuit primus rex* laterc. reg. Visig.
Gotorum et sacrificabat ydolis et adunaverat multos Christianos, cum quibus sacrificaret;
qui dimittentes illum Romam adiverunt. ultimo anno regni sui destructe sunt leges.
divisum est regnum. pars sequebatur Rodericum, *pars vero fratrem eius.* nam alter Isid. h. G. 7.
alterum expugnabat. videns autem Rodericus se non posse superare, cum militibus
Romani imperatoris fratrem expugnavit et vicit. quos habita victoria remittens *Romanum* Isid. l. c.
precatus est imperatorem, ut sibi de sapientissimis Romonorum [sic] miteret, qui eum in
fide catholica imbuerent. a quibus diligenter instructus cum omni gente sua baptismi
gratiam percepit. post hec Goti ab Anglis *vehementer oppressi, cum iam non possent* Isid. h. G. 9.
resistere, ab imperatore Romano terram, in qua habitarent, petierunt. qui dedit eis Traciam,
in qua habitarunt in pace *et servicio Romano. postquam ventum est ad hoc, ut redde-*
rent tributum, in Romanum imperium insurrexerunt et incensis terris quas inhabitabant
Romanos graviter expugnantes imperatorem ipsum sagitta *percusserunt et mortuus est.* Isid. h. G. 11
et regnavit Teodosius Ispaniensis VII annis. anno III regni eius venit rex Gothorum
humillime ad Romanum imperatorem, a quo susceptus honorifice post XV dies mortuus
est. videntes Goti Romanorum imperatorem tanta in rege suo beneficia perpetrasse, iugo
eius sese subdiderunt. era CCCCXXX initum est bellum inter Gothos et Romanos et Isid. h. G. 13.

---

1) Eandem divisionem Hispaniae in provincias ecclesiasticas sex pseudoconstantiniam Florez *Esp. sagr.* 4, 116—130 affert ex versionibus Hispanis libri a Mauro Rasis scripti a. 977 et ex codice Toletano Loaysae olim viso.

incanduit vehementer, ita ut altera pars subiecta esset Rogodio *et altera* fratri eius Theodosio. ab illo ergo die Gothi inter se graviter dimicarunt sub existentia duorum regum. *Gothi cognoscentes, quod eis Romani insultarent, a fide Christi et Romano imperio* Isid. h. G. 14; cf 11. *recesserunt. postquam Amalricus, qui tempore Theodosii regnabat super Gothos, mortuus est, regnavit Rogodius. qui pessimus et contra Christianos nimis iratus, erat enim cultor idolorum, collegit centum milia bellatorum et pergens Romam iuravit, quod omnes Christianos neci traderet eorumque sanguinem idolis immolaret. quod audiens Romanus imperator principem milicie obviam ei misit, qui Rogodium ante ingressum Tuscie* [bis cod.] *gladio peremit. post cuius interfeccionem, Enricus, qui iam rex Gothorum extiterat, egre tulit,* Isid. h. G. 15. *eo quod Rogodius et socii eius bello corruissent, et veniens Romam obsedit et cepit eam. era CCCCXLVII, anno quinto decimo imperii Honorii Enricus Romam ingrediens per castra edictum posuit, ut nullus omnino res vel personas ecclesie tangere praesumeret. audiens igitur, quod quidam vasa aurea et argentea de ecclesia sancti Petri,* quae aurea dicitur, *asportassent, reddi continuo praecepit dicens:* 'Romanos', inquit, 'debellare venimus, non apostolos'. *tunc captivata est soror Honorii Boladia, cum qua infinitam peccuniam et* Isid. h. G. 18. *omnes tesauros regios abstulerunt. post triduum adventus sui relinquentes Romam recesserunt succensis ubique ignibus per totam civitatem. tunc omnes naves, que a Roma in Siciliam cursitabant, rapuerunt et volentes transire* ad Ispanorum insulas *ingressi mare naufragio perierunt submerso rege eorum anno XVIII regni sui. post regnavit* Isid. h. G. 19. *Adolif super Gothis sex annis. hic V anno regni sui venit in Galliam* braccatam *et accepit Boladiam sororem Honorii,* cum qua *ivit Burchinonam, ubi a militibus suis percussus mortuus est* sine liberis. *post regnavit* Serich VIII annis. *ut autem homines* Isid. h. G. 20. *sui viderunt eum Romanum diligere imperatorem eique in omnibus obtemperantem, neci eum tradiderunt. post quem regnavit Felius III annis, vir sapiens; qui confortatus in* Isid. h. G. 21. *regno misit Romano imperatori multa donaria, suum semper ei servitium proferens. cuius humilitatem videns imperator* misit ei unum de magnatibus suis, qui ferret illi auxilium *ad expugnandos barbaros, contra quos dimicavit et devicit eos regemque eorum interfecit. devictis Ispanie partibus sibique subiectis voluit mare transire ad debellandas* (dellandas *cod.*) Marrochinas et *Affricanas partes. cum autem esset in medio mari, ecce ventus validus irruit* contra occidentem *et reversi sunt* ad mare Caditium et non potuit perficere quod volebat. *inde remeans ad Galliam* braccatam *Romano imperatori quod gestum fuerat intimavit, qui concessit ei* Italiam *cum ceteris terris affinibus usque oceanum* cumque in magna pace constituit.

10 *Era CCCCLIIII* anno IX Theodosii minoris *Felius supra dictus mortis debitum* Isid. h. G. 23. *solvit et regnavit Theodorus XXXIII annis. cui non suffecit terra, quam Felius obtinebat, sed contra Romanum imperatorem insurgens Horosliam civitatem Rome vicinam tamdiu obsedit, quousque multi fugerent a civitate cum praeposito civitatis. qui fugientes obviam habuerunt ducem Romanorum, cui omnia gesta retulerunt: dux vero Romanorum adunato exercitu regem expugnavit et vicit* suoque dominio expulit. *tunc rex Gothorum venit Narbonam eamque debellavit* et arbores eius in quantum potuit extirpavit. quibus auditis Romanus imperator collegit exercitum suum et cum eo litigavit et non evasit nisi dux Gothorum tantum. ut autem vidit se victorem super Gothos *sciscitatus est ab ariolis magis et astrologis* dicens: 'quid vobis videtur, prosperabor, si pugnavero 'cum rege Gothorum?' 'secure', inquiunt, 'dimica contra eum, quia tu eris victor'. et quia non fuit cum deo spiritus eius magorum consilio Gothos expugnans, solus *corruit* exercitusque eius illesus Romam rediit. quo facto rex Gothorum legationem misit Romano imperatori pacem expetens et concordiam. at ille cum eo fedus pacificum stabilivit. postquam Angli audierunt, quid fecerat imperator Romanus cum Gothis, ad Galliam bracatam usque venerunt assultumque magnum in eam fecerunt, multa milia ovium et armentorum neci dederunt. *quod audiens Romanus imperator ducem suum* Isid. h. G. 25.

cum rege Gothorum ad eos direxit consertoque inter illos bello infiniti Anglorum ceciderunt in campo Catalanno nec non et rex Gothorum cum multis suorum occubuit concessa Romanis victoria. *post Trasmundus Theodori filius regnavit super Gothos* III annis. Isid. h. G. 30. 25.
qui volens vindicare sanguinem patris sui cum Anglis bellum inivit, CCC milia et eo Isid. h. G. 27.
amplius ex illis interemit, regemque illorum Atalum occidit. eo tempore prodigia et signa Isid. h. G. 26.
magna erant in terra et terre motus, et luna passa est eclipsin. *visa est in septemtrione albedo magna cum rubedine designans magnam sanguinis effusionem super terram; et comete caudatus in occidente visus est.* quando nutu dei apparet in celo cometa, tria docet vel designat ventura, sicut antiqui experti sunt: intimat itaque mortalitatem regum, destructionem regionum, famem validam super terram incumbentem. *mortuo Atala filii* Isid. h. G. 28.
eius duo *super regnum litagare [sic] ceperunt et* quia deum coeli ignoraverunt, *ab exterminatore perierunt.*

11 *Era CCCCXC regnavit Mergianus Cesar Rome.* qui partitus est totum mundum Isid. h. G. 39.
in octo partes. prima pars Romanum imperium, secunda Francorum imperium, tercia pars Cartago cum tota Affrica, quarta pars Alexandria, quinta pars Ispania inferior, sexta Iherosolima, septima Antiochia cum suis affinibus, octava Constantinopolis cum tota Grecia. itaque iste octonariam fecit divisionem, sicut austrogi [sic] septenariam fecerunt per septem mundi climata. nullus metropolitanus praesumere debet super alterius episcopos vel ligare vel solvere vel aliquid ius habere, nisi iussu vel precatu proprii metropolitani. igitur apostolicus, qui est capud totius mundi, causidicat super Italiam Campaniam Capuam Lotoringiam Alamanniam Theotonicam Abiriam Bevariam. metropolis Iactu censet super Galliam togatam et comatam aritam [sic] et Aquitaniam. metropolis Cartaginensium iudicat super Numidiam et Bisintiam et Barbaricam et Affricam cum suis afinibus et Ethiopiam. metropolis Alexandrinorum super totam diiudicat Egiptum et eius confines. metropolis Ispalensium super totam Ispaniam et super sex metropoles. patriarcha Iherosolimitanus super Assur et suos fines et Comzumant et Combumzant et Sidon et terram Philistiim et Iesdona et Samariam et Galgalam. Antiochensis metropolitanus super omnem terram Alcufe et eius fines et Mahiam et eius fines et Assat sisa. Constantinopolitanus Macedoniam Mathdiniam Corintum et fines Acchaie.

12 *Postquam Transmundus* Anglos *interfecit,* versa *manu fratrem suum occidit. era* Isid. h. G. 30. Isid. h. G. 31.
CCCCXCVIIII anno VII regni Mergiani regnavit Theodoricus frater interfecti super Gothos XIII annis. in Aquitania precepto Romani imperatoris congregavit exercitum et venit Galliam braccatam volens transire Galliciam. *quo XII ante Auxturgam miliario occurrit ei dominus Gallitie et consertum est bellum inter eos. sed dux Gallitie victus et versus in fugam. ductus est ad regem Gothorum, qui iussit eum decollari. et re-* Isid. h. G. 32.
gressus Emeritam asportavit praedam ad ecclesiam sancte Eulalie nomine dedicatam [delicatam *cod.*]. *octavo anno regni Leonis Romani* [romari *cod.*] *imperatoris successit Aurich* Isid. h. G. 34.
rex Gothorum et regnavit XVIIII annis. et exiens contra Lasdaniam illamque regionem depraedatus ivit Pampilonam Cesaraugustam et cepit eas. post conserto bello cum hominibus Tortose *perrexit Galliam* braccatam *Massiliam Arelaten et obtinuit eas ibique* Isid. h. G. 35.
mortus [sic] est. anno decimo imperii Zenon Romane urbis rex Gothorum Enricus regnavit Isid. h. G. 36.
Tolose annis XXIII. ad quem veniens rex Francorum debellavit et vicit eum cepitque Tolosam. *Enricus vero Franciam ingressus* maiorem *partem obtinuit* [obtiuit *corr. in* obtinut *cod.*] *Gothosque habitare constituit. era DXL quarta anno XVII Eustachii imperatoris regnavit super Gothos Gaslicus.* qui Gascones regemque Francorum *apud Narbonam* obsidens *profectus est ad terras* Corinti; et quia dominus Corinti amicus eius non dedit ei quod volebat, *regressus Ispaniam petiit* Italiam *ibique per annum moratus, vertit frenum* contra Barchinonam. *quem dux* Burgundie *quesivit et interfecit* cum maxima populi multitudine *XII miliario a Barchinona super flumen* Daronig. *era* Isid. h. G. 40.

quingentesima LX quarta primo anno [quaedam crasa in cod.] regnavit super Gothos
nepos Amalrici V annis apud Narbonam, ubi a rege Francorum obsessus noctu secessit
in partes Barchinone ibique a suis interfectus est eo quod fugisset.

13 *Era quingentesima septuagesima regnavit super Gothos Theodosius X et VII annis et* Isid. h. G. 41.
V mensibus. qui eruditus omni sapientia dirigebat legem et cerimonias eorum in Toleto
praecepitque eis, ut facerent concilia, et ea conveniebant. *tempore cuius quinque reges*
Francorum obsederunt Cesaraugustam, Terraconam depopulati sunt. contra quos rex
Gothorum misit ducem Bitissicum, qui debellavit eos et vicit tradiditque internicioni.
rex vero Gothorum transivit Zaptam et debellavit eam, sed die dominica non inquietabat Isid. h. G. 42.
eos, ne legem suam pollueret. quod videntes Zeptiani insidiati sunt eis et interfecerunt
ex illis milia milium; qui autem evaserunt, in mari submersi sunt. sed regem Gothorum Isid. h. G. 43.
quidam ingenio peremit. quo mortuo regnavit Bitissicus uno anno et III mensibus. Isid. h. G. 44.
qui una uxore minime contentus rapiebat filias nobilium, unde apud Ispalim in taberna
bibens occisus est ab illis. era quingentesima LXXX nona anno vicesimo quarto regni Isid. h. G. 45.
Bastini Cesaris regnavit super Gothos Agila V annis. qui egressus de Toleto *pergens*
contra Cordubam in ecclesia sancte Iuliane *fecit stabulum equorum et non timuit deum*
nec veritus est homines. habitantes autem Cordubam insurrexerunt in eum filiumque eius
interfecerunt. ipse fugiens Emeritam vix evasit, ubi obsedit eum *Atanagillus* rex *Ispa-* Isid. h. G. 46.
lensium. quem ut [*ui* cod.] *viderunt Emeritenses nichil omnino valere obsessum, insur-*
rexerunt in eum et interfecerunt capudque eius Atanagillo dederunt. *qui obtinuit* Eme-
ritam *XV annis misitque ad Romanum imperatorem, ut mitteret ei milites in auxilium.* Isid. h. G. 47.
qui iuverunt eum ad capiendas terras. *quos cum vellet Romam redire,* ne debellarent
eum, *habitarunt ipso nolente. et mortuus est Atanagillus Toleti. anno II imperii*
Iustiniani minoris regnavit super Gothos Leviba tribus annis in Narbona et associavit Isid. h. G. 48.
sibi Leovigillum in regno deditque ei Gasconiam.

14 *Leviba mortuo Leovigillus regnavit super* Gascones *et Yspaniam.* caput regni eius
Toletum. *et debellavit castella* [quae *erasum?*] *extra dominium suum.* et nichil amplius
Gothi obtinebant nisi Gallias et Toletum. *tunc equitavit Malacam,* quae est in ora maris, Ioh. a. 570.
et obtinuit eam et omnia castella eius destruxit. inde Sadunam profectus similiter fecit. et Ioh. a. 571.
veniens Iahen obtinuit *castrum Sabba* et pergens Conimbriam quae est in terra Portu- Ioh. a. 573.
galensi *et debellavit castrum Amaia* et cum magna praeda reversus est Toletum. *post per-* Ioh. a. 574. Ioh. a. 575.
rexit in expeditionem adversus Reiam et Rasdunam *et debellavit eos* et obtinuit *regemque*
nomine Albidum eum filiis et uxore captivum adduxit Toletum. *post depopulatus est* Ioh. a. 576.
Gallitiam et a facie eius Mirus rex Suevorum fugiens montana conscendit. quem Leo-
vigildus fraude suscepit captivum. in ipso anno Flandrenses et Ruteni Hosmam in-
gressi sunt. Leovigillus Scamberiam depredatus cepit multa castella et *edificavit civi-* Ioh. a. 578.
tatem quam vocavit Rocobolam ex nomine filii sui prope Toletum. *post debellavit Bis-* Ioh. a. 581.
conios et edificavit super eos castellum nomine Bartubaecum misitque nuncios ad regem
Francorum, ut filiam suam Susgosam filio suo Erminigillo daret uxorem. cui in dotem Ioh. a. 579.
Ispalim cum suis finibus dedit. quae marito persuasit, ut in patrem insurgens pro eo
regnaret. pater vero eius debellavit eum et Taliqua inclusit et cepit proiceitque eum de Ioh. a. 583. 584.
terra sua versus Valentiam, ubi occiderunt eum. et regnavit Leovigillus XVIII annis. Ioh. a. 585. 586. Ioh. a. 585.
tempore cuius Leander erat archiepiscopus Ispalensis. Ioh. a. 586.

15 *Post regnavit super Gothos* Toleto *Richaredus filius Leovigilli, anno tercio Mauricii* Ioh. a. 590.
Cesaris. hic coadunavit episcopos tocius Ispanie Toleti et mutavit patris sui consuetu-
dinem et construxit ecclesiam in fide eamque affectavit. fuitque bonus, mundus, catholi- Isid. h. G. 355. 356.
cus, divinis literis imbutus, iusticia indutus, bene morigeratus populoque suo tributa
condonabat. nichil sibi pro Christo retinebat, sed erat largus pupillis, viduis et orfanis.
ipse hedificavit ecclesiam in confinio Iades nomine Pietam et est nomen eius sculp-
tum super portam. *eo tempore venerunt Francigene super Gascones numero LX* Isid. h. G. 54.

milia, quos debellavit et vicit, et fere omnes mortui sunt: nullus enim manus eius
evadere poterat. mortuus est Toleto anno imperii sui sexto decimo regnavitque Liuba Isid. h. G. 56. Isid. h. G. 57.
filius eius Toleto. Mauricius regnavit annis XX. *Liuba iuvenis erat pulcher, mundus,*
mansuetus, patiens, curialis. catholicus, et per omnia patrem suum exequebatur. *cuius*
brachium Viutericus quidam ex familia eius *ense amputavit, et mortuus est. qui uno* Isid. h. G. 58.
tantum anno regnavit. Viutericus vero regnavit Toleto contra voluntatem omnium Ispa-
norum eratque audax, malivolus, supersticiosus, virtuosus *et in bello strenuus,* pravus
et perversus contra populum suum. septimo anno regni sui *Seguntiam cepit. quem*
quidam suorum vino sopitum ense interfecit.

16 *Era sexcentesima et XLVIII, sexto anno regni Focatis regis Romanorum regnavit* Isid. h. G. 59.
super Gothos Gondomarus Toleto duobus annis et nichil boni fecit nisi quod *restitit*
regi Romanorum et Vascones humiliavit. qui Toleto mortuus est. era sexcentensima quin- Isid. h. G. 60.
quagesima regnavit super Gothos Toleti Sisebutus novem annis. qui Iudeos violenter ad
christianitatem provocabat, quod iniustum erat, ut aliquis vi convertatur. et in scriptura
providus erat, causidicus, bonus, humilis, deo timoratus, providus in lege domini, belli-
cosus, gloriosus, misericors, caritativus. *tempore cuius Ysidorus fuit Yspalensis archi-* Chr. 754 c. 16.
episcopus. tunc adivit et Turgam et cepit eam humiliavitque populum Aneosi et eiecit Isid. h. G. 61.
eum de montibus validis. post egressus Romanorum partes obtinuit et mortuus est Toleti
veneno. post regnavit Ricaredus filius eius misericors mittis et bone indolis, *qui mortuus* Chr. 754 c. 17.
est mense tercio regni sui. era sexcentesima quinquagesima VIIII, anno decimo regni Isid. h. G. 62.
imperatoris Eraclii regnavit Toleti *super Gotos Seintilla. qui partes Romanorum petens*
Galliam *obtinuit, castella et civitates.* Galli insurgentes debellarunt eum. *contra Terra-* Isid. h. G. 63.
conam etiam debellavit [sic ex debellarunt *corr. cod.]. tributa et obsides ab eis accepit,*
ut edificarent civitatem Olivitam. erat amenosus, benivolus, largus et ab omnibus amabilis, Isid. h. G. 64.
inquisitor scripturarum sapientissimus, sue legis ac sui iudicii bonus causidicus, amator
pauperum viduarumque pater, refugium orfanorum. anno vero septimo regni sui Toleto
mortuus est.

17 *Eraclius itaque imperator* cum rege Constantinorum dimicavit *et iniit fedus cum* Chr. 754 c. 1.
rege Affricano ut filiam eius acciperet nomine Folabiam pulcram nimis. *Focas hoc audito*
praevenit accelaravit *[sic]* eamque duxit uxorem. *quod Eraclius audiens* oppido egre tulit
et *congregans omnes nationes Affricanas et* Arabes [arebes *cod.*] usque ad mare oceanum
posuit Nubitam ducem super partem exercitus sui dicens: 'vade Constantinopolim per terram;
'si eam capere potueris, erit tua et ego tuus et ego mare illam adhibo: si eam optinuero,
'ero ut sum imperator.' post congregavit drumones et galeas omnes, quas invenerat in
Affrica et Arabica terra et Ispaniorum et fuerunt insimul mille XXX naves. *cum quibus*
Constantinopolim petivit eamque ante suum ducem Nubitam praeveniens debellavit et cepit
Focamque interfecit. post Constantinopolitane urbi imperavit era sexcentesima LXVII
anno Mahomet *XXX annis. postquam scivit Nubitus ingressum domini sui Constantino-* Chr. 754 c. 2.
polim Iherosolimam reversus *obtinuit Egiptum* et Corozaim scilicet Alfurae, ubi sunt
fere mille civitates, et posuit duces suos ad regendas illas regiones. hoc audito Coro-
zoitani timuerunt valde et venerunt et depopulati sunt terram Romanorum, ubi multa
milia hominum interfecerunt. tunc regressus est Eraclius ad terras Cosdroe. *filius* Chr. 754 c. 3.
autem Cosdroe audiens Eraclium venisse rogavit eum, ut daret ei milites, cum quibus
patrem suum posset debellare. Eraclius itaque cum filio Cosdroe [cordroe *cod.*] abierunt
obtinueruntque terram Cosdroe et interfecerunt eum et *accepit civitatem Azzuz,* quae Chr. 754 c. 2.
erat camera Cosdroe. tunc surrexit guerra inter eum et Arabes. *Eraclius vero iussit* Chr. 754 c. 11.
omnes duces optimates et principes suos Damasci congregari, ut eam custodirent, ne forte
caperent eam fratremque suum Theodorum fecit ducem super partem populi et ad castel-
lum Gabita cum direxit. cui Arabes occurrentes debellaverunt eum et multi ceciderunt Chr. 754 c. 12.
[eciderut *cod.*] *et mortuus est Thedorus omnisque exercitus Eraclii. ipse erat quinqua-* Chr. 754 c. 1.

gesimus septimus in numero imperatorum. post regnavit super Gothos Toleti Seiseundus Chr. 754 c. 19.
quinque annis, qui anno tercio regni sui congregavit omnes acpiscopos Yspanie apud Chr. 754 c. 20.
Toletum octoginta, ut eos consuleret in ecclesia sancte Leoeadie. cui concilio Ysidorus Ispa-
lensis archiepiscopus et Berolius praesul Cesaraugustanus praefuerunt era DCLXXII.
post regnavit Toleti *Scintula sex annis.* anno quinto regni sui *congregavit viginti qua-* Chr. 754 c. 21. 22.
tuor episcopos de Ispania multumque populum. inter quos Berolius episcopus erat. post Chr. 754 c. 23.
regnavit Toleti *Talca duobus annis. post regnavit Gondolus* quatuor annis. Chr. 754 c. 26.

18 Post Gondolo Soa V annis et erat sapientissimus in lingua barbara. hic direxit
legatos ad barbaros et ad gentes Oribe, sicut narrant libri prophetarum. era sex-
centesima nonagesima nona *obiit Eraclius idropicus,* decem annis anno Mahomet Chr. 754 c. 23.
[mahometmet *cod.*]. *post regnavit Bitibas* Toleti *octo annis. qui omnes ecclesias Tole-* Chr. 754 c. 46.
tanc urbis decoravit et honoravit. edificatores vero ad inditium probitatis eius in una-
quaque ecclesia nomen ipsius sculpserunt. iste direxit epistolam Romano imperatori.
post Arves regnavit septem annis. tempore cuius fames fuit valida per totam Ispaniam. Chr. 754 c. 50.
era DCCX visa est stella in celo cometa. *hic triginta quinque episcopos penes Toletum*
adunavit, ut eos consuleret. Toletanus archiepiscopus tunc temporis erat Iulianus ex
genere Iudeorum. tunc Bestinus regnavit super Romanos et erat pessimus in omnibus Chr. 754 c. 51.
factis suis. *post Aieas regnavit super Gothos* Toleti *XV annis et humiliavit eos et ad* Chr. 754 c. 53.
terram prostravit. omne illorum peccuniam diripuit eosque proscripsit. *eo tempore Leo* Chr. 754 c. 56.
fuit Romanorum imperator sexagesimus secundus ab inicio. post regnavit Tolcti Geticus Chr. 754 c. 58.
XXVII annis, bene morigeratus et bone indolis, *qui omnes quos pater suus in carcere*
et compedibus afflixerat, eripuit. erga populum suum bonus et temperatus extitit et
in omni consilio suo episcopos et proceres [procedes *cod.*] regni convocavit.

19 Interim in regia curia Ispalensi [ipalensi *cod.*] inter alia ceperunt loqui de pulcritudine mulierum. inter quos quidam in hec verba erupit dicens, quod nulla pulcrior filia Iuliani esset in tota terra. hoc audito Geticus cum quodam duce ab aliis semotus locutus [lotutus *cod.*] est, quomodo ad illam caute nuntium mitteret; qui illam quantocius exiberet. cui ille: 'mitte', inquid, 'pro Iuliano ut veniat. et esto cum eo per [dies *ins. cod.*] aliquot dies in potacione et alacritate cibi et potus'. interim cum Iulianus esset in convivio, Geticus scripsit literas sub nomine Iuliani, quas eius sigillo munitas direxit comitisse illius uxori, ut filiam suam Olibam sibi velocius Ispalim adduceret. Iuliano in illa delectacione potacionis et comestione occupato Gethicus eam per dies plurimos habuit et stupravit. adhuc Iulianus comessationi deditus quadam die respexit et vidit armigerum suum, quem Tingitane reliquerat, vocavitque eum ad se et ait: 'quomodo hic venisti?' qui respondit: 'tu misisti pro uxore tua et filia et in comitatu eorum veni'. 'vade', inquit Iulianus armigero, 'ad uxorem meam, ut cito ad me veniat'. quae veniens nunciavit ei, quomodo Geticus eam et filiam suam ad se sub dolo fecit adduci. 'vade', inquit Iulianus, 'et collige omnes res tuas et ad ripam usque fluminis propera ibique navim ascendentes repatriabimus dimissa filia'. qui navim ascendentes recto et veloci cursu Leptam venerunt. qui congregans omnem pecuniam in auro et argento et vestimentis ad Alcala usque properavit ad Tarech regem dixitque ei: 'vis ingredi Ispaniam? ego te ducam, quia claves maris et terre habeo et bene te dirigere possum.' 'que fiducia', inquit Tarech, 'erit mihi in te, cum tu sis Christianus et ego Maurus?' 'in hoc bene confidere poteris in me, quia dimittam tibi uxorem meam et filios infinitamque peccuniam.' tunc securitate accepta Tarech maximam militum multitudinem [multidinem *cod.*] collegit et ad insulam Tarif cum Iuliano veniens inter Malacam et Leptam ascendit in montem, qui usque hodie mons Tarech dicitur, inde cum exercitu suo Tarech Yspalim usque veniens expugnavit eam et cepit.

20 Interim Gethicus mortuus est duosque filios dimisit Sebastinum et Euo. et quoniam essent pueri, habitatores terre noluerunt eos regnare super se, sed elegerunt

sibi regem nomine Rodericum. qui infinitum congregans exercitum contra Tarec processit. filii vero Gethici miserunt ad Tarec dicentes: 'nos praecedemus cum maxima 'exercitus multitudine fingentes nos quasi contra te pugnaturos. qui cito terga dabimus 'et tu persequere nos dabiturque tibi de hoste tropheum.' Tarec vero non immemor utilitatis sue persecutus eos et multi corruerunt, quin et Rodericus mortuus est. fecitque eis privilegium, ut omni tempore vite sue manerent ingenui Sebastinus et Euo. numerus villarum quas habebant tria milia LX.

21 Triumpho perhacto Tarec Toletum perrexit et Mugit dux eius cum octingentis militibus super Cordubam remansit, ut eam caperet. Corduba capta misit Tarech Mugit ad Totmirum regem. tunc venit Mugit cum militibus, quos Moises dominus Tarec direxerat. eo tempore Totmirus rex de Oriola exivit obviam ei bellumque inter eos durum et asperum exortum [exertum *cod.*] est. Totmirus terga dedit et fugiens Murciam ingressus est post cedem maximam suorum. mulieres, quas ibi invenit, totondit easque in virilem habitum mutans super muros armatas exposuit. alia die Totmirus contra Tarec egressus sic orsus est: 'Tarec, da mihi pacem et ingenuitatem in omni 'populo meo et terram tibi ex integro dabo'. 'faciam', inquit. postquam ingressi Murciam viderunt ibi non nisi mulieres esse, penituit eos modicum non sustinuisse, quousque eos vi adquirerent. et tamen quod statuerant ratum habuerunt, quia inter reges et proceres veritas semper obnixe tenenda est. quo facto Tarec cum exercitu suo Toletum veniens obsedit eam et obtinuit. cui dixit Iulianus: 'Tarec, capta Ispania 'tuos a te milites disperge, ut et reliqua loca capiant et tu in pace ammodo requiescas'. cuius ille consiliis adquiescens suos continuo [cotinuo *cod.*] milites ad occupandas terras usquequaque direxit, ipse vero Toleti residens super Ispaniam regnare cepit era septingentesima quinquagesima septima.

ADDITAMENTVM IX.

DE PROPRIETATIBVS GENTIVM.

FORMA PRIMA.

Compilatio Ovetensis a. 883, sicut supra p. 370 exposuimus, capite sexto (p. 371) laterculum habet eum qui sequitur servatum in codice Matritensi bibl. nat. E 2 recentis aetatis, sed descripto ex deperdito vetusto, editum autem a Florezio *Esp. sagr.* 13, 434. ex eadem compilatione eundem laterculum proponit codex Matritensis bibl. nat. X, 161 saec. XI/XII (supra p. 258: ed. inde Hartel bibl. patr. Lat. Hisp. 1, 457), item ex hoc descriptus Romanus Vallicellianus R 33 saec. XV (supra p. 256; descripsi). orthographica formavi ad Matritensem X, 161.

De proprietatibus gentium.

1. sapientia Grecorum.
2. forcia Gotthorum.
3. consilia Chaldeorum.
4. superbia (pacientia *Matr. X, Vall.*) Romanorum.
5. ferocitas Francorum.
6. ira Britanorum.
7. libido Scottorum (scutorum *Matr. X*).
8. duritia Saxonum (xaxanorum *Matr. X*, saxanorum *Vall.*).
9. cupiditas Persarum.
10. invidia Iudaeorum.
11. pax Aethioporum (ezioporum *Matr. X*, ethiopum *Vall.*; *post* 12 *Matr. E 2*).
12. commercia Gallorum (gallanorum *Matr. X, Vall.*).

FORMA SECVNDA.

Quae sequuntur exhibent libri hi:

B = Bernensis n. 48 f. 1 saec. XI (Hagen catal. p. 69). edidit inde Hagen in disputatione de codicis Bernensis n. 109 notis Tironianis (progr. univ. Bern. a. 1880) p. 12.

P = Parisinus n. 4892 saec. XII f. 243 post tractatum de Ierusalem et de locis sanctis (ed. inde Pertz *Archiv* vol. 8 a. 1843 p. 342). ex hoc libro videtur descriptus esse Vaticanus reginae n. 554 saec. XV (Pertz *Archiv* 12, 290).

D = Cantabrigiensis collegii corporis Christi 139 saec. XIII, unde ed. Wright et Halliwell in reliquiis antiquis (vol. 1 Londini 1841 p. 127) et Petrie l. c. laterculi in eo libro leguntur bis tam ante historiam Brittonum quam post eam; adhibui textum priorem. dicetur de libro ad historiam illam.

C = Cantabrigiensis bibliothecae publicae Ff. I 27 saec. XIII post Nenniana, unde ed. Henricus Petrie in monumentorum historicorum Britannicorum vol. 1 (1848) p. 81. descriptus est ex eo qui praecedit.

De vitiis (de malis et perversis naturis *CD*) gentium (hominum *C*).

1. invidia Iudeorum.
2. perfidia Persarum.
3. astutia (*PCD*, stulticia *B*) Aegyptiorum (3 *post* 4 *CD*).
4. fallatia Grecorum.
5. sevitia Sarracenorum (sarac- *CD*).

6. levitas Chaldeorum.
7. varietas Afrorum.
8. gula Gallorum.
9. vana gloria Langobardorum (long- *PCD*).
10. crudelitas Unorum (hunorum *B²CD*).
11. inmunditia Suavorum (sucuorum *P*, sabinorum *CD*).
12. ferocitas (nobilitas *B²*) Francorum.
13. stultitia (*sic B²*, *inc. B¹*) Sasonorum (saxonum *CDᵇ*, *inc. Dᵃ*, 13 *om. P*).
[13ᵃ. hebetudo Bavariorum *ins. CD*].
14. luxuria Guasconum (*sic P*, uuascanorum *CD*, normannorum *B²*, *inc. B¹*).
15. libido Scottorum (15 *om. P*, *post* 17 *D*, *post* superbia pictauorum *C*).
16. vinolentia (uiolentia *Dᵃ*) Spanorum (hispanorum *CD*).
17. duritia Pictorum (pictauorum *P*; 17 *post* 11 *P*; duritia pictorum *hoc loco CD*, *add. in fine* duricia (*superscr.* uel superbia) pictauorum *D²*, superbia pictauorum *repetitur post* libido sucuorum *in C*).
[17ᵃ. libido Suevorum *post* 17 *C*, *in fine D²*].
18. ira Brittanorum (britonum *P*, brittonum *CD*).
19. spurticia [*sic*] Sclavorum.
[19ᵃ. rapacitas Normanorum: Normanni nimis sunt animosi *et extra ordinem* communio Normannorum *add. CD*].

De bonis naturis gentium.

1. Hebreorum (eebreorum *P*) prudentia (pr. hebr. *et sic deinceps CD*).
2. Persarum stabilitas.
3. Aegyptiorum sollertia (3 *om. Dᵃ*).
4. Grecorum sapientia.
5. Romanorum gravitas.
6. largitas Longobardorum (*om. BP*).
7. sobrietas Gotthorum (*om. BP*).
8. Chaldeorum sagacitas (sagatitas *B*).
9. Afrorum (affricorum *CD*) ingenium.
10. Gallorum firmitas.
11. Francorum fortitudo (fort. fr. *in litura D*).
12. Saxonorum (saxonum *PCD*) instantia.
13. Wasconorum (guasconum *P*, uuascanorum *CD*) agilitas.
14. Scottorum fidelitas (14 *extra ordinem C*, *om. D*).
15. Pictorum magnanimitas (m. p. *CD*, *om. BP*).
16. Spanorum (hispanorum *CD*) argutia (auguria *P*; 16 *post* 17 *CD*).
17. Brittanorum (britonum *P*, brittonum *CD*) hospitalitas.

Tullius Marcus dixit (dixit *om. P*; t. m. d. *om. CD*):
Grecus irascitur (*om. BP*) ante causam,
Francus in causam (causa *CD*),
Romanus post (propter *CD*) causam.
Francus gravis (fr. fortis *CD*, fr. gr. *om. P*).
Romanus levis (grauis *CD*).
Afrus (afros *B*, afer *P*, affer semper *CD*) versipellis.

Componit cum extremis Hagenus l. c. epigramma (Baehrens poet. min. vol. 5 p. 407 n. 96) a Pithoeo primum nescio unde editum sub titulo *Tullii Marci* hoc:

Callidus, Afer, eris semper, Romane, disertus,
semper, Galle, piger, semper, Hibere, celer.

ISIDORI IVNIORIS
EPISCOPI HISPALENSIS
CHRONICA MAIORA

ED. PRIMVM A. DCXV.

CHRONICORVM EPITOME

ED. A. DCXXVII.

ACCEDVNT

I. AVCTARIVM CHRONICORVM MAIORVM AD A. DCXXIV.

II. ADDITAMENTA AD CHRONICA MAIORA EX CODICIBVS DIVERSIS.

III. ISIDORI CHRONICA QVAE FERVNTVR SVB NOMINE AVGVSTINI ET HIERONYMI.

IV. ADDITAMENTA AD CHRONICORVM EPITOMEN EX CODICIBVS DIVERSIS.

LIBRI ADHIBITI:

IN CHRONICIS MAIORIBVS:

Plene excussi:

A = Albensis n. 29 saec. VIII (ad c. 1, 1—4. 397—418).
B = Bernensis 83 saec. X.
C = Caesenas 21, 5 saec. IX.
D = Berolinensis Cheltenhamensium n. 41 = 1686 saec. IX.
E = Estensis ord. 1 n. 11 a. 800.
F = Florentinus Laur. 20, 54 saec. XI.
G = Paris. 12236 saec. IX.
K = Coloniensis n. 83 II saec. VIII.
L = Lucensis n. 490 saec. VIII.
M = Parisinus 4860 saec. X.
N = Monzensis saec. IX.
O = appendix Marii saec. IX/X (ad c. 405—418).
P = Petropolitanus saec. IX.
S = Sangallensis saec. IX.
T = Paris. 9380 saec. VIII/IX.
V = Vindobonensis 89 saec. IX.
V^w = apographum eius Vindob. n. 323 saec. XII.
V^e = apographum eius mus. Brit. Egerton. n. 1118 saec. XV.
W = Guelferbytanus Helmstadiensis n. 579 saec. IX (inde a c. 338).
X = Claromontanus Paris. 10910 saec. VII/VIII.
Y = Vaticanus Pal. 239 saec. IX.
Z = Vaticanus 6018 saec. IX.

Capita ita numeravimus, ut quae absunt a forma libelli minus plena accesseruntque aut ex forma prolixiore aut ex interpolatione, codicibus unde veniunt in margine adnotatis, propriis numeris careant distincta litterulis ad numeros capitis quod praecedit adiectis. duae recensiones eiusdem capitis ubi iuxta positae sunt, ibi ad secundariam libri adscripti sunt quibus continetur: habentes primariam non enumerantur.

[ ] comprehensa non leguntur nisi in codicibus in margine enumeratis.

Litteris cursivis cum hic quoque expresserimus quae similiter redeunt apud auctores ab Isidoro usurpatos in margine adscriptos, regnorum spatia eum ex genesi Hieronymo Prospero Iohanne ex ordine petierit, ad haec neque auctorem in singulis adscripsimus neque litteris inclinatis ea distinximus.

Ad praefationem solam et extrema inde a c. 410 hi:

1 Bernensis 676 saec. XV.
1^A Bruxellensis 5418 saec. IX.
2 Caesenas 13, 2 saec. XV.
3 Cividalensis saec. XI.
4 Florentinus Riccardianus 410 saec. XV.
5 Leidensis Vossianus q. 20 saec. X (extrema desunt).
6 Lemovicensis 1 saec. XII.
7 Londiniensis Harleianus 6503 saec. XV.
8 Londiniensis 12024 saec. XI.
9 Matritensis bibl. nat. X, 161 (extrema sola).
10 Matritensis univ. 134 saec. XIII.
11 Matritensis academiae saec. XIII.
12 Olmuetzensis saec. XV.
13 Oxoniensis Bodleianus Laud. misc. n. 288 saec. XI.
14 Oxoniensis Bodleianus e mus. 113 saec. X/XI.
15 Oxoniensis *All Souls' College* 47 saec. XV.
16 Parisinus 1862 saec. X.
17 Parisinus 1863 saec. X.
18 Parisinus 4841 saec. X.
19 Parisinus 4871 saec. XI (extrema desunt).
20 Parisinus 5091 saec. IX (praef. deest).
21 Parisinus 12237 saec. IX.
22 Parisinus 17544 saec. XII.
23 Parisinus *Arsénal* 982.
24 Parisinus *Arsénal* 985 saec. XIV.
25 Vaticanus 629 saec. XII.
26 Vaticanus 645 saec. X (praef. sola).
27 Vaticanus 1348 saec. XI.
28 Vaticanus 1974 saec. XII.
29 Vaticanus Ottobonianus 1758 saec. XVI.
30 Vaticanus reginae 215 saec. IX (*finit c. 416 fin. in* convertit).
31 Vaticanus Urbinas 100 saec. XV (praef. sola).
32 Vaticanus Urbinas 382 saec. XV (*finit c. 418, 7 in* pater solus).
33 Vaticanus Urbinas 392 saec. XV (*finit ut Urb.* 382).
34 Romanus Vallicellianus B 40 saec. XI (praef. sola).
35 Romanus Vallicellianus C 19 saec. XV (*finit ut Urb.* 382).
36 Romanus Vallicellianus R 33 (praef. deficit).
37 Cheltenhamensis 3706 saec. XV. } epitomae.
38 Cheltenhamensis 7283 saec. XV. } epitomae.

IN CHRONICORVM EPITOME:

Plene excussi:

A Vaticanus reginae 1953 saec. X.
B Vaticanus Palatinus 281 saec. IX.
C Escorialensis Q. II. 24 saec. VIII.
D Oxoniensis collegii reginae 320 saec. IX.
E Einsidlensis 167 saec. IX.
H Londiniensis Harleianus 2686 saec. IX.
M Mediolanensis Ambrosianus L 99 sup. saec. VIII/IX.
P Parisinus 7530 saec. IX.
Q Parisinus *nouv. acq.* 2169 saec. XI.
W Guelferbytanus Weissenburgensis 64 saec. VIII.
X Berolinensis Chelt. n. 137 = 1896 saec. IX (inde a c. 191).

Ad sola extrema inde a c. 256 hi:

1 Bambergensis E III 18 saec. XI.
2 Florentinus Laurentianus 19, 32.
3 Laurentianus 52, 21.
4 Laurentianus 90 sup. 17, 1.
5 Laurentianus 90 sup. 17, 2.
6 Laurentianus 90 sup. 17, 3.
7 Laurentianus S. Crucis 27 sin., 7.
8 Laurentianus S. Crucis 27 sin., 9.
9 Laurentianus S. Crucis 27 sin., 10.
10 Laurentianus S. Marci 582.
11 Laurentianus S. Mariae nov. 364.
12 Laurentianus *conv. soppr.* 319.
13 Laurentianus Ashburnh. 1045.
14 Laurentianus Ashburnh. 1404.
15 Laurentianus *acquisti* 80.
16 Lucensis cap. II, 55.
17 Escorialensis & I 14 saec. VIII.
18 Mediolanensis Ambrosianus H 187 inf.
19 Mutinensis saec. IX.
20 Neapolitanus VI. D. 61 saec. X.
21 Parisinus 7582 saec. IX.
22 Vercellensis 58 saec. IX.
23 Vercellensis 102 saec. IX.
24 Vercellensis 128 saec. X.
25 Vercellensis 202 saec. IX.

Praeter historias modo editas chronica quoque Isidorus composuit maiora et minora. illa inter opera eius Braulio in elogio supra p. 244 adlegato recenset sic: *chronicorum a principio mundi usque ad tempus suum librum unum nimia brevitate collectum.* consentiunt de titulo operis codices plerique, quorum inscriptiones et subscriptiones in codicum elencho posui. *breviarium temporum* quod dicitur in subscriptione Claromontani et quorundam aliorum contra inscriptionem in iisdem relatam, venit non ab auctore, sed a librariis. qui postea commentario usi sunt cum librorum qui extant aetatem non superent, quo nomine libellum nuncuparint referre operae pretium non est.

Chronica minora ex maioribus epitomata Isidorus inseruit etymologiarum operi magno. titulum proprium haec non habent.

Nos in hac editione utraque ita coniunximus, ut maioribus minora subicerentur; nam quamquam haec vix quicquam habent proprium, qui in his studiis versatur ne iis quidem recte careret. videamus primum de chronicis maioribus.

CHRONICA MAIORA.

Ad chronica mundi Isidorus auctores adhibuit longe plures quam quibus usum eum esse vidimus ad populorum Hispanorum historiam enarrandam, nec facilis est in locis non paucis eorum determinatio. in ea re quamquam diligenter elaboravit Hugo Hertzberg *Forschungen zur deutschen Geschichte* vol. 15 a. 1875 p. 330, non in omnibus satisfecit et fortasse ii demum qui Isidoriana opera universa examinabunt plene satisfacient. auctoris nomen ut in universum raro enuntiat, ita hic unum Iosephum nominatim citavit c. 16. 17. verba tradita cum retinere soleat, passim ex duabus relationibus sua componit, neque ob certam causam, sed temere fere modo hoc modo illo auctore praelato, interdum adeo male cumulans utrumque:

Hieronymus:	*Augustinus (ex Hieronymo):*	*Isidorus c. 72:*
(Amphionem) ferunt cantu citharae saxa movisse.	(fabula ficta est) de Amphione, quod citharae suavitate lapides mulserit et attraxerit.	(fabula ficta est) de Anfione, quod citharae cantu suavitate cantu lapides et saxa commoverit.
Eutropius:	*Hieronymus (ex Eutropio):*	*Isidorus c. 253:*
Titus . . . causas Latine egit, poemata et tragoedias Graece composuit.	Titus . . . in utraque lingua disertissimus fuit.	iste in utraque lingua tanto facundissimus extitit, ut causas Latine ageret, poemata et tragoedias Graece componeret.
Eutropius:	*Rufius Festus:*	*Isidorus c. 300a:*
Gordianus . . . proeliis ingentibus Parthos adflixit.	sub Gordiano . . rebellantes Parthi ingentibus proeliis contusi sunt . . . rediens victor de Perside . .	hic rebellantes Parthos et Persas adflixit.

Chronica ita confecit, ut, quod ipsum praefatio declarat, Hieronymiana potissimum compilaret, expleret autem in principio operis ex geneseos libro, ubi illa deficiunt adsumptis continuationibus Prosperi Aquitani, Victoris Tonnennensis, quem cum Hieronymo in praefatione citat, Iohannis Biclarensis, denique de Mauricio Phoca Heraclio pauca et exilia adiceret de sua rerum notitia. haec ut facillime determinantur, ita utilitatem exiguam habent, cum ipsa illa opera aetatem tulerint. his excerptis quaenam praeterea Isidorus inseruerit, qui sequitur auctorum elenchus aliquatenus certe declarat. Graecus in his nullus invenitur nisi Latine versus: qui adhibentur Latini sunt fere sequioris aetatis et ipsi secundarii. non est inter eos quem ad historias passim adhibuit Orosius.

1. Ad Plinii historiam naturalem ipsam vel excerpta inde nobis non tradita redeunt capita duo 46[b] et 158.

2. Ex Iosephi antiquitatibus Latine versis veniunt, ut dixi, c. 16. 17, quae nescio quo errore Hertzbergius negat apud Iosephum reperiri. ad narrationem de Simone mago et passione Petri et Pauli c. 247 non tam adhibuit eiusdem de bello Iudaico libros ea forma qua sub Hegesippi nomine circumferuntur quam narrationem de passione illa Hegesippianae applicatam.

3. Iustinus adhibitus est ad c. 26—32, scilicet ad tempora Abrahamo anteriora, postea sepositus. eo usum esse Isidorum negat Hertzbergius perperam.

4. Eutropium in historia imperatorum Romanorum passim Isidorus compilavit. usurpasse eum codicem similem Bertiniani et Leidensis inde efficitur, quod c. 305[a] habet non *Galliam,* sed *Galatiam.* cum Paeanio consentit c. 246[b] contra libros Latinos omnes.

5. Rufium Festum aliquoties adsumpsit Isidorus (primum c. 283[a], postremum c. 329[a]).

6. Libellum de viris illustribus semel tantum in capite 232[a] de Cleopatra auctor exscripsit.

7. Eusebii historia ecclesiastica a Rufino Latine versa passim adhibita est inde a c. 242.

8. Hieronymi praeter chronica et versionem pentateuchi Isidorus usurpavit commentarios de nominibus Hebraicis (c. 8), quaestiones in Genesin (c. 19[a]), in Iesaiam (c. 22. 30).

9. Chronica urbana ea, quae vol. 1 p. 143 edidimus in chronographia a. 354, aliquot locis (c. 76. 152. 153[a]. 156) expilavit.

10. Chronica Italica, quae vol. 1 p. 272 vidimus per haec saecula lectitata esse chronographiae a. 354 adiuncta, Isidoro ibidem p. 252 demonstravimus pauca ea suppeditasse, quae de rebus sui temporis Italiae et Orientis narrat. scilicet ephemeridis instar chronica illa videntur continuata esse et per Occidentem sparsa.

11. Hydatio Hispana quaedam (c. 373. 382) accepta referemus. chronica cum Isidorus ediderit ante historias Hispanas, harum in illis nullum vestigium reperitur.

12. Augustini libros de civitate dei, maxime XVIII perpetuo fere adhibuit Isidorus, passim Augustiniana Hieronymianis coniungens vel substituens. distributionem chronicorum in sex aetates indidem adsumpsit, scilicet in chronicis minoribus: nam in maiora a librariis magis quam ab auctore introducta est.

13. Historiae tripertitae iussu Cassiodori Latine versae Isidorus debet quaedam inde a c. 337.

14. Accedunt ad haec libelli aliquot argumenti ecclesiastici minores, ut ad Genesis locos hic illic adsumptum videmus librum generationis Hippolyteum, narrationem de Simone mago c. 247 traxit ex actis Petri et Pauli[1]), de haereticis notitias quasdam proficisci verisimile est ex libro quem teste Braulione ipse scripsit de haereticis, eodem fortasse, quem traditum accepimus sub nomine Hieronymi (edidit Arevalus inter opp. Isidori vol. 3 p. 520). quorum origo lateat, pauca restant, in his quae de Caesare dictatore refert c. 233[a. b.] 235[a] vix petita ex ipso Suetonio, sed magis ab eius nescio quo compilatore, locus de Galeno (quem cave credas esse Hieronymi; insertus est chronicorum Hieronymianorum editionibus vetustis ex ipso Isidoro, ut alii aliquot), item quae de Origenis hexapla refert ad Epiphanium vix referenda et alia quaedam minora.

Chronica mundi maiora infra demonstrabimus edita esse anno Heraclii quinto, Sisebuti quarto, mundi secundum Isidorum 5813, p. Chr. 615 (supra p. 251), repetita lectione

1) Conferatur Lipsius *die apokryphen Apostelgeschichten* vol. 2, 1 praesertim p. 256. Pauli nomen quamquam adest apud Hegesippum, uni Petro is tribuit quod magus volans corruit. sed cum iam apud Sulpicium Severum chron. 2, 28 mentio fiat *illustris adversus Simonem Petri ac Pauli congressionis,* probabile est Isidorum non de suo Paulum introduxisse, sed usurpavisse narrationis Hegesippianae saepe seorsum descriptae formam amplificatam.

publicata anno ut videtur Suinthilae quinto, p. Chr. 624. de annis his antequam disputetur, exemplaria, quae adhibuimus vel examinata abiecimus, ad hanc divisionem primariam digerentur. sed implicat eam distributionem contaminatio in libello late sparso et multum lectitato mature grassata. ex libris adhibitis non contaminati sunt prioris ordinis *ADEGLMNTX*, alterius *PSW*, contaminati quos ad priorem ordinem adscripsimus *CYZ*, item ex secundo *BFKV*, id quod in recensu codicum qui sequitur suis locis demonstravimus. in eodem item exposuimus de quorundam codicum nexu magis intimo, qualis intercedit ex iis, quos in apparatum recepimus, in priore ordine inter *CDEXZ* et inter *NOT*, in secundo inter *BPS* et *KV*; in libris inferioris notae similes affinitates persequi nolui. in universum codices neque in classes digerere ausus sum neque ita ordinare, ut re coniuncti loco quoque omnes in serie a me instituta iungerentur. ubi nihil monui de auctore, libros ipse tractavi.

ORDO PRIOR.

L 1. Lucensis n. 490 scriptus a. 796, is ipse, de quo vol. 1 p. 156 dixi ad librum genealogum, in quaternionis quinti foliis quattuor primis chronica haec habet praescribens: *incp choronica* [sic] *Esidori episcopi*, subscribens: *expl. choronica* (mut. in *chronica*): *choronica enim grego sermone tempora dicitur. deo gloria. amen.* — Hic liber aliquantum recedit a libris ordinis prioris reliquis: ita c. 296 solus ex hac classe cum secunda habet *ulpianus* pro *alpino* et fere solus c. 202 *aratus* pro *erato.* contra quod cum *X* consentit in erroribus quales sunt c. 338 *anastasius* pro *athanasio,* c. 367 *relatione* pro *revelatione,* c. 401 *iustinianus* pro *iustino,* casu accidit: ea enim aetate haec vocabula perpetuo confunduntur.

Spec. 27. 2. Vaticanus n. 1348 saec. XI, antea monasterii S. Mariae de Angelis de Florentia. inscriptio haec est: *cronica Ysidori sive quod est verius sanctorum Augustini et Hieronimi incipit* (cf. in auctario p. 495), subscriptum ut in Lucensi: *cronica autem Greco sermone tempora dicitur.* adscribuntur anni domini et indictiones, ita ad a. 362: *anni domini CCCCVII, ind. V* et sic deinceps. sequitur index regum Langobardorum editus SS. Lang. p. 504 seq. additamentum inde edidimus p. 492.

Spec. 25. 3. Vaticanus n. 629 saec. XII f. 110—113′ *incip. cronica Ysidori,* simillimus Vaticano n. 1348, sed non ex eo descriptus. catalogus regum et imperatorum finit sic: *a IIII^to^ anno Octoni impr usque ad XVIII^to^ Henrici tertii impr sunt anni XCII.*

Spec. 3. 4. Cividalensis saec. XI (secundum Bethmannum) inter Rufini opera chronica habet Isidori excussa mea causa a Ioppio bibliothecario Utinensi. praescribitur: *incipit chronica s. Ysidori episcopo,* subscribitur: *explicit chronica Ysidori.* additamentum inde edidimus p. 492.

Spec. 1. 5. Bernensis n. 676 saec. XV f. 43—57. subscriptum: *explicit liber cronicon sancti Ysidori episcopi.*

A 6. Albensis antea capituli, nunc civitatis Alby n. 29 saec. VIII inter alia varia (vide *cat. des mss. des dép.* vol. 1 p. 486) chronica habet f. 25′—32. praescriptum: *incipit cronica sancti Ysidori adbreviata. deo grias* [sic]. *amen,* subscriptum: *explicit breviarium temporum diligenter a sancto Ysidoro episcopo collectum iusta storia ab incarnatione domini usque in vicesimo VII imperatoris Eracli anni CCCXI fiunt DCCXXVIIII.* ab archetypi librario numeros traditos exactos esse calculis subductis ostendunt verba in hunc librum c. 416 post *VDCCCXIIII anni* ex margine archetypi in textum relata: *sed ego qui scripsi presenti membrana ut mihi visum fuit quinque millia octinnentos quinque* [in laterculo est *VDCCCII*] *per annos principum repperi.* ad annum Heraclii XXVII sive secundum calculos Isidorianos (supra p. 251) p. Chr. DCXXXI quomodo referantur numeri CCCXI et DCCXXVIIII, frustra quaesivi. huius libri, quem non vidi ipse, quas partes mea causa contulit Henricus Omont Parisinus, scilicet prima ad c. 1 *ediderunt storiam* et postrema a c. 397 *Iustinianus regnavit* ad finem, in

apparatum recepi. proxime accedit ad Lucensem: ita c. 413 uterque omittit verba *adversus rem publicam.* orthographia scatet soloecismis.

7. Londiniensis musei Britannici n. 16974, antea monasterii S. Trudonis in Belgica, scriptus saec. IX/X, de quo libro supra iam dixi ad Prosperum vol. I p. 366 et ad chronica Gallica vol. I p. 620 chronicaque Marii Aventicensis (supra p. 231) in hoc solo libro servata, post a. 581 ita in chronico notatum: *an. II cons. Tiberii Constantini Agi, ind. XIIII* et subscriptionem: *usque hic Marius aepiscopus* sic pergit: *O*

an. III Tiberii Agust., indic. XV
an. IIII Tiberii Agust., indic. I
an. V Tiberii Agust., indic. II
an. VI Tiberii Agust., indic. III
an. VII Tiberii Agust., indic. IIII. Goti . . . vastantur = *Isidorus c. 405*
indic. V Mauricius an. XXI = *Isidorus c. 406.*
Suevi . . . . . subiciuntur = *Isidorus c. 407*
indic. VI Goti Recaredo . . . . . ad fidem Christi convertit = *Isidorus c. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416.*

Excerptis hisce Isidorianis inseruit adiecitve librarius quae exhibentur infra p. 490 in additamento primo. id scriptum est anno Heraclii XIV sive Chlotacharii (secundi) anno XL, id est (vide supra p. 251) p. Chr. 624 ab auctore, ni fallor, degente in Gallia Francica vel Burgundica, nam aerae vocabulo ideo tantummodo videtur uti, quod id repperérat apud Isidorum.

8. Londiniensis musei Britannici n. 12024, ex bibliotheca Butleriana, saec. XI (tractavit librum Waitzius SS. 13, 261). praescribuntur haec: *incipit liber cronice beati Isidori Ispalensis episcopi a primo homine Adam usque ad Leonem imperatorem Romanorum per annos VDCCCVII de seculi etatibus per generationes.* interposuit post c. 413 Bonifatium papam (v. auct. p. 493), in fine post verba c. 416 *ad Christi fidem convertit* sequuntur primum quae nos in additamento I edidimus, deinde excerpta ex Bedae chronicis maioribus quae incipiunt ab a. eius 4593: *item Eraclius* (sic) *cum matre sua Martina,* finiunt ut finit Beda *eum magno honore condidit: fuit* [scr. *fiunt*] *an. ab exordio mundi usque in anno VIIII Leonis VDCCCCVII.* his demum subiciuntur verba quibus Isidorus chronica claudit *residuum . . . . saeculi est.* quae sequuntur de Pippino et Carolo magno edidit cum prioribus Waitzius l. c. Spec. 8.

9. Parisinus 9380 (antea suppl. Lat. 687) biblia scripta in usum Theodulfi episcopi Aurelianensis (a. 787—821) post apocalypsin exhibent f. 319′—321′ scripta ab eodem librario chronica Isidori inscriptione et subscriptione nulla. adest idem auctarium anni 624 quod in nostro *O* post Marium legitur, sed minus plenum, id quod item pervenit ad libros qui sequuntur 10—19. *T*

10. Parisinus 5091 saec. XI f. 108 proponit chronica Isidori initio mutila a verbis c. 45 *fingunt fabulae.* subscriptum est, sed mox deletum: *explicit liber Horosii presbiteri.* ex Parisino 9380 non est descriptus, sed ei simillimus. Spec. 20.

11. Oxoniensis Bodleianus Laud. misc. n. 288 saec. XI f. 161′ seq. *incipit chronica beati Isidori Hispalensis viri doctissimi.* Spec. 13.

12. Monzae adservatus codex saec. IX is ex quo Pertzius edidit ad Bedam adscriptos annales Laubacenses (MG. SS. I p. 4). inscriptionis locum prima verba occupant *brevem . . . regna:* subscriptio nulla. annos mundi, qui deficiunt inde a Severo Alexandro, in laterculum p. 482 seq. non recepi. *N*

13. Ambrosianus S 65 sup. saec. XV videtur descriptus esse ex Monzensi.

14. Londiniensis musei Britannici Harleianus 6503 saec. XV f. 72—84: *incipit liber cronicorum sancti Ysidori Yspalensis ab exordio mundi usque ad Eradii Augusti imperium et Sysebuti principatum.* ante praefationem: *incipit prologus,* post eam: *explicit* Spec. 7.

prologus. incipiunt tituli capitulorum sequentis operis. subscriptum: *explicit liber cronicorum sancti Ysidori Yspalensis archiepiscopi.* capitula hic numerantur CXXXVII.

Spec. 32. 15. Romanus Urbinas n. 382 (antea n. 606) scriptus a. 1119 (cf. Arevalus Isid. 1, 691. 2, 385) post Hieronymum Prosperum Marcellinum f. 186 habet Isidori chronica inscripta ita fere ut rettulimus ex Harleiano 6503. habet additamenta duo Bedana de Britannia quae rettulimus ex Urb. 392.

Spec. 33. 16. Romanus Urbinas 392 (antea n. 609) saec. XV in omnibus similis praecedenti. ex hoc libro sextam aetatem edidit Schelestrate antiq. eccl. vol. 1 p. 582. post praefationem insertus est conspectus sex aetatum mundi incipiens: *prima saeculi aetas incipit.* habet praeter inutilia alia additamenta sumpta fere ex Beda, sed transposita haec:

sub Valentiniano I post c. 348: et Saxones in Britannia a Vertigerno (brit. auctigerno *Caes.* 13, 2 *infra n. 21*) rege Britonorum accersiti sunt anno a passione domini CCCXLVIII (Gratiano octavo et Agitias consules sunt *add. Caes.*).

sub Theodosio I post c. 364: Augustinus beati Ambrosii discipulus multa facundia doctrinaque excellens Hipponi regio in Africa episcopus ordinatur. Claudianus poeta insignis innotuit.

sub Phoca post c. 411: his temporibus Saxones in Britannia fidem Christi percipiunt.

17. Vaticanus Ottobonianus n. 1720 saec. XVI f. 12′ videtur descriptus esse ex Urbinate n. 392.

Spec. 4. 18. Florentinus Riccardianus n. 410 saec. XV consentit cum Vaticano Urbinate 392 etiam in interpolationibus ex Beda derivatis.

Spec. 35. 19. Romanus Vallicellianus C 19 saec. XV f. 18—32 in omnibus similis praecedentibus. habet additamenta duo de Britannia.

Spec. 26. 20. Vaticanus n. 645 saec. X f. 93—103 Isidori chronica continet sine inscriptione, finit codex mutilus c. 402 in *superavit.* ad hanc familiam eum pertinere ostendit inter alia nomen Chlotarii in praefatione interpolatum.

Spec. 2. 21. Caesenas Malatestianus plut. dextr. 13 cod. 2 saec. XV praeterea ad hos libros prope accedens continuatione in add. I edita caret, sed habet quae modo attulimus ex Urbinate 392 de Vortigerno, Augustino, Claudiano.

X 22. Parisinus 10910, olim Claromontanus, saec. VII vel VIII, is qui nobis servavit solus corpus Fredegarianum cuiusque ego memini cum vol. 1 p. 78 ad librum generationis tum hoc vol. p. 9 ad Hydatium, post corpus illud proponit f. 170′—183′ chronica Isidori. praescriptum est: *in nomine sanctae trinitatis incpt lib. III χρονγκωρου* (sic) *sancti Isidori episcopi,* subscriptum praefationi: *expl. praefacio incpt liber chronichorum,* ipsi libello: *explicit liber breviarium temporum a sancto Hysidoro collectum iuxta historiae fidem ab inicio mundi usque quadragensemo anno Chlothacharii regis ann.* quae sequitur computatio a presbytero quodam Lucerio facta ad determinandum annum praesentem, scilicet p. Chr. 715 (Krusch praef. ad Fredegariana SS. Merov. 2 p. 6) utrum ab eodem librario adiecta sit an ab alio posteriore, incertum est, hoc certum de Isidoro in ea non agi itaque hoc loco praetermitti potuit. tertium corporis Fredegariani librum Isidori chronica esse voluit librarius, non auctor eius, ut demonstravit Kruschius (*neues Archiv* 7, 481 seq.): scilicet in praefatione libri quarti, qui solus ex ordine numerum habet, excerpti ex Gregorio cum auctor dixisset praecedere Hieronymiana chronica et Hydatiana et 'cuiusdam sapientis seu Isidori', his significans, ut vol. 1 p. 78 vidimus, excerpta ex libro generationis dubitanter ad Isidorum relato, librarius cum in ipsa compilatione Isidoriana nulla invenisset, chronicis his additis hiatum sese explere credidit. — Edidit ad hunc librum chronica Isidoriana cum Fredegarianis G. Monod *études critiques sur les sources de l'histoire Mérovingienne* (*Bibliothèque de l'école des hautes études* fasc. 36 Parisiis a. 1885). — Claromontanum librum coniunctum esse cum libris habentibus additamentum nostrum primum inde colligitur, quod et ipse in subscriptione anni XL Chlotacharii mentionem inicit.

23. Mettensis n. 134 saec. VIII/IX } apographa Claromontani inter Fredegariana
24. Bernensis n. 318 saec. IX } Isidorum quoque habent (v. SS. Mer. 2
25. Londiniensis Harl. n. 5251 saec. IX } p. 10).

26. Parisinus 4841 saec. X f. 57′—69′ Isidori chronica exhibet ita fere ut in Claromontano et inscripta et subscripta, scilicet *in n. s. t. incipit liber* (non *liber iii*) *χϱωνιχωϱομ sancti Esidori episcopi* et *explicit liber breviarum* [sic] *temporum diligenter a sancto Isidoro collectum i. ist. f. ab i. m. usque ad XI annum Chlotarii regis.* Spec. 18.

27. Berolinensis Cheltenhamensium n. 41 = 1686 (Claromontanorum n. 494, Meermannianorum n. 463) saec. IX cum aliis Isidori operibus chronicon habet f. 143—152′. praescriptum praefationi: *in nomine sanctae trinitatis incipit liber χϱωνηχωϱωμ Esidori episcopi,* subscriptum: *explicit prologus;* deinde operi praescriptum: *incipit liber cronicorum,* subscriptum: *explicit liber breuiarum* [sic] *temporum diligenter a sancto Esidoro collectum iuxta historiae fidem. ab initio mundi usque ad XL anno Hlotharii regis ann. V̄DCCCXXXI.* (quae sequuntur sunt in add. p. 491). ad Darium usque capita numerata sunt denaria ratione, scilicet post decimum denuo ab uno incipitur et sic deinceps. proxime accedit ad Claromontanum neque tamen ex eo videtur descriptus esse. D

28. Parisinus bibl. *de l'Arsénal* n. 985 (antea hist. Lat. n. 10) saec. XIV, 'ex bibliotheca Cardinalis' sine dubio descriptus est ex Cheltenhamensi 1686, cuius clausulam habet et ipse, sed in fine accedunt quaedam interpolata. anni mundi absunt. Spec. 24.

29. Caesenas Malatestianus plut. 21 sin. cod. 5 saec. IX Isidori etymologiis pro minoribus chronicis maiora inseruit. codex est unus eorum, qui post libri quinti *de legis* (sic) capita XXVII, quae cum editione concordant, ultimum numerans XXVIII inscribit *de temporibus cap̄. duodecim* eique proprium capitum laterculum praescribens seorsum refert capita editionis 5, 28—39, a c. 38, 6 sic deflectens ad chronica maiora (quae [ ] comprehenduntur addidit manus secunda): *quarum decursus per generationes [et regna] ita inspicitur. XII. Prima aetas in exordio [sui] continet [mundi] creationem* et sic deinceps ad *appellavit Adam.* sequuntur chronica maiora inscripta sic: *incip̄ cronica sancti Isidori episcopi,* subscriptum: *expl. cronica. incipiunt capitula libri sexti.* — Ad marginem codicis quae adscripta sunt manu saec. X, alia descendunt ex chronicis minoribus, alia petita videntur ex Cassiodori historia tripertita, quorum subieci potiora: C

ad Iovianum (*cui margo dat* menses VII): hic a Iuliano de militia est pulsus quia idolorum renuit esse cultorem, sed conpulsus necessitate belli Persici in militiam eum reduxit. in Dadastan praedio hic defunctus est. hist. trip. 7, 1. 6.

ad Valentinianum I: hic genere Panonico fuit de Scibila civitate, cui militum erat cura commissa, corruptione venarum et fluxu sanguinis interiit in Esperia. *postea adiectum*: iste de Iustina uxore genuit Valentinianum iun̄ et Gallam, de qua nata est Placidia. hist. trip. 7, 7. 8, 11.

ad Gratianum: de Severa natus, qui Valentinianus uno in tempore duas habebat uxores. hist. trip. 7, 11. *item de eodem et Valentiniano II*: hii ambo germani filii superioris Valentiniani Theodosium Hispania ortum Valente mortuo eorum patruo in eius regni parte imperatorem constituerunt. hist. trip. 9, 4. *et ad Valentinianum II*: iste post mortem sui germani Gratiani cum Theodosio Hispanico regnavit.

ad Arcadium et Honorium: hii ambo filii Theodosii ex Placella *[sic]* fuerunt progeniti, Placidia de Galla posteriore uxore. hist. trip. 8, 11.

ad Theodosium II: iste Valentinianum puerulum suum consobrinum Placidiae filium Esperiae tradidit [re]gnum, quae Placidia filia fuit magni Theod[o]sii, soror Archadi[i] et Honorii, coniu[x] autem Constantii qui ab Honorio pa[r]vo tempore imper[ii] iura suscepit. hist. trip. 12, 1.

Magis notabile est id quod vol. 1 p. 33. 144 rettulimus caput ad Romulum adscriptum desumptum ex Chronographia a. 354. — Librum adhibuit hic illic Roncallius.

30. Venetus Marcianus Lat. cl. II n. 16 (Valentinelli p. 69), antea Patavii in monasterio S. Iohannis in virdiario (Tomasini bibl. Pat. p. 31), scriptus a. 1270 omnino descriptus est ex Caesenate. in folio praefixo quae leguntur de imperatoribus Constantinopolitanis utilitatem non habent.

Z 31. Vaticanus 6018 saec. IX f. 80′—89 chronica habet cum praescriptione: *incp. lib chronicorum sancti Hisidori episcopi* et subscriptione: Є ϕΠΑΙΓΙΤ. ΛΙΒΕΡ. ΓΡΖΝΙΓΑΕ. anni mundi non adsunt.

Libros *XDCZ* proxime coniunctos esse ostendunt lectiones subscriptae consentientes fere in erroribus evidentissimis:

c. 16 lapidea] lapso ea *X*, lapsu ea D^1CZ.

c. 48 prociclus] pr(a)ecciclus *XDCZ*.

c. 53 faetontis fabula] fab. fecontis *C*, fab. fecundis XD^1, fab. fetentis *Z*.

c. 68 de cerbero tricipite] decreverat mente XD^1CZ.

c. 147 accolas] proaccolas *C*, pro acculas X^1Z, proaccus** D^1.

Descriptos esse libros *DCZ* ex ipso *X* cum statui nequeat refragantibus lectionibus non paucis (ita adsunt in omnibus, etiam in *D* non contaminato, c. 101. 102 in *X* omissa), pendent omnes ex eodem archetypo antiquissimo, sed nequaquam emendato. libros *CZ* contaminatos esse clare ostendit c. 116ª de Suinthila in his libris adiectum, cum in exordio remanserit nomen Sisebuti, et adsunt quoque commata non pauca in ordinis prioris aliis libris non reperta. *Z* ut prope accedit ad *C* et plerumque eo inferior est (ita annos mundi non habet et habet errores tales qualis est c. 75 *diabolo* pro *de fabro*), non descriptus est ex eo; ita c. 139 ubi pro *mensuras et pondera C* habet *mensura* reliquis omissis, *Z* recte fere: *mensurare pondera* et c. 334 verba Constantinum reprehendentia in *Z* inducta sunt, in *C* omissa.

E 32. Mutinensis Estensis ord. I n. 11 scriptus, ut monstrat subscriptio, a. 800, damnum passus est et in foliis primis duobus passim perforatis et evanidis (in pagina prima. quae scripta fuit manu recentiore, non apparent nisi vocabula quaedam solitaria) et exsecto folio, in quo legebantur c. 387 verb. *rei similem* ad c. 402 verb. *patricius postquam*. chronicis, quae incipiunt f. 1′, praescriptum est: *incip liber chronicorum sancti Isidori*, item f. 2 r. post praefationem: *incipit liber chronicorum* [sic]; subscriptionem rettulimus in appendicem additamentorum (p. 491). orthographia pessima. codex ut prope accedit ad *XDCZ* (vide c. 72), nequaquam ex libro *X* descriptus est (ita adest c. 203 *nummis* vocabulum in *X* omissum).

33. Vindobonensis n. 3130, antea universitatis 980, saec. XV f. 103—109 sub praescriptione *Eusebi Cesariensis perutilis et compendiose cronica incipit* haec chronica dat incipiens a diluvio. prope accedit ad *E*.

Y 34. Vaticanus Palatinus n. 239 saec. IX, antea 'monasterii S. Nazarii' (cf. Arevalus in Isidorianis 1, 684. 691. 2, 341) f. 6′ seq. chronica habet inscripta: *incipit liber cronicorum sancti Esidori* (*esido* m. 1) *episcopi Iunioris*, subscripta: *explicit liber breviarium temporum a sancto Esidoro episcopo diligenter collectum iuxta historiae fidem. amen.* librum descriptum esse aut ex ipso Claromontano aut ex simillimo libro et inscriptionis subscriptionisque forma ostendit et finis in anno Heraclii V et lectiones passim confirmant, sed multa recepit ex formis diversis. notum fuisse scriptori auctarium Chlotharianum ostendunt quae ad id attuli interpolatio c. 2 itemque additamentum ad c. 417. sed praeterea librarius alterum exemplum nactus ordinis prolixioris multos locos inde auxit adeoque ipse eiusmodi additamenta c. 74 *citaram condidit* et c. 211 *romae* secundis curis inseruit. denique post c. 10 et c. 11 ex Hieronymi (cuius nomen in margine adscriptum) quaestionibus in genesin vol. 3 p. 313. 314 in textum receptus est locus a verbis *sciendum quod usque ad diluvium* usque ad verba *eo anno quo caepit esse diluvium.*

35. Parisinus n. 3088 saec. XII folio 123 singulari principium habet chronicorum *primus ex nostris* ad verba *ita et in hoc sit* (scilicet in loco ex Hieronymo Isidorianis inserto de Matusala pariter atque in codice Vatic. Pal. 239). in praefatione inter Heraclium et Sisebutum inserta sunt verba *si Lothacharii ae* ut in Paris. 9380 aliisque.

36. Bruxellensis n. 5413—5422 saec. IX (*Archiv* 7, 866. 8, 496). praescribitur *incipit* Spec. 1 A. *expositio temporum Ysidori episcopi*, subscribitur *finit.* prima verba sunt *brevem temporum expositionem*, postrema *consummatio seculi est.* adhaerent chronica de sex aetatibus finientia in a. p. Chr. 809. ipse librum non tractavi, specimen misit amicus Paulus Errera Bruxellensis.

37. Vaticanus reginae n. 215, antea *sanctae Mar. . .*, saec. IX (cf. Arevalus Isid. Spec. 30. 2, 304) f. 131′—142′ seq. Isidori chronica habet inscripta: *incipit liber chronicon Isidori Spanensis episcopi.* interpolata sunt passim ex Bedanis, exempli causa sub Zenone inseritur: *Odovacar rex . . . . Italiam infestus occupavit*, sub Mauricio: *hoc tempore sanctus Gregorius dialogus* [sic] *Romae episcopus sinodum episcoporum XXIIII ad corpus beati Petri congregans de necessariis ecclesiae decernit, Anglorum etiam gentem ad fidem Christi convertit, mittens strenuos predicatores Mellitum Augustinum et Iohannem.* ex laterculo quoque pontificum librarius Isidoriana auxit. post Isidoriana, quae finiunt c. 416 *conuertit*, sequitur continuatio sumpta ex eodem Beda, quatenus is pervenit, deinde ad a. 877 perducta incipiens *Constantinus filius Eraclii*, finiens: *sunt igitur ab initio mundi usque in annum presentem secundum Hebraicam veritatem IIII DCCCXXVIIII, secundum Grecorum vero supputationem sive iuxta septuaginta interpretes VILXXVII, qui est annus ab incarnatione domini octingentisimus septuagesimus se[ptim]us indictione [X] regnante gloriosissimo rege Karolo anno XXXVII, imperii vero II.* subiciuntur chronica alia brevia et inania continuata et ipsa ad a. 877, incipientia *prima aetas*, finientia *pascha VII id. Apr. luna XVIIII.* quae leguntur post Isidorum edita sunt SS. XIII. 725 ex codice eo qui sequitur qui videtur ex hoc descriptus esse.

38. Parisinus 4883 *A* saec. XI f. 1 seq. consentiens cum Vaticano reg. 215 videtur inde descriptus esse. propterea specimen suppressi.

39. Parisinus n. 12236, antea Sangermanensis 862, saec. IX, f. 110′—125. pro in- *G* scriptione est *Isidorus lectori salutem;* subscriptio nulla. iuxta c. 417 verb. *hoc est* laterculus est incipiens DCLIIII DCLV et sic decurrens ad DCLXIII. qui scripsit interdum de coniectura tradita immutavit, ut c. 238 Tiberius dicitur non *filius Augusti*, sed *privignus*, c. 339 pro *in Macedonia* restitutum est *et Macedoniana* recte, sed ex Hieronymo vel ex libro editionis secundae. aliis quoque locis, ubi cum secundo ordine liber stat contra priorem vitiatum, vera lectio ex emendatione venit.

40. Parisinus n. 12237, antea Sangermanensis 808, saec. IX, parilis est Pari- Spec. 21. sino 12236 et descriptus omnino si non ex ipso, certe ex archetypo eodem. laterculus quoque DCLIIII—DCLXIII hic redit.

41. Parisinus n. 4860 saec. X, olim Mogontiacensis (vide vol. 1 p. 363), descriptus *M* ex Augiensi deperdito saec. VIII, ut exposui supra ad chronica Cassiodori p. 117, inter alia multa argumenti historici f. 73′—77 chronica Isidoriana habet inscripta *incipit brevis temporum expositio Melliti*, subscripta *finit deo adiuvante: sit gloria domini in saeculum saeculi. αμεν.* similiter inscripta, scilicet *chronica Melliti*, fuerunt Isidoriana in huius libri archetypo Augiensi teste catalogo Reginberti anni 820 (Becker catal. bibl. antiqui p. 20). pendet ex eodem archetypo atque Lucensis (c. 1 *expositionem* add. *LM*) neque contaminatus est cum familia diversa, sed interpolatus ex Hieronymo, unde veniunt quae solus habet c. 134^{a}. 172. 182^{b}. 192. 232^{b}. 281: alibi de suo tradita interpolavit, ut c. 198 Theophrasto substituit Hippocratem, c. 229 Horatio Sallustium. de personato hoc Isidoro sive Mellito (sub quo nomine propterea Isidoriana interdum citat, quamquam verum quoque auctoris adlegans, Marianus Scotus usus ipso hoc codice tum

Mogontiacensi, MG. SS. 5, 190) egerunt Florezius (*Esp. sagr.* 6, 441 seq.) et Arevalus (in Isidorianis 1, 682). nominis origo latet, ipse liber nullam utilitatem habet. nihilominus in apparatum recepi, quoniam priores de eo multa et omnino iusto plura dixerunt et coniecerunt.

Spec. 6. 42. Lemoviecensis n. 1 saec. XII, de quo libro dictum est vol. 1 p. 357 ad Prosperum, post huius chronica integra f. 176—183′ habet Isidoriana inscripta sic: *item brevis chronica quod Miletus Christi famulus adauxit* (recentior manus adscripsit *Ysidori Hispallensis*). post Isidori verba extrema *consumatio seculi est* subscriptus est locus Isidori orig. 5, 28. 29: *chronica Greca dicitur . . . atque succedit.* codex, cuius specimen accepi a Girardo, quamquam non descriptus est ex Parisino 4860 et passim ab eo recedit (ita absunt ab hoc libro c. 306ª. 320ª, adest c. 319), sine dubio fluxit ex eodem archetypo: nam praeter nomen auctoris communia cum eo habet et alia menda et quod non repperi nisi in duobus his libris c. 117 *eram* mutatum in *Eraclii annum.* — Simili libro usus est Riccobaldus Ferrariensis in chronicis ad a. 1297 afferens haec (Tartarotti apud Muratorium S. R. I. 9 p. 100; cf. ibidem vol. XXV p. XIX): *tradit Miletus in catalogo suo Augustorum, quod hic* (Constantinus magnus) *ultimis vitae diebus ab Eusebio episcopo Nicomediae baptizatus in Arrianum dogma dilapsus est,* respiciens scilicet Isidori c. 334, et alibi citans narrationem de Iudaeis c. 345 item ex Mileto. — Contra *Mileti breviarium in chronicis* quod inscribitur (cod. Marcianus Lat. cl. X n. 72 antea adservatus Patavii in S. Iohannis in virdiario teste Tomasino bibl. Patav. a. 1639 p. 19; ex eo descriptus est Marcianus alter Lat. cl. XIV n. 177), scilicet catalogus patriarcharum iudicum prophetarum apostolorum paparum imperatorum deductus ad a. 1260 (rerum notitiae finiunt a. 1223), de quo dixerunt Tartarottius l. c. aliique (*Archiv* 4, 162), nihil habet cum Isidoro commune.

Spec. 5. 43. Leidensis Vossianus quart. n. 20 saec. X inter alia f. 140′—144 continet chronica Isidori; praescribitur: *incipit chronica Isidori de antiqi,* finiunt mutila in Nerone. ad Isidoriana formae primae multa adiecta sunt ex Hieronymianis: ita in Nerone post c. 249 leguntur adnotationes apud Schoenium notatae p. 155 *h. g. s.* p. 157 *r.*

Spec. 11. 44. Matritensis academiae historiae *est.* 23 gr. 7ª. A 189 saec. XIII, de quo diximus ad historias (supra p. 260), incipit ab Isidori chronicis maioribus sub praescriptione (quae uncis quadratis inclusa sunt, evanida facta supplevit manus recentior): *incipi[t historia] a beato Ysidoro Iuniore Hyspalensi episcopo edita.* sequitur post indicem decem persecutionum inscriptum: *horum imperatorum Romanorum temporibus in Christianis persecutio facta est* praefatio sub titulo: *incipit prologus Ysidori Iunioris super cronicis breviter annotatis,* deinde libellus ipse inscriptus: *incipiunt cronica Ysidori. de rerum omnium creaturarum* [sic]. *primo die* cet. inter c. 129 et 130 haec leguntur: *sub quo q. terminata est monarchia Assiriorum. nam Sardan. ultimus monarchus victus ab Arbace prefecto suo, qui Mediam procuravit, semet ipsum concremavit et tunc Arbaces monarchiam ad Medium* [sic] *transtulit spe, nondum re. hec enim fecit Darius occiso Baltra, qui fuit V post Nabuchodonosor. fuerunt tamen reges Assirii, sed non monarchi tamen pocentes* [sic], *usque ad eversionem Nineve* et c. 311: *era CCXLVIII, anno imperii Valeriani et Gallieni II porro Gothi descensis Alpibus, quibus inhabitant, Greciam Macedonum Pontum Asyam atque Illyricum devastaverunt.* finiunt chronica c. 413 verbis *Iherosolimam amiserunt.* haec ne additamentis quidem digna visa sunt quae insererentur.

Spec. 22. 45. Parisinus n. 17544 saec. XII post Hieronymi chronica f. 114′ habet Isidoriana, praescribens: *incipiunt cronica Isidori episcopi Ispalensis. breve . . . regna* (haec pro parte tituli): *incipit prologus* et post praefationem: *explicit prologus. incipit narratio.* subscriptum: *expliciunt chronica.* computatio deducta ad p. Chr. 673 inserta inter c. 416 et 417 legitur inter additamenta p. 493.

46. Vaticanus n. 1974 saec. XII f. 103′ post Orosium chronica Isidori habet inscriptione antiqua nulla, subscribitur: *finit cronica.* Spec. 28.

47. Vaticanus reginae n. 691 saec. XII simillimus est Vaticano 1974.

48. Parisinus n. 1862, antea Trevirensis S. Maximini, saec. X f. 18′—24. inscriptio post praefationem haec est: *incipit liber kronicorum Isidori episcopi;* subscriptio nulla. Spec. 16.

49. Parisinus n. 1863, antea Remensis, deinde Tellerianus, saec. X f. 26′—34′, simillimus n. 1862. Spec. 17.

50. Oxoniensis *all souls' college* n. 47 saec. XV post Hieronymi chronica auctariumque Prosperi Isidoriana habet: *incipit cronica ab exordio mundi usque ad tempora Eraclii et Sisebuti imperatorum.* subscribitur: *explicit cronica .... Sisebuti principum.* additamenta quaedam huic et duobus sequentibus communia composuimus in auctario p. 493. Spec. 15.

51. Vaticanus Ottobonianus n. 1758 saec. XV, antea Patavii (cf. Arevalus Isid. 1, 691. 2, 411) praecedenti simillimus. Spec. 29.

52. Olmützensis universitatis *b* 20 saec. XV. specimen sumpsit a me rogatus Car. Schenkl Vindobonensis. post titulum quem modo rettuli ex Oxoniensi sequitur *cuius auctor exstitit* nomine omisso in spatio vacuo. Spec. 12.

53. Florentinus Laurentianus *conventi soppressi* n. 282 (= S. Mariae novellae n. 625 = 6) saec. XIV sic inscriptus est: *incipit cronica sancti Ysidori Iunioris cum quibusdam adnotationibus extractis de testis et istoriis biblie et de libro Pauli Orosii et de passionibus sanctorum continens in se ipsa cronica sex etates seculi, scilicet ab initio mundi usque in presentem diem que fuit ab incarnatione domini M° CCC° XI tempore domini Clementis pape V.* prope accedit recensio ad eam quam proponunt libri tres modo citati; specimen est in auctario p. 494.

54. Senensis 19 saec. XIV similiter inscriptus est. finit liber ita: *Henricus Alamanicus imperator V regn̄. in partibus Tuscie. mortuus autem in comitatu Senarum apud Bonconventum die Veneris XXIIII Agusti anno domini MCCCXIII. sunt isti imperatores usque hinc LXXXIII.*

55. Vaticanus n. 8095 saec. XVI (Arevalus Isid. vol. 1 p. 689), cui subscriptum: *deo gratias amen sub anno* 1480, convenit cum Florentino sub n. 53 citato.

56. Romanus Vallicellianus B 40, antea monasterii Sublacensis, saec. XI sub praescriptione *incip. series cronice Ysidori* post praefationem non tam chronica eius habet quam centonem interpolatum cum ex Orosio tum praesertim ex Anastasio. ita adest sub Honorio locus de Gothis *his temporibus Gothi erant et gentes multe ..... mortuo Modigisclo duos filios eius Gonzarim et Gizerichum principatum obtinuerunt,* quae sunt Anastasii p. 103. 104 de Boor; item de Phoca haec ibi leguntur: *an. divine incarnat.* D (L *deleta*) *XCIIII Focas reg. ann. VII. Romani ceduntur a Persis. anno imperii sui primo tyrannus,* ut apud Anastasium p. 179 et sic deinceps usque ad verba p. 184 *igne apud Boi cremaverunt;* denique extrema *valde legitimus Romanorum imperator ostenditur et ad regalia pervenit porro* leguntur ibidem sub finem p. 339; extrema desunt mutilato volumine. praefationis varia lectio in specimen recepta est. Spec. 34.

57. Vaticanus Urbinas n. 100 saec. XV (Arevalus Isid. 2 p. 377) videtur descriptus esse ex Vallicelliano B 40 etiamtum integro: nam pervenit ad finem usque Anastasii verbis *Andrianopolim cepit.* sequitur catalogus regum Langobardorum (SS. Lang. p. 505). praefationis variam lectionem recepimus. Spec. 31.

58. Romanus Barberinianus XIV, 18 (antea 2533) saec. XVII sine dubio descriptus est ex Vallicelliano eodem: nam finit ipse integer, ubi ille mutilus abrumpitur.

59. Florentinus Laurentianus S. Marci n. 587, ex libris Nicolai Nicoli, saec. XII cum Vallicelliano B 40 convenit, sed ulterius procedit: extrema haec sunt: *postea reg. Enricus filius eius an. VI. deinde veniens Romam an. MXLVI et facto concilio causa Simoniacae heresis deposuit Iohannem papam cognomento Gratianum. cui succedens*

venerabilis papa Clemens praefatoque regi tribuens coronam regnavit ann. VIII et mortuus est ann. MLV.

60. Monacensis 2 anni 1135 sine titulo. finit in anno mundi VDCCCXIIII.

61. Monacensis 5320 (Chiemsee 20) saec. XV f. 158—164 sine titulo, incipit *breuem temporum expositionem,* finit *de suo cogitet transitu.* sequuntur Bedana.

Spec. 19. 62. Parisinus n. 4871 saec. XI *incipit prologus Ysidori:* finit mutilus c. 22 fin. in *docuit.*

63. Parisinus n. 12117, antea Sangermanensis 547 = 434, saec. XI f. 109. 110 post chronica de sex aetatibus sub titulo *item alia chronica* habet Isidoriana maiora, sed compendiata (e. c. c. 340 sic formatur: *hunc Donatus grammaticus praeceptor sancti Hieronymi Romae habetur*) et continuata (finiunt *mortuo autem Carlomanno accepit Karolus regnum et regnavit annis XLII. Hludoricus regnavit annis XXVII. et inde domnus Karolus accipit regnum et deo protegente gubernavit annis XXX et uno*). ex eodem libro SS. 3, 166 editi sunt annales S. Germani Parisienses.

Spec. 14. 64. Oxoniensis Bodleianus e museo 113 (antea 94) saec. X XI f. 106′: *liber cronicorum Isidori Yspalensis episcopi.* post praefationem chronicorum maiorum insertus est locus ex praefatione minorum: *secula generationibus . . . . creationem mundi.* ipsa chronica exhibentur breviata; adscripsi extrema: *VDCCCVI. Focas an. VIII. Romani ceduntur a Persis: plurimas provincias et ipsam Hierosolimam amiserunt. VDCCCXXXIII. Eraclius an. XXVII. huius V et IIII religiosissimo* [sic] *principe Gothorum Sisebuti in Spania Iudei baptizantur. explentur anni ab exordio mundi VDCCCXXXIII. residuum sextae aetatis tempus deo soli est* (*notum* add. m. 2). computatio quae subicitur exhibetur p. 491 inter additamenta una cum adnotationibus selectis adscriptis ad marginem variis manibus.

ORDO POSTERIOR.

S 65. Sangallensis n. 133 saec. IX ineuntis a pluribus librariis scriptus, de quo diximus ad genealogum (vol. 1 p. 157), p. 523—590′ chronica haec habet sine inscriptione neque quicquam tam praefationi quam libello subscriptum nisi *explicit;* sequitur historiae Gothicae Isidori particula (supra p. 257) inscripta *incipit cuius supra,* quod in hoc libro non habet quo referatur.

W 66. Guelferbytanus Helmstadiensis n. 579, antea n. 532, scriptus a. 820 (Heinemann cat. 2 p. 20) fortasse a Secundo Calvo (certe f. 54ª in fine Isidoriani libri sacrae eruditionis legitur *Secundus Calvus scripsit*), f. 84—85′ chronica haec exhibet mutila initio, incipiens c. 338 a verbis *fidei caelebrantur.* subscriptio nulla, nisi quod et post c. 416ª et in fine legitur *explicit.* sequitur commentariolus de rerum sacrarum scriptoribus is quem edidimus inter additamenta ad Victorium Aquitanum vol. 1 p. 744. proxime accedit ad Sangallensem. librum ipse non vidi, descriptum recognitumque habui ab amicis.

B 67. Bernensis n. 83 saec. X, antea S. Remigii Remensis, inter alia, quae enumerat Hagen catal. p. 102, chronica habet f. 90′—99′ inscripta: *in nomine domini inep cronia* [sic] *Ysidori Ispaniensis provinciae.* subscriptum praefationi: *explicit praefatio, incipit chronicorum,* ipsi libello: *explicit.* sequuntur historiae Gothorum Isidorianae particulae duae (supra p. 257). liber multis locis correctus est priore scriptura abolita neque satis distinguuntur emendationes librarii et correctoris. numeri cum omnes correcti sint, eos sprevi; ad diluvium corrector adnotavit: *secundum Hieronymum IICCXLII sunt, secundum vero istum sunt, sicut hic habes, IICCXLVII.* chronica hic contaminata esse adhibitis exemplaribus familiarum duarum et aliis locis multis declaratur, ut c. 72. 202. 296, et inde intellegitur, quod in praefatione remansit Sisebutus.

P 68. Petropolitanus λ. Q. v. Old. I n. 20 saec. IX f. 3′—8 chronica habet inscripta: *in nomine domini incipit cronica Hysidori Spaniensis provintiae;* subscriptum praefationi:

explicit praefatio, incipit chronografia, libello: *explicit.* sequuntur particulae historiarum (supra p. 257). adnotat Arndtius folia huius voluminis aliquando maiore corpore videri comprehensa fuisse, cum numeros inscriptos habeant, manu tamen recenti, 62—73. 24. 25.

69. Parisinus bibliothecae *de l'Arsénal* n. 982, de quo supra p. 261 egi ad historias Spec. 23. et p. 331 ad continuationem Isidorianam Hispanam, descriptus est ex Alcobaciensi deperdito. post Orosium continet f. 42 seq. Isidori chronica maiora sine inscriptione et subscriptione, sed *Ysidoro minori* tribuuntur tam in indice volumini praemisso quam in titulatione paginarum. sequuntur Isidori historiae adiecta contimatione laudata. prope accedit ad codicem *F*: ita c. 398 est *per Athanagildum tirannum* habetque c. 409[a] de Hunis, non habet c. 408[b] de Gregorio.

70. Matritensis univ. n. 134 saec. XIII, descriptus ex eodem Alcobaciensi (supra Spec. 10. p. 330), habet f. 47'—53 chronica haec sine inscriptione, sed post praefationem legitur: *explicit prologus, incipit c(ronica) Isidori Iunioris.*

71. Pelagius episcopus Ovetensis († c. a. 1143) corpori historico ei, de quo supra p. 262 exposuimus, praeter historias Isidori chronica quoque inseruit inscripta (certe in codice Matritensi bibl. nat. T 10 teste Knustio *Archiv* 8, 798) *incipit corografia* (sic) *Isidori Iunioris Pacensis episcopi*, id quod convenit cum ipsius praefatione l. c. relata (cf. p. 328). praefatio Isidoriana hic legitur sub praescriptione *incipit liber gentis Romanorum per generationes* praeceditque caput de Romulo. finit liber in capite nostro 416[b], unde colligitur eum pertinere ad ordinem posteriorem. sequitur laterculus imperatorum Byzantiorum editus inter auctaria p. 494.

72. Rodensis liber, de quo supra p. 258 diximus ad historias Isidori, hodie desideratur, nisi quod in tabulis Palomaresianis supersunt verba et prima: *cronica Isidori Iunioris. sex diebus* cet. (praefatio abest) et postrema: *fiunt igitur . . . consummatio saeculi est.* plenior eius libri, cui propria est c. 417 interpolatio Suinthilani pro Sisebuto, notitia superest in libris duobus inde descriptis, qui sunt hi:

73. Matritensis bibl. nat. X, 161 saec. XI/XII f. 143—145; vide supra p. 258. Spec. 9.

74. Romanus Vallicellianus R 33 saec. XV; vide supra p. 259. Spec. 36.

75. Florentinus Laurentianus plut. 20 n. 54 saec. XI, de quo vol. I p. 158 dixi ad *F* genealogum, f. 30—34 chronica habet cum praescriptione hac (quae poni debuit post praefationem, errore posita est post verba *hominem Adam prima aetas saeculi*): *incipit conographia* [sic] *Ysidori Iunioris.* subscriptio nulla. contaminatum esse librum inter alia ostendit Sisebutus in exordio relictus, cum adsint in fine Suinthilae laudes, item locus de Galeno c. 27 in libris prioris ordinis collocatus ante c. 274, in libris secundi ante c. 266, hic relatus utroque loco. caput 334 de Constantino quomodo immutarit librarii pietas, editio monstrat, item locum de Graecorum libertate c. 210[a] quomodo auxerit eius doctrina. admisi nihilominus librum, ut inde appareret textus forma vulgaris.

76. Coloniensis bibliothecae capitularis n. 83[II], aliquamdiu Darmstadiensis n. 2084, *K* iam antiquo domicilio restitutus (cf. Iaffé et Wattenbach Colon. codd. p. 29; Waitz *neues Archiv* 4, 163; Krusch *Studien zur Chronologie* p. 195), scriptus sub Hildebaldo archiepiscopo a. 798 (v. computationem ad hunc annum deductam editam MG. SS. 16, 370), adhibitus (ut observavit Arndt *neues Archiv* 4, 163) incipiente saeculo nono a scriptore annalium Hildesheimensium (MG. SS. III p. 18 seq.). post Hieronymianorum chronicorum praefationem habet f. 5—12 chronica Isidori. praescriptum: *incipit chronica Esidori Iunioris;* subscriptio nulla. adhaeret brevis computatio incipiens: *ab Adam usque ad diluvium anni $\overline{II}$CCXLII,* finiens: *ab inicio mundi usque ad nativitatem Christi anni $\overline{V}$CXCVIIII, ab Adam usque ad passionem Christi anni $\overline{V}$CCXXVII.* — Haec Isidorianorum chronicorum forma non pauca habet propria, id est communia cum sola epitoma quae sequitur Vindobonensi. epitomata quodammodo est et ipsa, scilicet inde a c. 197 (nam quae praecedunt integra referuntur) capita aliquot, ut c. 209. 210,

similiter atque *V* breviavit, plura omisit servata non solum in exemplaribus plenis, sed etiam in *V*, ut c. 77ª. ex contaminatione duarum editionum hanc recensionem prodiisse ut inde efficitur, quod in principio Sisebutus remansit, in fine adest caput de Suinthila, ita etiam certius inde colligitur, quod ad locum de Phoroneo c. 37, quem habet sub Isaac ut editio prior, cum secunda eum sub Iacobo referat, hic adscribitur: *hoc sub Iacob*, item ad caput de Memphi 41, quod habet sub Iacobo cum priore ordine in secundo relatum ad Iosephum, similiter adnotatur: *hoc sub Ioseph.* nec contaminationem solam haec forma admisit, sed etiam auctorem hic illic emendat. ita c. 63 pro corrupto *Clinus*, quod habent reliqui omnes, in *V* restituitur *Linus*, omnino adhibito Hieronymo, novitque eam emendationem is quoque qui *K* librum scripsit, cum Linum ante c. 63 chronicis inseruerit. similiter duo libri *KV* c. 67 Minotaurum adiciunt et in praefatione Victorem faciunt non Tonnennensem solum, sed etiam Africanum. denique huius recensionis auctor, ut infra ostendetur, eo offensus, quod primus census tribuitur Tullo Hostilio, capite inserto suum reddidit Servio Tullio. nihilominus item infra demonstrabimus in iis, quae haec forma sola habet, reperiri quaedam quae vix Isidoro ipsi abiudices.

V 77. Vindobonensis bibliothecae aulicae n. 89, antea Salisburgensis 72, scriptus saec. IX, inter alia post Rufi breviarium (ad hoc librum adhibuit Wendelinus Foerster in ed. Vindobonae a. 1874 agens de eo in praef. p. 4) f. 7—9 proponit Isidoriani chronici epitomen inscriptam: *incip lib de ordine temporum,* subscriptione nulla. foliorum duorum amissorum, scilicet a c. 68 (finit *minotauro ipocentaurus*) ad c. 233 (incipit *iulius caesar*) damnum supplent apographa codicis duo quae sequuntur. annos mundi tamen nos non dedimus nisi quatenus superest archetypum.

Vw 78. Vindobonensis n. 323 saec. XII epitomen proponit f. 46—54 accurate descriptam, nisi quod anni mundi aut omissi sunt aut temere inmutati.

Ve 79. Londiniensis musei Britannici librorum Egertonianorum n. 1118 (antea *coll. Agus. soc. Iesu*) f. 1—10. in universum minus diligenter exaratus est. — Sprevi duo alia
Spec. 37. 38. apographa saec. XV reperta in codicibus Cheltenhamensibus 3706 et 7283; utrumque in principio praefationis pro *per generationes* habet *peregrinationes.* — Editio princeps chronicorum Isidorianorum s. l. et a. (creditur impressa esse Romae apud Stephanum Planck; cf. Hain rep. bibl. 2, 1, 145 et Arevalus Isidor. 1, 686: ego eam vidi Venetiis in Marciana vol. misc. 2631, 2) foliorum sex formae quaternariae non ipsa, sed hanc eorum epitomen repraesentat.

Codices non excussi vel deperditi.

Troyes n. 386 (Pertz *Archiv* 7, 219; *cat. des bibl. des dép.* vol. 2 p. 175), ante Bouhierii, inter opera Isidori extremo loco chronicon dat continuatum ad a. 1265.

Rouen n. 1181 = U. 81 (antea U. 11) saec. XV (Pertz *Archiv* 8, 370; Omont *cat. des bibl. des dép.* vol. 1 p. 280) post Hieronymum cum Prospero et Sigiberto Isidori chronica habet sine nomine auctoris: incipiunt *brevem temporum.* finiunt in Sisebuto verbis *vita et miraculis claruit.*

Soriensis a Perezio adhibitus (vide supra p. 165). secundum ea, quae de eo libro referuntur, fuit in eo libro 'duplex conclusio', quarum altera pervenit ad a. Heraclii V et Sisebuti IV, ex altera, scilicet ordinis posterioris, quae adnotata habuimus, rettulimus ad c. 414ª. 417ª.

Oxomensis a Perezio adhibitus (vide supra p. 331).

Petri Pontii Leonis episcopi Placentini liber recens, sed optimus secundum Perezium apud Villanuevam *viage* 3 p. 213.

Perezii corpus chronicorum, cuius supra p. 265 dixi extare exemplaria plura, in his Segobrigense, Toletanum bibl. cap. 26, 27, Matritense bibl. nat. F 38, etiam chronica Isidoriana comprehendit. descripsit Perezius librum Soriensem, adiecit variam

lectionem librorum eorum qui praecedunt et Lucae Tudensis. codicis Segobrigensis apparatu instructi nobis copia non fuit et facile eo carui; reliquos sprevi.

Pomposae secundum catalogum a. 1093 (Becker catal. bibl. ant. p. 170) in volumine Isidorianorum fuit *chronica sancti Isidori Spalensis episcopi describens historiarum breviarium ab exordio mundi usque ad Heraclii tempus.*

Guelferbytanus Augustanus fol. 5, 3 saec. XVI: principium deficit. vidi et sprevi.

Darmstadiensis n. 146, saec. XV fin., antea *liber carthusiae Wesaliensis* in parte altera f. 211—217. incipiunt chronica *brevem temporum expositionem,* finiunt *consummatio seculi est.* inspexit a me rogatus Zangemeister.

Monacensis 516 scriptus ab H. Schedel a. 1475 continet chronica Isidori breviata sub titulo: *Isiodori opusculum de temporibus,* incipientia: *breve temporum progenerationes et regna,* finientia: *igitur ab exordio mundi usque ad era DCLIIII, hoc est quinto anno Heraclii imperatoris, V mil. octingenti decimo sexto* sequente clausula solita.

Pisanus liber inscriptus similiter atque Vaticanus n. 1348 (supra n. 2), cuius meminit Waitzius SS. Lang. p. 505, a me Pisis frustra quaesitus est.

Compilationum posterioris aetatis superstructarum Isiodorianis enumeratio plena neque finem haberet neque utilitatem. itaque paucarum tantum mentio fiet. — Qui historias Isidori in Hispania saec. VIII medio continuavit, eum supra p. 325 vidimus chronica quoque eius adsumpsisse. — Chronographi Hispani alii quoque civis opus continuarunt, in his Lucas Tudensis ita, ut compilationis eius primum librum constituant chronica Isidori, secundum historiae (vide supra p. 264). — Compilatio codicis Vaticani n. 1361 saec. XII imperatores Romanos enarrat ad chronica Isidori, his subiungens primum excerpta ex Bedae chronicis, deinde catalogum regum et imperatorum editum SS. 3, 217 (cf. SS. Lang. p. 505). — Compilatio Havniensis, de qua egimus ad chronica Italica (vol. 1 p. 266 seq.), praeter ea et Prosperiana multa, ut ibi ostendimus, habet deprompta ex Isidorianis. — Bedam in chronicis suis passim usum esse Isidorianis infra ubi edentur demonstrabitur. — Expilavit eadem in historia Romana Paulus diaconus (v. praef. Droyseni p. LII). — Annales Ulsteriani (ed. Hennessy Dublini 1887) ad a. 616 (vol. 1 p. 88) adnotant: *Usque hunc annum scripsit Isiodorus cronicon suum, ita dicens: 'Eraclius 'dehinc quintum annum agit imperii, hoc est anno quinto imperii Eraclii et quarto 'religiosissimi principis Sisibuti: sunt ab exordio mundi usque ad Eraclii annum pre- 'sentem, hoc est quintum VDCCCXIIII'.* — In Gallia auctor corporis Fredegariani uno certe loco 3, 65 expilavit horum chronicorum c. 402, fortasse etiam altero 1, 26 de creatione mundi eadem adhibuit. — Potest addi locus ex Elipandi (cf. Arevalus in ed. opp. vol. 1 p. 249) epistula ad Carolum magnum (apud Florezium *Esp. sagr.* 5, 541): *de quo* (Constantino imperatore) *beatus Isidorus dicit: 'heu pro dolor! bono usus prin- 'cipio et fine malo'* similisque alter ex epistula eiusdem ad Alcuinum (Iaffé bibl. rer. Germ. ep. 122 vol. 6 p. 497).

Saepenumero inveniuntur ex Isidorianis chronicis excerpta interposita alienis, maxime Bedanis, quae ubi edentur, exempla afferemus.

Iam postquam de libris scriptis diximus, restat quaestio, ex iis quae sic tradita accepimus quaenam sint vere Isidori et quae ratio intercedat inter recensiones duas alteram finientem in a. 615, alteram pervenientem ad a. 624. hoc dubium non est capita ea quae non inveniuntur nisi in libris solitariis insiticia esse: ita supra iam diximus Pseudo-Mellitum *(M)* chronica haec interpolavisse adsumpto Hieronymo, eum quoque scriptorem, a quo pendent libri *KV*, de suo quaedam et mutavisse et addidisse, id ipsum fecisse librarium codicis recentissimi Florentini *F.* haec ut in ordinem recepimus, ne lectorem fugerent, ita patet adiecticia esse. at longe gravior et late patens quaestio surgit, quidnam statuendum sit de duabus recensionibus illis sic ut nos eas traditas accepimus magnopere differentibus. bis chronica ab auctore edita esse, primum a. 615,

deinde a. 624 et ad nos pervenisse exemplaria editionis utriusque satis constat[1]). scilicet cum pleraque et in praefatione Sisebutum regem nominent et in eius laudibus finiant, alia longe pauciora et in exordio Suinthilam substituunt et in fine ad caput illud de Sisebuto alterum adiciunt in Suinthilae honore versans. accedit quod cum eodem anno, quem enuntiat chronicorum editio secunda, Isidorus historias emiserit, facile cum iis coniungere potuit chronicorum editionem alteram. ad hanc igitur divisionem primariam exemplaria quae adhibuimus examinatave abiecimus, sic ut supra recensentur digesta sunt. utramque editionem ab ipso auctore emissam esse verisimile est, cum secunda quoque prodierit eo vivo neque quicquam in posteriore reperiatur, quod Isidorus non pariter scribere potuerit atque quae leguntur in editione priore. nihilominus quaeritur, utrum duarum formarum differentia ab ipso Isidoro magis pendeat an a librariorum alterius utrius libelli studiis mutandi et breviandi. illam opinionem probabilem iudicabit qui accedit ad examen, facto examine dubitatio certe surget, an non ea quae in editionibus duabus differunt, ex bona parte ad librariorum arbitrium magis redeant quam ad consilium auctoris. in universum secunda editio plenior est priore, sed desunt in illa capita non pauca (c. 253. 254. 350. 374. 402. 403. 409) servata in altera. ut haec nemo Isidoro abiudicabit, ita locorum longe plurium servatorum in sola editione secunda certe plerique non videntur ex ampliatione accessisse ad formam prolixiorem, sed deficere in breviore ex mutilatione. de acephalis quae Isidorus adversarius eorum acerrimus[2]) tradit solito explicatius capitibus sex 385. 386ª. 389ª. 394ª. 397ª. 407ª, eorum primum omnes libri habent, reliqua ordo posterior solus. auctores, a quibus pendent capita in sola editione secunda reperta, quod sunt ii ipsi, a quibus veniunt communia (ut Eutropiana c. 253—255 sunt in recensionibus duabus, longe pleraque in posteriore sola), explicationem haberet etiam si accessissent in editione altera ab ipso auctore procurata; sed tanta aequalitate ut ea insereret excerptis prioribus, quanta excerpta potissimum ex Victore et Iohanne facta procedunt, nequaquam adsequi potuit scriptor ut doctrina ita diligentia destitutus. etiam clarius comparatis locis servatis forma diversa in recensione utraque intellegetur utramque editionem nobis traditam esse licentia librariorum multis locis corruptam et modo in priore, modo in posteriore genuinam formam vel genuinae propiorem reperiri. ita narratio de Gothorum conversione c. 349. 350 in rec. I traditur iisdem verbis atque in historia tripertita ab Isidoro compilata; contra rec. II, scilicet libri *SPBW* cum epitoma Vindobonensi *V* ad pauca verba eam redegerunt. narrationem c. 401ᵇ de conversione Armeniorum Hiberorum Maccuritarum recensio prior omisit, posterioris libri plerique solos Armenios admiserunt, duos alios populos et ipsos apud Iohannem nominatos soli libri *KV* exhibent. aliis locis prior recensio corrupta et interpolata invenitur, integra posterior. c. 339 quod Isidorus scripsit: *haeresis Anthropomorphitarum in Syria et Macedoniana in Constantinopoli nascitur* in recensionis secundae libris aut recte legitur aut levi errore inlato *et Macedonia* pro *et Macedoniana*: quod habent libri omnes non contaminati recensionis prioris *in Syria in Macedonia in Constantinopoli* interpolatio est ex eo ipso errore generata. exempla alia subiunxi.

Eutropius:	*c. 265 rec. I:*	*c. 265ª rec. II:*
(Traianus) Babylonem . . . vicit . . . . usque ad Indiae fines . . . accessit . . . Arabiam . . . in provinciae formam redegit.	Iste Asia et Babylonia capta usque ad Indiae fines post Alexandrum accessit.	Babyloniam et Arabiam cepit et usque ad Indiae fines accessit.

1) Hertzbergius quae de duabus chronicorum editionibus exposuit (*Forschungen* 15 p. 294 seq.) pro non scriptis habui; nam diligentia et acumen in eiusmodi quaestione non sufficiunt librorum iusta cognitione destituta. 2) Braulio in praenotatione de Isidoro (Arevalus vol. 1 p. 9): *quo flumine eloquentiae et quot*

Eutropius:	*c. 273 rec. I:*	*c. 273[a] rec. II:*
Pius propter clementiam dictus est.	Iste ob hoc tale cognomentum accepit, quia in omni regno Romano cautionibus incensis cunctorum debita relaxavit: unde et pater patriae appellatus est.	Iste propter clementiam tale nomen accepit.
Hydatius:	*c. 373 rec. I:*	*c. 373[a] rec. II:*
Alani et Vandali et Suevi Hispanias ingressi.	Wandali quoque Spanias et Suevi Gallias occupant.	Wandali quoque, Alani et Suevi Spanias occupant.
Iustinus 1, 1, 9 [1]):	*c. 32 rec. I:*	*c. 32[a] rec. II:*
Postremum bellum illi (Nino) fuit cum Zoroastre rege Bactrianorum, qui primus dicitur artes magicas invenisse . . . . hoc occiso.	Sub quo (Nino) Zoroaster magiae inventor a Nino rege occiditur. *omissa est igitur dignitas regia Zoroastris.*	Hac aetate magiae ars in Persida a Zoroastre rege Bactrianorum reperta est. *omissa est igitur caedes Zoroastris.*
Chr. urb. a. 354:	*c. 152. 153 rec. I:*	*c. 152. 153[a] rec. II:*
Numa . . . pontifices virgines Vestales instituit.	Numa Pompilius . . . primus Vestales virgines instituit	Numa Pompilius primus pontifices et virgines Vestales instituit.
Augustinus:		
(Numa putavit) illam civitatem deorum profecto falsorum numerositate muniendam.		falsorum deorum numerositate civitatem implevit.
Chr. urb.:		
Hic duos menses ad X menses Romuli instituit, Ianuarium diis superis, Februarium diis inferis dedicavit.	duosque menses Ianuarium et Februarium decem mensibus adiecit.	duos menses in annum Romanis ad decem menses adiecit, Ianuarium diis superis, Februarium diis inferis dedicavit.

Chr. urb. a. 354:	*c. 156 rec. I:*	*c. 156 rec. II:*	*c. 169[b] rec. VK:*
Tullius Hostilius . . prior censum egit.	Tullius Hostilius prior in re publica censum egit.	Tullius Hostilius prior in re publica census egit, quod adhuc per orbem terrarum incognitum erat.	Tunc primus Romae coepit Servius Tullius Romae census agere, quod adhuc per orbem terrarum incognitum erat.
Eutropius 1, 7:			
Servius Tullius . . primus omnium censum ordinavit qui adhuc per orbem terrarum incognitus erat.			

iaculis divinarum scripturarum seu patrum testimoniis acephalitarum haeresin confoderit, synodalia gesta coram eo Hispali acta declarant, in qua contra Gregorium praefatae haeresis antistitem eam adseruit veritatem. Continuator Isidori Hispanus c. 16 supra p. 339, ubi vide.

1) Eadem habet, ex Iustino scilicet, Augustinus c. d. 21, 14, sed cum et praecedentia et sequentia Isidorus ex Iustino traxerit, illum hoc loco non videtur compilasse. paullo longius ab Isidorianis recedit Hieronymus a. Abr. 7: *Zoroastres magus rex Bactrianorum clarus habetur. adversus quem Ninus dimicavit.*

Differentias inter editiones duas, quas probabiliter referas ad auctorem librum antea editum secundis curis recognoscentem, nullas ego offendi praeter locos de Suinthila et fortasse regnum Iustiniani uno anno auctum errore sane, sed multis communi. chronica etymologiis inserta breviata etsi presse in universum sequuntur formam breviorem, adsunt in epitome capita quaedam quae in ea desiderantur (c. 77[a]. 300[a]) et omnino ipsum breviandi studium eo ducere potuit, ut quae recensio prolixior sola servavit, tam a brevioris diasceuasta quam ab epitomatore pariter abicerentur.

Haec si ita se habent, ut historias Isidori (vide supra p. 252) ita chronica quoque ad nos pervenerunt recensionibus duabus ita comparatis ambabus, ut utraque tam interpolationem quam mutilationem subierit et ad formam genuinam perveniamus coniunctis duabus. id ut verum fortasse, certe non est veri simile, et bene scio dubitationes ita magis moveri quam sedari. et perveniunt fortasse dubia ea ad ipsam librorum, quibus etymologiarum opus magnum traditum accepimus, miram diversitatem, cuius diversitatis originem nescio an tangant Braulionis ad Isidorum epistulae (opp. vol. 6 p. 574 seq.). nimirum postquam flagitavit (ep. 10) ab Isidoro *librum etymologiarum, quem iam audivimus consummatum* neque accepit, post septem annos renovat preces (ep. 12): *notesco libros etymologiarum quos a te domino meo posco etsi detruncatos corrososque iam a multis haberi: inde rogo, ut eos mihi transcriptos integros emendatos et bene coaptatos mittere digneris.* id quod ab auctore obtinuit (ep. 13): *codicem etymologiarum cum aliis codicibus de itinere tibi transmisi et licet inemendatum prae invalitudine, tamen tibi modo ad emendandum statueram offerre.* idem Braulio confirmat in vita Isidori. id ipsum quod etymologiis si etiam chronicis accidit, ut vivo auctore *detruncata corrosaque* circumferrentur, librorum qui supersunt condicio recte explicabitur.

Meam libelli recensionem ita formavi, ut tam communia editioni utrique et sine dubio Isidoriana quam alteri utri propria et uno conspectu coniungerentur et in singulis capitibus de auctoritate liqueret. interpolationes tum certas quam dubias a textu eiusmodi auctoris cur secernerem, causa nulla fuit.

Orthographica aliaque minora formavi, quatenus ratio sivit (scilicet meris mendis in adnotationem reiectis), ad librum Claromontanum, ibi quoque ubi ipse variat inter scribendi formas duas pariter antiquas, ut sunt *ph* et *f* in Graecis. deficiente libro antiquissimo eadem ratione me applicavi aut ad Sangallensem (cuius errores soliti sunt eius saeculi: *e* pro *ae oe* — *e* et *i* permutatae — *i* pro *y* — *o* et *u* permutatae — *c* et *t* item) aut ad Coloniensem, cuius hi fere sunt soloecismi pro aetate non multi: *e* pro *ae*, *ae* pro *e* — *e* pro *i (adfermans, collegitur, obtenuit, perdedisse)* — *i* pro *e (decim, discendens, discribunt, pacifacti, quingentissimo)* — *c* pro *t (Dioclicianus, Domicianus, lacioribus, Theodocion)* — *t* pro *c (Martianus)* — *h* omissa *(ae* et *hae* perturbata, *scitarum)* — *i* pro *y (hieronimus, scitarum)* — *y* pro *i* vel *e (decym)* — *u* pro *o (nepus)* — *p* inserta *(dampnatus)* — geminatio male admissa *(quingentissimo, transtullit).* reliquorum librorum mendas vulgares et inutiles sprevi.

CHRONICORVM EPITOME.

Etymologiarum codicem nimia magnitudine ab auctore relictum *imperfectum* et *distinctum titulis, non libris,* Braulio, cuius rogatu eum fecit, ait se divisisse in libros viginti. Ildefonsus: *scripsit,* inquit, *in ultimo ad petitionem Braulionis Caesaraugustani episcopi librum etymologiarum, quem cum multis annis conaretur perficere, in eius opere diem extremum visus est conclusisse.* epitomen chronicorum maiorum etymologiis insertam subscriptio ostendit absolutam esse anno Heraclii XVII (eum enim nominant libri optimi quique), id est p. Chr. 627. quemnam locum in etymologiarum libris tenuerit, quos plerique codices sic ut Braulio eos ordinavit viginti faciunt, alii viginti quinque vel octo et viginti (Arevalus vol. 1 p. 407), non huius epitomae editoris est determinare; in plerisque codicibus ita ut in editis ea efficit libri quinti capita duo extrema (38. 39), cum in aliis pro sexto libro procedat, in aliis (ut in nostro *W*) ad septimum referatur. hoc non praetereundum in multis codicibus iisque optimis quibusque, ex nostris in *ADW*, libri in editionibus quinti partem posteriorem (c. 28—39) seorsum proponi sub inscriptione *de temporibus* sequente indice capitum duodecim, cuius tamquam exordium est primum *de chronicae vocabulo,* novem quae sequuntur constituunt libri Isidoriani de natura rerum, quatenus is ad tempora pertinet, epitomen, duo extrema, ut dixi, chronicorum maiorum. videmur hic titulum tenere talem, qualibus divisum Braulio opus ab auctore accepit.

De relatione quae intercedit inter chronica maiora et epitomen modo (p. 410) diximus. huius cum prae illis exigua utilitas sit (nam missis corruptis et transpositis quod unum habet epitome in maioribus non repertum c. 199 de Maximino, non tam in epitoma additum videtur quam in utraque chronicorum maiorum recensione culpa librariorum omissum), sufficiet de libris scriptis pauca adnotavisse. eorum duo genera sunt, alterum etymologiarum ipsarum, alterum chronicorum inde seorsum descriptorum, quae in elencho subiecto distinximus asterisco * praefixo. illius ordinis permulti, scilicet ex infra enumeratis ii quibus notam † adposuimus, chronicis subscriptionem apponunt hanc: *colligitur omne tempus ab exordio mundi usque in praesentem gloriosi Recesuinti annum X, qui est aera DCXCVI, anni $\overline{V}$DCCCLVIII* (vel *LVII*). is est annus p. Chr. 658, mundi secundum computum Isidori, modo eum recte constituerimus, 5856. ex hoc exemplari auctoris obitu vicennio fere posteriore omnes qui extant libri num descendant, Braulio denique quod ait libros etymologiarum ante quam ab ipso publicarentur, a multis habitos esse *detruncatos corrososque,* num aliqua ratione ad exemplaria nostra redundarit, disquirent universi libri editores futuri; neque enim in particula hac ingentis operis crisis cum fructu exerceri potest. codices chronicorum epitomatorum tam comprehensorum opere universo quam separatim descriptorum per bibliothecas quas adii data opera examinavi omnes, maxime ut additamenta deprehenderem ad rerum notitiam utilia, eaque spes quamquam fere fefellit, codicum huius editionis causa examinatorum indicem subieci. ex iis paucos elegi, quorum variam lectionem in

apparatum referrem, paulo plurium specimen proposui ad partem extremam. hoc notabile, quod duo libri iique omnium antiquissimi Guelferbytanus *W* etymologiarum et Parisinus 7530 *P* chronicorum inde excerptorum, accedente ex parte Einsidlensi *E* etymologiarum, chronica exhibent interpolata: scilicet inserunt c. 17 Cainan alterum secundum LXX interpretes et c. 31 Isaacum scribunt natum esse anno patris non centesimo, sed quinto et septuagesimo, contra communem opinionem, sed vix mero calami errore (cf. item c. 14. 19. 89. 128. 130). praeterea interpolationibus erroribusve communibus coniunguntur libri et *ACM* (vide e. c. c. 7) et *CQ* (vide c. 197. 252) et *BEQH* accedentibus deterioribus multis (c. 265 quae hi libri addunt ante *Iudaei,* abhorrent ab epitomae brevitate accesseruntque omnino ex chronicis maioribus).

Italia.

Florentiae in bibliotheca Laurentiana:

Spec. 2. 1. plut. 19 cod. 32 saec. XV.

Spec. 3. 2. plut. 52 cod. 21 saec. XIII.

Spec. 4. 3. Gadd. pl. 90 sup. cod. 17, 1 saec. XIII. post verba *Iudaei in Hispania Christiani efficiuntur* ita pergitur adhibitis Bedanis: *et Persi a Romanis vincuntur. MMMMDCCCLXVI item Eraclius cum matre sua Martina ann. II. Cirus Alexandrinus cum sociis suis acephalorum heresim est instaurans.* finitur sic: *Leo ann. VIIII. Leubrandus rex Longobardorum ossa sancti Augustini de Sardinia transtulit in Ticino et cum magno honore condidit MMMMMDCCCCXLIX* subiecta clausula *residuum . . . cognitum est.*

Spec. 5. 4. Gadd. pl. 90 sup. cod. 17, 2 saec. X.

Spec. 6. 5. Gadd. pl. 90 sup. 17, 3 saec. XIII, in fine libri VII.

Spec. 7. † 6. S. Crucis pl. 27 sin. codd. 7. 8 saec. XIII.

Spec. 8. 7. S. Crucis pl. 27 sin. cod. 9 saec. X.

Spec. 9. 8. S. Crucis pl. 27 sin. cod. 10 saec. XII.

Spec. 10. 9. S. Marci n. 582 saec. XI.

Spec. 11. 10. S. Mariae novellae 364 (olim 623) saec. X, in fine libri VII.

Spec. 12. 11. *conventi soppressi* n. 319 (= Vallombrosa 624) saec. XIII.

Spec. 13. † 12. Ashburnham n. 1045 saec. XIV.

Spec. 14. † 13. Ashburnham n. 1404 saec. XIII.

Spec. 15. † 14. *nuovi acquisti* n. 80 saec. XIV.

La Cava de' Tirreni.

15. n. 3 saec. X. pars edita est in codice diplomatico Cavensi vol. 2 app. p. 25.

Lucae.

Spec. 16. 16. bibl. cap. II n. 55; descripsit mihi partem bibliothecarius Sforza.

Mediolani.

Spec. 18. 17. Ambrosianus H 187 inf. saec. X.

M 18. Ambrosianus L 99 sup., antea Bobiensis, saec. VIII/IX (cf. Reifferscheid bibl. patrum 2, 49). recepi in apparatum.

Mutinae.

Spec. 19. 19. arch. capit. I n. 17 saec. IX; in fine libri VII. in imo margine: *ab initio mundi usque hic isti sunt anni VDCCLXXVIIII.*

Neapoli.

† 20. V. B. 13 saec. XIV.

21. V. B. 14 saec. XIII.

22. V. B. 15 saec. XV.

Spec. 20. 23. VI. D. 61 saec. X.

Romae.

24. Vaticanus n. 623 saec. XII. adest continuatio Bedana (supra n. 3).

† 25. Vaticanus n. 624 saec. XI.

† 26. Vaticanus n. 626 saec. XIII.

*† 27. Vaticanus n. 1869 saec. XII/XIII f. 91.

28. Vaticanus Palatinus n. 281 saec. IX. recepi in apparatum. *B*

† 29. Vaticanus Palatinus n. 282 saec. XIV.

† 30. Vaticanus Palatinus n. 283 saec. XIV.

31. Vaticanus Urbinas n. 100 saec. XV, in l. VII.

32. Vaticanus Urbinas n. 141 saec. XIII, in l. VII.

† 33. Vaticanus Urbinas n. 479 saec. XIV.

* 34. Vaticanus Urbinas n. 585 saec. XI *chronica Ysidori de seculi etatibus.*

† 35. Vaticanus reginae n. 112 saec. XI.

36. Vaticanus reginae n. 137 saec. XIV.

37. Vaticanus reginae n. 239 saec. XIII.

38. Vaticanus reginae n. 294 saec. XI. interpolata sunt chronica ex Isidori maioribus. computationem insertam inter c. 416 et 418 chronici maioris dedimus in auctario IV p. 505.

39. Vaticanus reginae n. 1824 saec. XIV. in fine: *a nativitate Christi usque nunc fiunt anni DCCXXVII in hac supputatione.*

40. Vaticanus reginae n. 1953, antea *S. Maximini* |||*ciacensis monas.*, saec. X (Reifferscheid bibl. patrum 1 p. 375). libri in codice non numerantur. chronica f. 49′—51 scripta sunt litteris maiusculis tota. subscriptio anni 658 adiecta est a manu recentissima. recepi in apparatum. *A*

*† 41. Vaticanus reginae n. 2034 saec. XV f. 122—125. subscriptum: *explicit cronica beati Isidori.*

† 42. Vaticanus Ottobonianus n. 343 saec. XIV.

43. Vaticanus Ottobonianus n. 345 saec. XI.

† 44. Vaticanus Ottobonianus n. 352 saec. XIV.

45. Vaticanus Ottobonianus n. 404 saec. XV. continuationem finientem in Theodosio II a. 716 (cf. Arevalus vol. 3 p. 512) edidi inter additamenta IV p. 504.

† 46. Vaticanus Ottobonianus n. 427 saec. XIV.

47. Vaticanus Ottobonianus n. 477 saec. XIII. praeter alia interpolata (v. Arevalus vol. 3 p. 513) adest continuatio Bedana (v. n. 3).

† 48. Chigianus A. VIII. 243 saec. XV.

49. Chigianus A. VIII. 244 saec. XIV. continuatio incipiens: *Theodosius ann. IV. Theotonia gratiam baptismi suscepit,* finiens: *assumptus est Fredericus II qui nunc imperat* edita est apud Arevalum vol. 3 p. 512 seq.

49ª. Casanatensis bibliothecae n. 711 scriptus a. 1057 (certe in eo finit computatio f. 73) habet originum librum V et in hoc chronica.

Taurinis.

50. D. III. 19 (Pasini n. 55) saec. XI.

51. I. II. 7 (Pasini n. 53) saec. XI. adest continuatio Bedana (supra n. 3).

52. I. III. 19 (Pasini n. 56) saec. XI.

53. I. IV. 14 (Pasini n. 57) saec. XI.

Venetiis.

54. Marcianus Lat. cl. II n. 47 saec. XIV. adhaeret computatio pariter atque in n. 38.

Vercellis.

55. bibl. cap. n. 58 saec. IX. ex hoc libro et tribus qui sequuntur sextam aetatem describendam mihi curaverunt amici. Spec. 22.

Spec. 23. † 56. bibl. cap. n. 102 saec. IX.
Spec. 24. 57. bibl. cap. n. 128 saec. X.
Spec. 25. 58. bibl. cap. n. 202 saec. IX.

Gallia.

Amiens.

59. n. 221 saec. XII. continuatio, quae pervenit ad Ludovicum Lotharii filium, edita est p. 502.

Parisiis.

*† 60. n. 5009 saec. XIII (Waitz *Archiv* 11, 288).
* 61. n. 5239 saec. XI f. 148—151 *de temporibus Ysidori.*
* 62. n. 5543 saec. XI f. 151—154 (cf. Waitz *Archiv* 11, 286), praecedenti similis.
P * 63. n. 7530 saec. IX f. 289. 290 incipit *prima aetas.* recepi in apparatum.
Spec. 21. 64. n. 7582 saec. IX.
† 65. n. 7583 saec. X.
66. n. 7584 saec. X. libri non numerantur.
† 67. n. 7585 saec. X.
† 68. n. 7588 saec. X.
69. n. 7589 saec. XII.
70. n. 7590 saec. XIII.
† 71. n. 7591 saec. XIII.
72. n. 7592 saec. XIII.
† 73. n. 7593 saec. XIII.
† 74. n. 7594 saec. XIII.
75. n. 7595 saec. XIII. continuatio eadem atque n. 59.
76. n. 7596 saec. XIII.
77. n. 7596 *A* saec. XIII.
† 78. n. 7597 saec. XIV; in l. VI.
† 79. n. 7598 saec. XIV; in l. VI.
† 80. n. 7599 saec. XIV.
† 81. n. 7600 saec. XIV.
† 82. n. 7601 saec. XIV. clausulam dedi in auctario p. 506.
† 83. n. 7602 saec. XV.
† 84. n. 7603 saec. XV.
† 85. n. 7604 saec. XIV.
† 86. n. 7607 anni 1460.
87. n. 7670 saec. X.
88. n. 7672 saec. XII.
† 89. n. 7674 saec. XIV.
† 90. n. 7675 saec. XIV. clausula ut n. 82.
91. n. 7676 saec. XV.
† 92. n. 8501 *A* saec. XII.
† 93. n. 10291 saec. X.
† 94. n. 10292 saec. X. libri non numerantur.
† 95. n. 10293 saec. X.
* 96. n. 11676—11680 in apparatu novae editionis operum Isidori post Dubreulianam a. 1601 chronica minora reperiuntur descripta 'ex ms. codice Lexoviensi'. clausula ut n. 82.
† 97. n. 11864 saec. XII.
98. n. 14085 saec. X.

† 99. n. 14743 saec. XII/XIII.
100. n. 15009 saec. XII (S. Victoris 567) f. 160′. epitome.
† 101. n. 16216 saec. XIII.
† 102. n. 17159 saec. X.
† 103. n. 17160 saec. XII.
† 104. n. 17161 saec. XII.
† 105. n. 17875 saec. XII.
† 106. n. 17876 saec. XII.
† 107. n. 17877 saec. XII.
† 108. *nouv. acq.* n. 2169 saec. XI (cf. *neues Archiv* 6, 488), manu Hispana. subscriptio voluminis haec est: *explicitus est liber ethimologiarum sub era* $\overset{a}{\bar{I}}$ *C*ª *X*ª (= p. Chr. 1072) *VIIII kls Stbrs lunc cursu VII*° *regnante rex Sancio in Castella et in Legione et in Gallecia, Dominico denique abbati monasterii sancti Sebastiani de Silus regenti.* in margine adnotantur persecutiones decem et passiones martyrum quaedam. recepi in apparatum. *Q*

Belgicum et Hollandia.

Bruxellis.

109. n. 668 saec. XIV.
† 110. n. 4687 saec. XII.
† 111. n. 5447 saec. XI/XII.
112. n. 7997 a. 1456 mutilo libro maior pars chronicorum deest.
† 113. n. 9386 saec. XI.
† 114. n. 9844 saec. X.
† 115. n. 9915 saec. XII.

Groningae.

† 116. n. C. D. 3 saec. X, antea monasterii nemoris beatae Mariae virginis prope Northoern. misit descriptum Burger.

Lugduni Batavorum.

117. publ. n. 11.
118. publ. n. 29 saec. XIV.
† 119. publ. n. 73 saec. XIV.
† 120. Vulcanii n. 1 saec. XIII.
121. Perizonii n. 2 saec. XII.
† 122. Vossianus Lat. fol. n. 74, antea Gruteri, saec. X. adnotatio de Reccesvindo in margine adiecta est manu vetere.
† 123. Vossianus Lat. fol. n. 82 saec. IX.
124. Vossianus Lat. oct. n. 15 saec. X. epitome.
125. Vossianus Lat. oct. n. 67 saec. XI.

Hispania.

Codices in Hispania adservatos recensui ad enotata inde a Knustio Ewaldo Bernaysio adhibitis relationibus editis Knustii (*Archiv* vol. 8 a. 1843), Ewaldi (*neues Archiv* vol. 6 a. 1881), Harteli (bibl. patr. Lat. Hisp. vol. 1 a. 1887).

Escurial.

† 126. B I 10 saec. XIII. Ewald p. 233. Hartel p. 29.
† 127. B I 11 saec. XIV. Ewald p. 233. Hartel p. 29. adhaeret, sed tribus paginis vacuis separata ab Isidorianis, continuatio Bedana (supra n. 3) aucta capitibus duobus.

128. B I 12 saec. XIV. Knust p. 810. Hartel p. 29.
129. & I 2 saec. XIV. Knust p. 814. Hartel p. 57. adhaeret continuatio Bedana (supra n. 3) similiter aucta atque est in n. 127.
† 130. & I 3 anni 1047. Knust p. 814. Ewald p. 248. Hartel p. 57.
Spec. 17. 131. & I 14 saec. VIII. Knust p. 815. Ewald p. 250. Hartel p. 70.
132. P I 6 saec. X/XII. Knust p. 818. Hartel p. 100.
133. P I 7 saec. IX. Knust p. 818. Hartel p. 101.
134. P I 8 saec. IX. Ewald p. 260. Hartel p. 102.
C 135. Q II 24 saec. VIII. Knust p. 817. Ewald p. 272. Hartel p. 112. chronica iussu meo collata sunt a Bernaysio. recepi in apparatum. ad finem quae adiecta sunt, relata sunt in addit. IV p. 506.
136. R III 9 saec. XII. Ewald p. 279. Hartel p. 139.

Matriti.

137. bibl. nat. A 51 saec. XIII. Knust p. 770; Ewald p. 287; Hartel p. 320. 'Chronica omnium pontificum et imperatorum Romanorum' Gilberti (SS. XXIV p. 117) inserta post Isidori chronica minora ad nostram operam non pertinent.
138. Toletanorum 15, 8 saec. VIII/IX. Hartel p. 291. a Knustio p. 822 videtur referri sub n. 14, 24.
139. Toletanorum 15, 9 saec. XI. Hartel p. 293. ab Ewaldo p. 319 videtur referri sub n. 15, 19.
† 140. academiae, antea S. Aemiliani *de la Cogolla* n. 8 saec. X. Ewald p. 331. Hartel p. 493.
† 141. academiae, antea S. Petri *de Cardeña* n. 12 saec. X. Ewald p. 335. Hartel p. 524.

Toleti.

142. n. 15, 10 saec. XIV. Ewald p. 361.
143. n. 15, 11 saec. XIII. Ewald p. 362. in fine est principium adnotationis eius, quam rettulimus ex n. 135.

Britannia.

Cambridge.

† 144. bibl. publ. Ff II 40 saec. XIII.
145. bibl. publ. Gg I 19 saec. XIV. epitome.
† 146. bibl. publ. Kk II 13 saec. XV.
† 147. collegii Corporis Christi n. 22 saec. XIII.

Cheltenham in bibliotheca Phillippsiana.

† 148. n. 272 saec. XII.
149. n. 2054 saec. XIII.
† 150. n. 2533 saec. XIII.
151. n. 2812 saec. XIV. continuatio eadem atque n. 59.
152. n. 3352 saec. XII. adhaeret continuatio Bedana (supra n. 3).
† 153. n. 8219 saec. XII.

Londinii.

* 154. Cotton Tit. D. XIX saec. XV exeuntis. inscriptio et subscriptio nulla. ex additamentis, quae sunt multa, sed pessima, sublecta ex Hieronymo, libro pontificali, Paulo diacono aliisque, selecta quaedam reperies in auctario IV p. 503.

† 155. reg. 6 C I saec. XI.
† 156. reg. 12 F IV saec. XII.
† 157. Harleianus 6 saec. XIII.
† 158. Harleianus 2660 saec. X.
† 159. Harleianus 2686 saec. IX exeuntis. in fine libri quinti capitula XII de temporibus seorsum numerantur indice praemisso. recepi in apparatum. *H*
160. Harleianus n. 3035 scr. a. 1496.
161. Harleianus n. 3099 scr. a. 1134.
162. Harleianus n. 3941 saec. X.
*† 163. Burney n. 8 f. 3. 428 ante et post biblia saec. XIII.
164. Burney n. 326 saec. XII.
† 165. Burney n. 328 saec. XIV.
† 166. Lansdowne n. 433 saec. XIV. chronica scripta sunt in foliis postea insertis 78. 79 et in tertio antiquo 80, cuius prior scriptura vere Isidoriana ex parte deleta est, ut posteriori locum faceret. adnotationes totae mutatae sunt, sed inutiles omnes; adhibiti reperiuntur Beda aliique.
† 167. Arundel n. 129 saec. X, corr. saec. XI adiecta adnotatione Recesuinthiana.
† 168. add. n. 15603 saec. XII.
169. add. n. 21998 saec. XIV.
170. add. n. 22797 saec. XIII.
171. add. n. 22798 saec. XIV.

Oxonii.

172. Bodleianus n. 239 saec. XI.
173. Bodleianus n. 395 saec. XIII.
174. Bodleianus n. 396 saec. XIV.
† 175. *Balliol college* n. 8 saec. XIII.
† 176. *Balliol college* n. 283 saec. XIII.
177. *Lincoln college* n. 63 saec. XII.
† 178. *Lincoln college* n. 64 saec. XIII.
179. *Magdalen college* n. 8 saec. XIV.
180. *Merton college* n. 95 saec. XIV.
181. *Merton college* n. 287 saec. XIV.
182. *Merton college* n. 303 saec. XIV.
† 183. *Oriel college* n. 2 saec. XII.
184. *Queen's college* n. 320 saec. IX. praecedit carmen Eucheriae (anth. Lat. vol. 5 p. 361 Baehrens) destitutum primo disticho. recepi in apparatum. *D*
185. *Trinity college* n. 55 saec. XI.
† 186. *Trinity college* n. 64 saec. XIII.
† 187. *University college* n. 118 saec. XII. chronicorum adsunt exempla duo, alterum in ipso opere, alterum postea eidem insertum.

Germania, Austria, Helvetii.

Bamberg.

*† 188. E. III. 18 f. 112. 113 saec. XI. sine inscriptione et subscriptione. Spec. 16.

Basileae.

† 189. F. III. 15 saec. IX. sextam aetatem descriptam misit Sieber bibliothecarius.

Bern.

† 190. n. 36 saec. X/XI.
191. n. 95 saec. XII/XIII.

192. n. 101 saec. IX/X.
193. n. 129 saec. XIV.
† 194. n. 159 saec. XIV.
† 195. n. 224 saec. X. in margine adnotatio Reccesuinthiana.
† 196. n. 291 saec. XII/XIII. item in margine adnotatio eadem.
* 197. n. 676 saec. XV. *de temporibus secundum Ysidorum li. quinto.*

Berolini.

198. Lat. fol. 72 a. 1477.
199. Lat. fol. 232 saec. XII.
† 200. Lat. fol. 256 saec. XV.
201. Lat. fol. 289 saec. XV.
X * 202. Phillippsianorum n. 137 = 1896 saec. IX is, de quo vol. 1 p. 3 seq. egi, continet, ut ibi dictum est, p. 83—85 deperditis iis quae praecedebant extremam partem chronicorum Isidori minorum. adhaeret epitome Bedana incipiens: *Anastasius Persa monachus,* finiens: *triennio civitatem obsident* subiuncta continuatione ad Bedam edita. recepi in apparatum.

Einsiedeln.

E 203. n. 167 saec. IX exeuntis. recepi in apparatum.

Moelk.

* 204. n. 716 saec. XV, mea causa inspectus a Schenkelio. eadem recensio atque Londin. Cotton. Tit. D. XIX (n. 154); librarius in principio habuisse se queritur *exemplar plurimum incorrectum.*

Monachi.

† 205. n. 4541 (Benedictobur. 41) saec. X.
* 206. n. 5120 (Beurberg 10) saec. XII f. 144'. 145.
207. n. 6250 (Frising. 50) saec. X.
208. n. 7484 (Indersdorf 84) anni 1429.
209. n. 10058 (Pal. 58) saec. XI/XII.
210. n. 12266 (Raitenbuch 66) saec. XV.
211. n. 12631 (Ranshofen 31) saec. XII.
† 212. n. 13031 (Ratisbon. civ. 31) saec. XII.
† 213. n. 14334 (S. Emmerami D 59) saec. XV.
* 214. n. 14430 (S. Emmerami E 53) a. 1335 f. 102.
215. n. 17093 (Scheftlarn 93).
216. n. 17739 (Stadtamhof 9) saec. XII.
217. n. 18192 (Tegernsee 192) saec. XI.
218. n. 22227 (Windberg 27) saec. XII.

Sancti Galli.

219. n. 231. 232 saec. IX.
220. n. 237 saec. IX.

Schaffhausen.

221. bibl. ministerialis n. 42 saec. XI. sextam aetatem descriptam misit Baechtold bibliothecarius.

Vindobonae.

† 222. n. 67, antea phil. 62, saec. XII. adnotatio Reccesuinthiana in margine.
* 223. n. 427, antea hist. prof. 338, f. 72—74, saec. XII: *chronica Ysidori Ispaniensis.* sequitur index regum et imperatorum a Dagoberto ad Conradum III.

* 224. n. 580 saec. XI post chronica Isidori maiora tributa Augustino et Hieronymo (v. p. 494) sequuntur f. 165—168 minora inscripta *incipit chronica sancti Isidori episcopi.*

225. n. 683, antea Salisburg. n. 430, saec. XIV. adhaeret continuatio Bedana (supra n. 3).

226. n. 714, antea rec. 927, saec. XIII.

227. n. 1625, antea theol. 427, saec. XIII.

† 228. n. 2285, antea rec. 2286, saec. XIV.

† 229. n. 3097, antea phil. 63, saec. XV.

† 230. n. 4831, antea univers. n. 271, saec. XV. chronica adsunt exemplari duplici, quorum prius habet computationem ut n. 38. 54, secundum adnotationem Recesuinthianam.

231. n. 5351, antea univ. 996, saec. XIV.

232. n. 13637, antea suppl. n. 1269, saec. XIV. adhaeret continuatio Bedana (supra n. 3).

Wolfenbuettel.

233. Augustanus fol. 5, 3 (Ebert n. 469) saec. XVI.

† 234. Augustanus fol. 38, 27 saec. XIV.

† 235. Augustanus fol. 83, 4 saec. XV.

236. Gudianus n. 74 saec. XIV.

† 237. Gudianus n. 298 saec. XV.

† 238. Helmstadiensis n. 174 (antea 149) saec. XV.

* 239. Helmstadiensis n. 488 (antea 454) saec. X.

240. Weissenburgensis n. 64 saec. VIII. recepi in apparatum. *W*

Ad orthographica ea tantum afferam quae enotavi ex libro saec. VIII Guelferbytano nobis *W*: *e* (*euitas, hec, hebrem* cet.) et *ae* (*diae, propriae*) passim permutatae — *e* (*condedit* semper, *cdedit, obtenuit, insignes, undecc*) et *i* (*origenis, segites*) item — *i* pro *y* non raro (*Chrisostomus, Hierusolim-, martirium*) — *o* (*agnuscitur, nuscitur, sacerdus*) et *u* (*uocabolo*) item — *cepit* pro *coepit* — aspiratio adiecta (*archa*) — consonantes male geminatae (*appollo*) — *aput* semper — *b* et *u* (*triumphabit*) permutatae.

CHRONOLOGIA ISIDORIANA.

Historiae mundi divisio per sex aetates applicata narrationi geneseos de mundo creato ut ab Oriente aliena, ita in Occidente propagata est per Augustinum, qui et alibi (ut de genesi 1, 23, 35) eam explanavit et in fine operis de civitate dei *ipse etiam*, inquit, *numerus aetatum velut dierum si secundum eos articulos temporis computatur, qui scripturis videntur expressi, . . sabbatismus evidentius apparebit, quoniam septimus invenitur: ut prima aetas tamquam primus dies sit ab Adam usque ad diluvium. secunda inde usque ad Abraham, non aequalitate temporum, sed numero generationum: denas quippe habere reperiuntur. hinc iam, sicut Matthaeus evangelista* [1, 17] *determinat, tres aetates usque ad Christi subsequuntur adventum, quae singulae denis et quaternis generationibus explicantur: ab Abraham usque ad David una, altera inde usque ad transmigrationem in Babyloniam, tertia inde usque ad Christi carnalem nativitatem. fiunt itaque omnes quinque. sexta nunc agitur nullo generationum numero metienda propter id quod dictum est* [act. 1, 7]: *'non est vestrum scire tempora, quae pater posuit in sua potestate'. post hanc tamquam in die septimo requiescet deus . . . haec . . septima erit sabbatum nostrum, cuius finis non erit vespera, sed dominicus dies velut octavus aeternus.* in ipsa chronica aetates has videtur introduxisse Isidorus in minoribus chronicis et maiorum recensione pleniore, nam a forma breviore videntur afuisse.

Annis mundi in utrisque chronicis Isidorus tempora definivit adscriptis iis, ut ipse ait in praefatione maiorum, *e latere*. et vere in codicibus quibusdam, ut in Caesenate, exhibentur a dextra intuenti in paginis rectis, a sinistra in versis: item in antiquissimo Claromontano paucis exceptis inveniuntur aut in marginem eminentes aut circumductis lineis a textu separati. alii libri eos in ipsum textum admiserunt, ut Albensis Lucensis Mutinensis Palatinus 239 Sangallensis: sed iustum locum in margine iis fuisse etiam inconstantia receptionis significat, ut exempli causa in Palatino adsunt anteriore aetate in fine capitum, imperatoria ante vocabula imperatorum, in Guelferbytano, cuius non superest nisi pars imperatoria, post imperatorum nomina annosque, in Coloniensi et Sangallensi non raro inter ipsa verba.

Annos mundi, quibus Isidorus utitur, adscivit ut reliqua omnia ex chronicis Hieronymi: scilicet ex annis Abrahae, quibus is utitur, suos effecit vel certe efficere voluit additis ad eos annis a mundo creato ad eum, qui Abrahae natalem praecessit, 3184. ita Augusti primus, 5155 Isidoro, Abrahae fit 1971 non multum recedens ab epocha Hieronymiana 1974. minores differentiae redeunt ad spatia regnorum diverse computata, ut Elagabalo Hieronymus annos tribuit IV, Isidorus III, Gordiano ille VI, hic VII, quae missa facere nobis licebit.

Libri quos mundi annos habeant, ostendit tabula chronicis ipsis subiecta (p. 482—488), ubi proponuntur excerpti ex reliquo apparatu chronicorum utrorumque et iuxta positi epochis adiectis. ea tabula etsi horrida et ipsa, habilis magis erit et commoda quam forent testimonia per utrumque apparatum dispersa. sed tamen tabula hoc potissimum

demonstrabit in numeris certe chronicorum maiorum interpolationem late grassatam esse. numeri vere ab auctore positi certiore ratiocinatione efficientur cum ex epocharum computatione tum ex testimoniis quibusdam non relatis in ordinem et interpolationis suspicioni minus obnoxiis.

Epocharum numeri petiti ex auctoribus iis, a quibus Isidorus in rerum ordine pendet, scilicet a geneseos libro chronicisque Hieronymi Prosperi Victoris Iohannis, cum auctoribus hisce comparatis tum maiorum et minorum chronicorum libris recte et plene collatis uno loco excepto omnes stabiliti sunt. Iosiae regi maiorum chronicorum libri prioris editionis cum tribuant omnes fere annos XXII, XXXII recte habent editionis secundae codices et chronica minora. Iustiniano quod XL annos adscribit chronicorum maiorum editio posterior, cum et eorum editio prior et minora verum numerum habeant XXXVIIII, interpolatori tribuendum erit. Phocae chronica minora dant annos VII, at VIII habent maiora recte erravitque in illis archetypi librarius. sed cum in his satis constare videatur, quem numerum Isidorus ponere voluerit, aliud est in imperatore Marco. ei cum maiorum chronicorum libri fere omnes (exceptis scilicet *MV* omnino ex Hieronymo interpolatis) et minorum complures annos tribuant XVIII pro XVIIII quos habet Hieronymus recte, in hoc erravit omnino sive auctor sive librarius ab auctore adhibitus. oritur igitur quaestio error is computationem continuam affecerit an in ea Marcus verum annorum numerum retinuerit. reliquis testimoniis adhibitis hoc verum esse repperi: certe errore ad annos mundi translato summa quam requiri modo videbimus nullo modo efficietur.

Numeros ita ex regnorum spatiis effectos confirmant testimonia quaedam solitaria et propterea, ut supra dixi, ab interpolatione magis tuta. primum chronica maiora c. 239 annum Tiberii XVIII in textu aequiperant mundi 5228, id quod cum nostris numeris consentit. deinde inter chronicorum minorum libros ordo omnium antiquissimus, sed interpolatus, quem apud nos repraesentant libri duo Guelferbytanus *W* et Parisinus *P*, cum numeros abiecerint fere omnes propterea, quod c. 17 Cainan alterum interpolaverunt et c. 31 Abrami annos mutarunt, unum retinuerunt ultimi anni Tiberii secundi, qui in hisce libris, propagatus omnino ex libro nostris omnibus longe antiquiore, est ipse ille quem supra ratiocinatione effecimus, 5779.

Ab his numeris tabula ex chronicis minoribus effecta non multum recedit, scilicet ubi sequimur libros hoc nomine meliores *AD*: mendae singulares non desunt, sed non continuantur uno excepto orto omnino ex anno eo, quem supra vidimus Marco demptum esse. eum errorem chronica minora per aliquod tempus in tabulam videntur propagavisse, sed neque in ea interpolatione consentiunt omnes et, quod magis ad rem facit, ad numeros a vero Marci spatio requisitos a Tacito inde ita redeunt, ut in annis regnorum aucti numeri causa nulla appareat itaque probabile sit emendatorem ibi a mutandis numeris traditis destitisse. in Phoca quem supra notavimus error etiam laterculum affecit fecitque, ut numerus eius ultimus sit 5807, non 5808, ut debuit esse.

Longe aliter res se habet in chronicis maioribus. eorum optimi quique libri non solum mendis solitariis inquinati sunt, sed laborant interpolatione ex spatiis regnorum corruptis in laterculum translata ratione diversa: quod exemplis quibusdam demonstrare non erit supervacaneum.

Claromontanus liber (*X*) ad Abessam usque numeros ut passim omittit, ita quos habet plerique veri sunt. deinde interpolans Achilon, cui adsignat annos decem, in Samsone omissa ut interpolatio tegatur indicatione annorum XX ad verum numerum redit 4044. proximo capite de Heli a. XL omisso qui sequuntur numeri iustis inferiores sunt, Samuhel pro 4124 habet 4084 et sic fere deinceps. error de Iosiae annis quem supra adnotavimus cum in reliquis primae editionis chronicorum libris seriem annorum non affecerit, in Claromontano iam pro quadraginta annis quinquaginta

deficiunt ponituque 4548 pro 4598, 4914 pro 4994. Epiphani cum tribuantur anni 27 pro 24, Euergeti II 27 pro 29, Soteri 16 (vel adeo 15) pro 17, annis mundi item ad hos numeros formatis adscribitur Epiphani a. 4971 pro 5018, Philometori 5006 pro 5053, Euergeti II 5030 pro 5082, Soteri 5046 pro 5099. in hac differentia, scilicet ut numeri Claromontani a veris discrepent annis 53, Claromontanus perstat ad Gallum et Volusianum. deinde nescio quomodo intervallo diminuto in parte extrema Claromontani numeri a veris plus minus annis quadraginta distant, sed ut ad certam legem revocari nequeant.

Lucensis codex (*L*) ad a. 3958 numeros quos nos Isidorianos iudicamus ita sequitur, ut qui differunt librariorum mendas non excedant. at Tolae pro annis XXIII cum tribuat XXXIII, propterea pro a. 3981 posuit 3991 et ita pergit errorem continuans ad a. 4265, Lucensi 4275. ad a. 4298 Ioram regi cum det a. VIIII pro VIII. item ad a. 4459 Achaz regi a. XVII pro XVI, Lucenses numeri qui quidem emendati esse visi sint librario nostros superare solent ab a. c. 4299 (Lucensi 4310) ad a. c. 4459 (Lucensi 4470) undecim locis, ab a. 4543 (Lucensi 4555) ad a. 5147 (Lucensi 5129) duodecim. undecim differentia (fortasse inde explicanda, quod Soteri ad a. 5099 Lucensis cum aliis libris compluribus XVI annos dat pro XVII) redit a. 5147 (Lucensi 5158) videturque perstare ad Traianum a. 5313 (Lucensi 5324). Hadriano cum Lucensis pro XXI annis XI solos adscribat, Pio item annos XI pro annis XXII, ab eo inde tempore Lucenses numeri ad eos quos nos posuimus prope accedunt, plerumque uno loco iis inferiores.

Albensis codicis (*A*) archetypum qui scripsit, ipse ait (vide supra p. 396) pro anno extremo in librum relato 5814 calculis subductis *per annos principum* repperisse se numerum sive 5805 sive 5802 et ad eam computationem marginales numeros emendavit.

Reliqui chronicorum maiorum libri nostri, qui quidem annos mundi habeant, *CDEGKMPSTVY*, propius quam *XL* ad numeros quos posuimus accedunt et ubi discedunt, librarii magis videntur peccasse quam interpolasse. sed tamen in his quoque passim deprehenduntur errores computando longius propagati. Sangermanensis liber *G* per a. 4555—5233 numeros ponere solet nostris primum decem, deinde novem inferiores; causa primaria videtur esse quod Amoni ad a. 4555 pro XII annos II tribuit; cur vero novem pro decem ponat et a Gaio inde ad nostros numeros redeat, non apparet. — Ptolemaeo Euergeti I cum optimi quique libri chronicorum maiorum non XXVI annos adscribant, quot habet Hieronymus, sed XXVII, inde proxima commata ad Augustum usque turbata sunt. — Error in Marco commissus, de quo diximus, in plerisque chronicorum maiorum libris annos mundi qui sequuntur ad Diocletianum usque affecit, sed cum ibi eius mutationis vestigia evanescant neque causa in regni annis probabilis ulla reperiatur, quod de minoribus diximus, ad maiora quoque porrigitur. ulterius haec non persequar, cum hic versemur non in traditione vetusta, sed evidenter in interpolationibus ad librariorum arbitrium admissis.

Ad quem mundi annum Isidorus chronica maiora deduxerit ubi quaerimus, cum minorum libri meliores finientes eum non enuntient, maiorum editionis prioris libri constanter fere annum sibi ultimum Heraclii quintum faciunt mundi 5813, isque recte convenit cum epochis singillatim relatis. item in auctario editionis prioris (add. p. 489) scripto a. 624 non ab ipso Isidoro, sed ab aequali homine Gallico Isidoro etiamtum vivo, quod annus mundi 5822 aequiparatur Heraclii quartodecimo et Chlotacharii regis Francorum, scilicet tertii, quadragesimo, cum rationibus nostris concordat. nam annus mundi 5822 si est Heraclii 14, Heraclii 5 est annus 5813; Chlotacharium autem cum viri docti statuant regnare coepisse anno p. Chr. 583 vel 584, quadragesimus eius ad annum 624 satis quadrat. — Editio

secunda ad quem annum perveniat, minus certa ratione testatum habemus. libri cum eam emissam esse scribant

SPW mundi 5821 aera 664 Heraclii 16 Suinthilae 5 (1 *S*)
K mundi 5831 aera 667 Heraclii 21 Suinthilae 10

eos numeros corruptos esse apparet. veri vel certe supra positis consentientes hi forent:

p. Chr. 624 mundi 5822 aera 662 Heraclii 14 Suinthilae 5
630 mundi 5828 aera 668 Heraclii 20 Suinthilae 11.

Aera Hispana, ad quam historias populorum Hispanorum Isidorus postea enarravit, in chronicis mundi nusquam usus est: tantummodo in fine annos aut numeravit aut numerare voluit *ad praesentem aeram,* numero non enuntiato secundum codices editionis prioris omnes. enuntiat eum qui, ut supra p. 169 diximus, chronicis Iohannis Biclariensis subscripsit haec: *usque DCLIIII vero eram, in qua beatus Isidorus cronicam suam condidit, id est quinto Eraclii imperatoris anno et quarto Sisebuti regis Gothorum.* sed si supra recte tempora definivimus, debuit ponere aeram non 654, sed 653. contra in secunda editione, ut modo dixi, aera enuntiatur bis diverse additis simul aliis determinationibus non congruentibus neque certa ratione emendandis.

1 Brevem temporum per generationes et regna primus ex nostris Iulius Africanus sub imperatore Marco Aurelio Antonino simplici historiae stilo elicuit. deinde Eusebius Caesariensis atque sanctae memoriae Hieronymus chronicorum canonum multiplicem ediderunt historiam regnis simul ac temporibus ordinatam, post hos alii atque alii. inter quos praecipue Victor Tonnonensis ecclesiae episcopus recensitis praedictorum historiis gesta sequentium aetatum usque ad consulatum Iustini iunioris explevit.

A (*ad* 1, 4 storiam) *BCDEFGKLMNPSTVXYZ*. 1 – 38 (*v. p.* 392).

Propter praescripta vide recensum codicum 1, 1 breuem (brebem *C*, breue *BLP* 18. 22, breues *N* 26, *om. propter* adbreuiata *vocabulum titulo insertum A*. 10. 11) temporum (temp. expositionem *LM* 1*A*. 2. 3. 6. 7. 14. 16. 17. 25. 27. 28. 30. 32. 33. 35, seriem temp. 5. 10. 31. 34, temp. seriem 11. 14. 28, temp. explanationem 1) per generationes (gerationes *C*, prognationes 3) et regna] *libri, in his pro titulo NT* 26, de seculis et etatibus per generationes 8, *om. FX* 11. 13 primus (primis *B*) ex nostris *om. F* 11 iulius] iulianus *B*^{b}*NPTY* 3. 8. 13. 26. 34, *om. B*^{a} 2 aurilio *APX* antunino *C*, antonio *DX* 5. 7. 11. 12. 15. 22. 24. 31. 34^{b}. 35, antonioo 23, *om. A* simpliee *L*, simpli *X*^{a} historiae (istorie *A*, instoriae *N*, storiae *X aliique*, historia *CD*^{1} 12. 29, historiam 10. 13. 23) stilo (istilo *S*, solo 26) elicuit (inuenitur *M*)] h. el. st. 31, *om.* 34 deinde] dein *E*, deinc *A*, dehinc *BFGKPSV* 10. 11. 18. 21. 23 3 euseuius *E*, esebius *B*^{a} 16, eusepius 18 caesarienses *Z* 21^{a}, caesariensius 18, cesareñ 15, cariensis 16. 17^{1}. episcopus *post* caes. *ins.* 2. 7. 32. 33, ecclesiae *ins.* 1*A* atque] absque *N* sanctae] sanctae romanae 33^{a}, sunt 31, *om. F* hyeronimus *X*, h. presbyter *CZ* 11. 12. 15. 29 cronicorum *X*, choronicorum 18 canonum] canonem *D*^{2}, canone 24, *om. M* 4 multiplicem] ac m. 1 edederunt *X*, *om. V* storiam *AG aliique*, historia 24, hist. iam 14 regnis (regni *B*^{a}*FN*^{a}*X*^{1} 25. 27. 34, regis 28. 31) simul] s. r. 2. 7. 32. 33. 35 ac temp. . . . episcopus *om.* 12. 15. 29 ac] hac *EKS (semper fere)*, atque *M* temporibus] temporales *D*^{a}, temporis 34 ordinatam] ordinata 8, ordenatu *X*, ordinarunt 30, *om. S*^{a} hos *om. C* alii] aliis *L* 5 atque alii *om.* 11. 14 precipue *X* uictor] uictor africanus *KV* tonnonensis *BGKLPSV* 10. 21. 23, tonnounensis 11, tononensis *NTXZ* 8. 18. 22. 26, toroneusis *E* (toro///sis) *DMY* 2. 25. 31. 34, torunensis 1*A*, toronnensis 1, turonensis 5. 6. 7. 13. 14. 16. 17. 24. 27. 28. 30. 32. 33. 35, tonnoricuensis 19, tornonensis *F*, tolosensis 3 ecclesiae . . . . sequentium *om.* 11 episcopus *om.* 5 5/6 recensitis (-tus *P*, requisitis 16. 17. 28. 32) praedictorum (praedicatorum *S* 21, predictoris *F*) historiis (hystoriis *X*, historie 28)] h. r. pr. 16. 17. 28. 30 gestas *L* 25, geste 34 seq. aetatum (et actum 22, erarum 10)] seq. una aetatum 8, aet. seq. *V* consolatum *X* iustini] iustiniani *CL* 2. 3. 15. 25. 27. 29, iusti 1. 19, iusti *Z* 7 iuniores *X*, minoris *G* 2, monoris 21^{a} expleuit] explicuit *G* 10. 11. 21. 22. 23. 32. 33. 35, expressit 13

De saeculis et aetatibus.

1 Saecula generationibus constant: et inde saecula, quod sequantur: abeuntibus enim aliis alia succedunt. hunc quidam quinquagesimum annum dicunt, quem Hebraei iubeleum vocant. ob hanc causam et ille Hebraeus, qui propter uxorem et liberos amans dominum suum aure pertusa servitio subiugatur, servire iubetur in saeculum, hoc est usque ad annum quinquagesimum.

ABCDEHMQW

1, 1 de saeculi aetatibus *E*, *om. AD* 2 constat *W* sequantur] se sequantur *A*^{2}*DMW*, resequuntur quod beiainius *H* adeuntibus *D*, abentibus *E*^{1} 3 aliis alia] aliis aliis *Q*, aliis alii *AB*, alii *D* quinquagesimum] ultimum *H* annum dicunt (-tur *H*)] dic. ann. *E* 4 heurei *Q* inbelium *H*, iubelem *D*^{1} vocant] dicuntur *H* propter] pro *H* 5 et *om. A*^{1}*W* liueros *Q*, liberis *H*^{1}, libero *CH*^{2} amat *E* pertunsa *CQW*, pertussa *D* seruitio subiugatur (subiugatus *AB*^{2}*DEMQ*, subiugatu [?] *B*^{1}, subingatum *H*) *om. W* 6 saeculo *W* hoc est] id est *E*, hoc est id est *W* usque *om. M* quinquag.] ultimum *H*

2 Horum nos temporum summam ab exordio mundi usque ad Augusti Heraclii vel Sisebuti regis principatum quanta potuimus brevitate notavimus, adicientes e latere descendentem lineam temporum, cuius indicio summa praeteriti saeculi cognoscatur.

BCDEFGKLMNPSTVXYZ et 1—38 (*v. p.* 392).

2, 1 horum] quorum 8 nos (nus *X*, *om.* *Y*a) temporum summam (summa *X* 15. 25)] nostrorum summam 25, nos summam temporum 1*A*, summa *X* 15. 25 agusti *GLP*1*SX*, *om.* 12. 15 ad ... 2 principatum] ad leonem imperatorem 8 heracli *Z*, haeracli *X*, peracli *N*, aeracli *C*, eracli(i) *BD*a*EFKLMPSVY et plerique dett.*, exaclii 10, ericli *G*, erachi(i) 5. 25, eradii 17. 23. 32. 33. 37 imperium (-rum *K*) *post* heracli *ins.* *K* 2. 7. 31. 32. 33. 35 2 uel sisebuti] *D*b*FGKM et plerique dett.*, uel sisebuti *** *B*, uel sesebuti *L* 18. 19, uel siseboti *D*a*EZ* 1, uel sisibodi *X*, uel sisibuti 1*A* 26, uel sigibati 24, et sisebuti 2. 7. 31. 32. 33. 35, sisebuti (*om.* uel) 34, lothacharii ac sisebuti *N*, uel lotharii ac sisebuti *Y*, uel si lothacharii ac sisebuti *T* 26, chlotarii ac sisebuti 13, uel suint(h)ilani *PS* 11. 23, *om.* *V* regis principatum (princepatum *X*)] regis temporibus *PS*, regni (*om.* *V*) imperium *GV* 21, regis gothorum principatum 7. 31. 32. 33. 35 quanta] quanto *S*, quantum *P* 31. 34, qua 14 potuemus *X* breuitate] -tem 18, breuiter 31. 34 notauimus] notaui *L*, natauimus *G*, annotauimus 27, notamus 10 adicientes (*om.* 25) e (a *D* 10. 13. 16. 17. 23. 24. 28. 30) latere] e lat. adic. 27. 3 discendentem *C*a*DKPXYZ*, discedentem 1. 6. 18. 25. 31. 34, descentem *N*, descendentes 3. 12. 27, discendentes *L* 25, *om.* *V* linea 3, lineas 27, *om.* 11 temporum] annorum *V* indicio] iudicio *X* 10. 35, indicium *LNS*a 25. 27. 34, indicia 5, dicio 6 praeteriti (praeterritis *E*) saeculi] pr. cicli *C*a*DX* 1. 15. 18. 24, pr. cycli *C*b*Z* 19, poterit cicli 12. 29, pr. temporis 32 (?). 33. 35, praeteritorum temporum *V* 4 cognoscatur] cognuscatur *X*, cognoscantur 34, cognoscitur 6, cognosci 12. 15. 29, agnoscatur 7. 14. 16. 17. 28. 30. 32. 33. 35 *praefationi subscripta vide in codicum recensu*

---

2 Aetas plerumque dicitur et pro uno anno, ut in annalibus, et pro septem, ut hominis, et pro centum, et pro quovis tempore. unde et aetas tempus, quod de multis saeculis instruitur, et dicta aetas quasi aevitas, id est similitudo aevi. nam aevus est aetas perpetua, cuius neque initium neque extremum noscitur, quod Graeci vocant aeonas. quod aliquando apud eos pro saeculo, aliquando pro aeterno ponitur, unde et apud Latinos est derivatum.

3 Aetas autem proprie duobus modis dicitur: aut enim hominis, sicut infantia iuventus senectus, aut mundi, cuius prima est aetas ab Adam usque ad Noe: secunda a Noe usque ad Abraham: tertia ab Abraham usque ad David: quarta a David usque ad transmigrationem Iuda in Babylonia: quinta deinde usque ad adventum salvatoris in carne: sexta, quae nunc agitur, usque quo mundus iste finiatur. quorum decursus per generationes et regna ita inspicitur.

ABCDEHMP (*inde a* 3, 2 prima) *QW*

2, 1 aestas *H* plerumque] que plerum *C* et *om.* *HW* anni *B*a animalibus *W* et] ut *H* 1/2 ut hominis] ut homines *D*2, homiues *H* 2 et pro centum] per c *H* et pro] ut pro *B*2, et *E* quovis] quisi *H* et aetas] aetas *C* tempus] tam (*sp. vac. seq.*) *Q*1, temporum *Q*2 de] et de *W* 3 mutis *Q*1 dicta] dicitur *H* est *om.* *HQ* 3 nam] na *M* 4 aeum] aeus *M*, aeum *W*, aeuum *B* extremam *Q*, extrema *D* 5 graecus *H* uocant aeonas] dicunt eones *H*, eonas uocant *M* apud eos p. s. aliquando *om.* *E* (?) saeculum *C* 6 punitur *C* est der. (dir. *ABCDHQ*)] dir. est *E* 3, 1 aestas *H* iuuentus *bis* *B* 2 senectus *om.* *C*1 prima actas est *CDMPQW*, aet. pr. est *E*, prima aetas *H* ab aadam *H* ad *om.* *D* 4 transmigationem *B*1, transmigratinem *W* inda (iudae *H*2) in *om.* *EH*1*PW* babylonia] babyloniam *M*, babiloniam *BCQ*, babiloniae *H*, babillonis *W*, babyllonis *P*, babylonis *E*, babilonem *D* deinde] dauid *H*, a transmigratione babillonis (babyllonis *P*, babylonis *E*) *EPW* ad *om.* *A*1*B*1 5 saluatoris in carne] christi *EPW* agitur *om.* *W*1 mundus i. fin.] mundum *H* 6 quorum] quarum *B*, *om.* *W*a decursum *H* per] pro *Q* incipitur *P*, inscribitur *H*

2ª Prima aetas saeculi. *BFMPSYZ (mg.)*

3 *Sex diebus rerum creaturam deus formauit. primo dic condidit lucem: secundo firmamentum caeli: tertio speciem maris et terrae: quarto sidera: quinto pisces et uolueres: sexto bestias atque iumenta. novissime ad similitudinem suam hominem primum Adam.* Genes. 1.

CCXXX 4 *Adam ann. CCXXX genuit Seth, qui pro Abel natus est interpretaturque resurrectio, quia in ipso resuscitatum est semen iustum, quod est stirps filiorum dei.* Genes. 5, 3. 4, 25. Geneal. 24.

CCCCXXXV 5 *Seth ann. CCV genuit Enos, qui primus coepit invocare nomen domini.* Genes. 5, 6. 4, 26.

DCXXV 6 *Enos ann. CXC genuit Cainan, cuius nomen interpretatur natura dei.* Genes. 5, 9. Geneal. 27.

BCDEFGKLMNPSTVXYZ

2ª *sic hoc loco BPSY, post c. 3 F,* prima aetas mundi *post c. 3 M* 3, 1 dibus *K*¹ rerum] *CEMNX,* rerum omnium *BFGKLPSVYZ* creaturam] *EGKMNT,* creatura *CSZ,* creaturā* *B,* creaturarum *FLPVX* deus formauit (firmauit *SP*)] f. d. *M* *vocabulis* primo *cet. praeponunt ex parte notas numerorum I cet. X* (*ubi sic est:* I primum — II secundo — III—IIII quarto — V—VI) *DKLY aliique* prima die *L,* primum diem *X* 2 condedit *X* *post* lucem *ins.* id est naturam angelicam *P et in margine B* secunda die *L* firmamento *CV* caeli] coelum *N, om. K*ª 3 tertia die *L* speciaē *C,* specie *L,* speciae *F,* spem *V* maris] aeris *Z* quarto] quarto die *L, om. K* quinto die *L* 4 sexto die *L* bisteas *L*¹*X*¹, besteas *X*² 5 homine primum *V,* pr. hom. *FM* 6 adam *om. MX* *post* adam *quid inserant FM, vide ad inscr. et ad c.* 2ª 4, 1 *numeris a latere praescr.* an̄n a condicione mundi *N* adam] adam cum esset *F* ann. *compendio dedi peraeque neque adnotavi errores in eo vocabulo perscribendo passim admissos* ccxxx] ccxx *F* sedh *P,* sed *G* auel *L* 2 interpretaturque (interpraetaturque *X,* interpreturque *S*) . . . 4 dei] a quo filii dei *V* ipsum *ETX*¹ 3 iustum *om. D* quod est] quod *CE*ª strips *K,* stirpes *D*ª*EX*¹, stirpis *B*ª*CD*ᵇ*FGPSZ,* stirps (*sic*) *M,* stirs *N* 4 dei *om. NT* 5, 1 seth] seth autem *P* ccu annos *P,* annum ducentesimum quintum *F* enoc *B*ª primus *om. V* caepit *X* 6, 1 enoc *B*ª cxc] xc *P* cahinan *G, om. M* cuius (cui *M*) nomen interpr. (interpraetatur *X,* interpetratur *C*) nat. dei *plerique, substituunt his c. 6*ª per idem . . . impleuit *SP, utrumque comma habent B* (*inserens* 6ª *ante* cuius nomen) *F*

4 (= 2ª) De descriptione temporum.

Prima aetas in exordio sui continet creationem mundi.

4 (= 3) Primo enim die deus in lucis nomine condidit angelos: secundo in firmamenti appellatione caelos: tertio in discretionis vocabulo speciem aquarum et terrae: quarto luminaria caeli: quinto animantia ex aquis: sexto animantia ex terra et hominem quem appellavit Adam.

CCXXX 5 (= 4) Adam ann. CCXXX genuit Seth, a quo filii dei.

CCCCXXXV 6 (= 5) Seth ann. CCV genuit Enos, qui coepit invocare nomen domini.

DCXXV 7 (= 6) Enos ann. CLXXXX genuit Cainan.

ABCDEHMPQW

4, 1 de descriptione (discr. *EW*) temporum] *BEW,* de discretione t. *A* (*in ind.*), *om. A* (*in textu*) *CDHMPQ* 2 exordii *Q* suo *W* contenet *H* creationem] rationem *EPW* 4, 1 enim] autem *E* in *om. B*¹ numine *P* 2 firmenti *H* discritionis *D* 3 uocauulo *D,* uacabo *E*¹ specie *W* et terrae *om. Q*¹ quarta *D* 4 sexta *A*ª*B*¹ 5 appellabit *CM* *post* adam *ins.* prima aetas *H,* etas prima *Q* 5 annorum *PW,* annos *Q,* an̄s *A similiterque reliqui, et sic deinceps, nisi quod vocabulum ipsum plerumque om. ADM* sem *P* a] ex *H* 6, 1 set *Q* cc/u *W,* ccccxxxu *M* coepit] primus caepit *H* 7 ennos *Q* clxxxx] xxxx *P,* cxl *W,* x *Q* cainan] iaret(h) *AC*¹*M*

6a Per idem tempus Cain primus ante diluvium civitatem condidit, quam de sola multitudine posteritatis suae implevit. *BFPS* Genes. 4, 17.

DCCXCV 7 *Cainan ann. CLXX genuit Malalehel, cuius nomen dicitur plantatio dei.* Genes. 5, 12. Geneal. 28.

DCCCCLX 8 *Malalehel an. CLXV genuit Iareth, qui interpretatur descendens sive roborans.* Genes. 5, 15. Hier. nom. Hebr. p. 11.

ICXXII 9 *Iareth an. CLXII genuit Enoch, qui translatus est a deo, quique etiam nonnulla scripsisse fertur, sed ob antiquitatem suspectae fidei a patribus refutata sunt.* Genes. 5, 18. 24. August. c. d. 18, 38.

ICCLXXXVII 10 *Enoch ann. CLXV genuit Matusalam, qui iuxta annorum seriem vixisse XIIII annis post diluvium reperitur. propter quod eum nonnulli cum patre suo Enoch, qui translatus fuerat, aliquantulum fuisse, donec diluvium praeteriret,* falsa opinione *existimant.* Genes. 5, 21. August. c. d. 15, 11.

11 *Hac generatione concupierunt filii dei filias hominum.* Genes. 6, 2.

BCDEFGKLMNPSTV (om. c. 9 inde a quique *et c. 11) XYZ*

2. *ex cod. Berolinensi Cheltenh. n. 1686 saec. IX (supra p. 399 n. 27).*

Post subscriptionem supra p. 399 relatam leguntur haec:

Orosius historiografus in principio libri primi historiae suae dicit: ab Adam usque ad Ninum regem Assiriorum, quando natus est Abraham, ann. esse ĪIICLXXXIIII: a (*cod.* an) Nino autem vel Abraham usque ad Caesarem Augustum, quando natus est Christus, ann. esse ĪIXC. et a nativitate Christi usque ad consolato Severini iunioris ann. esse CCCCLXXXVI. et a consolato Severini usque ad indict. XI, quod est secundus ann. Rotharit regis Langabardorum ann. esse CLC *[sic]*. fieri s; [sic? simul?] ann. V̄DCCCXL (*ser.* V̄DCCCXI).

3. *ex codice Oxoniensi Bodl. e museo n. 113 saec. X/XI (p. 404 n. 64).*

ad Hadrianum in margine:

Helius qui posuit idolum ad sepulchrum domini, ut aboleret memoriam crucis et hoc ibi permansit ad tempus Constantini: sed per scripta Quadrati et Aristidis fit mitior Christianis.

ante Valentinianum I in margine:

Maximus imperator evocavit Britannos de t[erra] Anglorum in auxilium sibi pugnaturus contra V[alen]tinianum imperatorem, quibus postea dedit occidentalem [par]tem Galliae, [quam] adhuc t[enent].

ante Marcianum in margine:

Burgundiones in Galliis baptizati revincunt fortiter Hunos et occidunt X milia ex eis.

ad Iustinum II in margine:

sanctus Benedictus.

Computatio in fine (*Waitz neues Archiv* 1, 383: *Krusch ibidem* 9, 133: *Havet quest. méroving.* III p. 8) *haec est:*

Ab exordio mundi usque ad nativitatem Christi numerantur anni V̄CXCVI.

A nativitate Christi usque ad passionem anni XXXII et menses tres.

A passione domini usque in anno presente, hoc est in anno VII Caroli regis inditione XIII, in quo anno celebratur pascha VII k. Apr., luna XVIIII, implentur anni DCCXLVIII [= p. Chr. 775], ita ut in hoc pascha incipiat annus DCCXLV, fiuntque insimul ab exordio ann. V̄DCCCCLXXI. Greci computant ab initio usque in praesente supra scripto anno V̄ICCLXXX. distat vero in hac subputatione inter Grecos Latinosque an. CCCVIII [*scr.* CCCVIIII]. secundum argumenta Egiptiorum computant Greci ab exordio mundi an. V̄ICCLXXXIII, Latini dicunt V̄DCCCCLXVIII: distant inter se ann. CCCVIII.

Ab incarnatione vero domini utrique dicunt an. DCCLXVI in ann. XV Pipino rege in mense Maio inditione IIII. in hac subputatione pascha celebratur VIII idus Ap. inditione IIII lun. VIII.

A passione sancti Petri et sancti Pauli apostolorum fiunt ann. DCCXII in anno VII Carolo rege indic. XIII.

Ab initio mundi usque ad diluvium ann. duo milia CCXLII.

A diluvio usque ad Ninum vel Abraham et regno Nini vel Semeramitis an. DCCCCXLII.

Ab Abraam (dcccexlii abraam *add. in marg.*) usque ad Moysen et Cycroppem primo rege Atice anni sunt DV.

A Moysen et Cycroppe usque ad nativitatem [*sic*] Troie, quo tempore Samson apud Hebreos fuit, sunt anni CCCXXVIIII.

A captivitate Troie et tempore Samson usque ad Salomonem et primam hedificationem templi an. CL.

Ab inde usque ad Olimpiadem primam captivitatem [*sic*], quando apud Hebreos Isaias prophetabat, subputantur anni CCL et VI.

Ab inde usque ad secundum annum Darii regis Persarum, quo tempore Hierosolimis templum instructum [*sic*] est, usque in quinto decimo Tiberii Cesaris anno et praedicationem domini Ihesu Christi sunt anni DXLVIII.

Ab inicio mundi usque quando passus est dominus Ihesus Christus anni V̄CCXXVIII.

A passione domini nostri Ihesu Christi usque ad transitum Childeberti regis, in quo anno cyclus Victorii rurso ex passione dominica circulum annorum ad inicium rediit, sunt anni DXXXII.

In summa ab inicio mundi usque in praedicto anno sunt anni V̄DCCLX.

Ab eo anno usque primo anno regni Clotharii filii Chlodovei sunt anni LXXXVIIII [*scr.* LXXXXVIIII *Krusch*].

Ab inde usque transitum illius, quando Heldericus germanus suus tria hec regna Neustria Austria et Burgundia subiugavit, sunt anni quindecim et menses [*interponitur litura*] V.

Hildericus regnavit in Neustria an. II et menses VI.

Cui germanus suus Teodericus successit in regno. ab eo anno, quando passus est dominus noster Ihesus Christus usque primo anno Teoderici regis anni sunt DCLXVIII [*scr.* DCXLVIII *Krusch*].

Fiunt insimul ab inicio mundi usque in praedicto primo anno regni Teoderici incliti regis anni V̄DCCCLXX et VI et restat de sexto miliario anni CXXIIII.

4. *ex codice Vaticano n. 1348 saec. XI (supra p. 396 n. 2).*

post c. 396:

Temporibus Iustini maioris et Iustiniani imperatoris fuit sanctus Benedictus abbas sub Iohanne papa. tunc Theodericus rex in Italia praeerat et a beato Benedicto usque ad Gregorium papam anni sunt LXXVIII.

5. *ex codice Cividalensi saec. XI (supra p. 396 n. 4).*

sub Iustino II post c. 403:

Per idem tempus Benedictus abbas pater monachorum per totam Campaniam atque Apuliam nec non et Romanam provinciam insignis habetur.

6. *ex codice Londiniensi n. 12024 saec. XI (supra p. 397 n. 8).*

post c. 413:

Huius tempore Bonifatius papa Romane ecclesie praeerat: fuit an. V̄DCCCVI.

inter excerpta ex Beda:

Anastasius an. III. huius temporibus Sarraceni in Spaniam ingrediuntur fraudulenter et cum Roderico rege Gothorum bellum comittunt et totum regnum Spanie occupant. fuit an. V̄DCCCXCVII.

7. *ex cod. Parisino n. 17544 saec. XII (supra p. 402 n. 45).*

Post hanc supputationem usque in annum praesentem, quo Chlotharius exercitum contra Wascones movit, id est quintodecimo regni ipsius, additi sunt anni LX. a tempore item Chlotharii abavi ipsius, in quo anno apostolicus vir domnus Chado episcopus et Barcelaicus abbas basilicae sancti Sulpicii a fundamento edificare ceperunt, circa illa priora ubi in corpore requiescunt. qui annus centesimus tercius decimus cum bissexto in ciclo Victorii repperitur et ab obitu sancti Sulpicii XX[us] VI[us] esse probatur, sunt ab exordio mundi usque ad predictum tempus anni V̄DCCCLXXIII. de sexto vero miliario supersunt anni CXXVII, quia idem Victorius a duobus Geminis et tempore passionis Christi cum consulibus in suo ciclo usque ad Constantinum et Rufum illius anni consules intimavit annos CCCCXXX et sine consulibus CII et ab initio mundi usque ad predictum annum, quo Constantinus et Rufus consules erant, titulavit in suo prologo annos esse V̄DCLVIII. peractis illis centum et duobus sine consulibus, quos ipse futuros scripsit, et CXIII de recapitulatione cicli invenies summam annorum superius intimatam, id est V̄DCCCLXXIII.

8. *ex codd. Oxoniensi all souls' college n. 47 saec. XV et Vaticano Ottoboniano n. 1758 saec. XV et Olmuetzensi saec. XV (supra p. 493 n. 50. 51. 52).*

sub Leone post c. 385: Sub isto Heliseus propheta transfertur Alexandriam et corpus Marci evangeliste Venecias.

sub Iustiniano post c. 400: Hic ab errore Euticetis per beatum Agapitum papam revocatus absque defectu fidei vixit, leges condidit et reformavit.

Hoc tempore floruerunt Priscianus gramaticus, Aratus versificator ecclesie Romane subdiaconus, Cassiodorus Ravenne senator, postea monachus factus, ornatus scientia et eloquio.

Per idem tempus tanta fames facta fuit per totam Italiam, quod matres carnes puerorum suorum manducabant.

sub Tiberio post c. 405: Sub quo tunc facti sunt Christiani.

sub Phoca post 413: Hic concessit beato Bonifacio quarto templum quod Pantheon vocabatur, quod (ut *Olm.*) consecraretur in honorem dei genitricis et martirum Christi, ut factum est.

sub Heraclio post c. 416: Huius tertio anno imperii Cosdroe rex Persarum partem multam rei publice Romane et Iherosolimam cepit, loca sacra vastavit et Christianos cum patriarcha et sancta cruce in Persiden duxit.

Qui eiusdem XII anno ab eodem interfcetus est et reportata sunt que abstulit Hierosolimam.

Per idem tempus Machometus pseudopropheta apparuit ex principe latronum perveniens ad regnum.

His temporibus Ysidorus claruit Yspalensis episcopus scientia et eloquio illustris.

Sanctus etiam Gallus in abbatia sancti Columbani et eius discipulus vita et miraculis claruit.

9. *ex cod. Florentino conv. soppr. n. 282 saec. XIV (supra p. 403 n. 53).*

Eraelius cum Constantino filio suo imperavit annis XXXI et cepit anno domini VI^c^LX et tunc Romani reacquesiverunt Yspaniam, que Yspania sanguine suo agros rigabat per annos CC in bello posita.

Eo quidem tempore fuit Machomettus apud Saracenos propheta magnus.

Hoc etiam tempore fuit ac floruit sanctus Ysidorus episcopus mirabiliter.

Per eadem vero temporum curricula Esdre rex Persarum rebellans cum Saracenis dicto Eraelio imperatore civitatem Yerusalem destruxit et lignum sacre crucis inde rapuit nec non Antiochiam cepit circa annum domini VI^c^LXXXVII.

Qui Eraelius timens de cruce domini, quam ab infidelibus recuperaverat, ipsum de Yerusalem in Constantinopolim transtulit circa annum domini VI^c^XX.

10. *ex cod. Pelagii Matr. bibl. nat. T n. 10 (supra p. 405 n. 71).*

Constantinus secundus regnavit an. VIII.
Constans secundus regnavit an. XX.
Constantius secundus regnavit an. XXII.
Iustinianus secundus regnavit annos XI.
Leo secundus regnavit an. III et menses III.
Tiberius tertius regnavit an. V.

suntque Romani imperatores.

III. ISIDORI CHRONICA QVAE FERVNTVR SVB NOMINE AVGVSTINI ET HIERONYMI.

Chronicorum Isidorianorum recensio ea, quae in libris quibusdam saeculo XI non antiquioribus reperitur inscripta *chronica beatorum Augustini et Hieronymi* quomodo differat a forma gemina, enarratio infra proposita ostendit. in universum sunt ipsa chronica Isidoriana, ordinis scilicet eius, qui nobis est primus, prope accedentia ad libros nostros *CDEXZ*, quibuscum commune habet c. 93ª, sed multis locis corrupta (exempla quaedam dedimus c. 49. 64. 169), nullis fere omissis (anni mundi quoque passim adscribuntur), additis iis quae infra leguntur, non multis et nullius momenti omnibus. missis minoribus apparet eum, qui Isidoriana ita recensuit, principium amplificasse adhibito geneseos libro, laterculum imperatorum mutasse substituto alio, qui menses quoque et dies haberet, denique reges Langobardos vel potius duces Beneventi quinque primos adnuntiatos ad c. 327 a temporibus Mauricii inde inseruisse eorumque recensum post finem Isidori continuasse, quam continuationem ab hac sylloge alienam sub titulo 'chronici ducum Beneventi Salerni Capuae et Neapolis' edidit Pertzius SS. 3, 211 seq.; finit ea a. 948 vel 949.

Libri chronica Augustini et Hieronymi exhibent alii seorsum, alii inserta compilationi Guidonis Ravennatis. prioris generis innotuerunt hi.

1. Vindobonensis n. 580 (antea hist. eccl. 147, theol. Lat. 486), aliquando Iohannis Sambuci Tirnaviensis, saec. XI; post Isidoriana varia f. 151—165 chronica haec leguntur sub praescriptione *incipit chronica beatorum Augustini et Ieronimi.* nobis est *V*. *V*
2. Parisinus n. 2321 saec. XII f. 143′ in omni re praecedenti parilis.
3. Breslaviensis univ. I fol. n. 127, antea b. v. Mariae in Henrichau (*Archiv* 11, 699) sub titulo *incipit cronica beatissimorum patrum sancti Iheronimi presbiteri et beati Augustini episcopi* horum chronicorum principium ponit finiens in Lamech verbis *annis septingentis septuaginta septem et mortuus est. et cetera;* reliqua pagina vacat.

Vaticanus n. 1348 (vide supra p. 396) quamquam praescriptum habet: *cronica Ysidori sive, quod est verius, sanctorum Augustini et Hieronimi incipiunt,* Isidorianorum chronicorum formam sinceram proponit: novit igitur librarius recensionem utramque, sed hanc de qua agimus non est secutus.

Guidonis Pisani hominis praeterea ignoti[1]) compilatio geographica historica servata est in codicibus tribus, qui sunt hi[2]):

1. Bruxellensis n. 3899—3919 saec. XII, de quo dixerunt Pertz *Archiv* vol. 7 a. 1839 p. 537 seq.; Reiffenberg *Bull. de l'Académie de Bruxelles* vol. 10 a. 1843 fasc. 1 p. 168—182 et fasc. 2 p. 75—82. = *annuaire de la bibl. de Bruxelles* a. 1844 p. 99—150; Schayes *Bull.* cit. vol. 12 a. 1845 fasc. 2 p. 73—83; Bock *annuaire* cit. a. 1851 p. 41—130.
2. Florentinus Riccardianus n. 881 saec. XIV incip. (cf. *Archiv* 12, 731).
3. Breslaviensis univ. IV fol. 33 saec. XIV (cf. *Archiv* 11, 704): liber in principio mutilus quamquam nomen Guidonis non habet et ex infra relatis alia omittit, alia transponit, nihilominus recte ad Guidonem videtur referri.

In Bruxellensi libro, qui inter hos aetate primum locum tenet, operi praescribitur *incipit prologus libri Guidonis compositi de variis historiis pro diversis utilitatibus lectori proventuris.* ipsum prologum *cum inter omnes homines . . . consequar praemium* ediderunt Pinder et Parthey cum Ravennatis cosmographia a. 1860 p. 416—451. epigramma, quod volumen claudit (l. c. p. 452) hoc est: *Felices tam magna queunt qui dona mereri, Ut sua post obitum vivere facta patent! Terra fretumque simul qua consistunt ratione Et regum series nos liber iste docet. Hic reperire potes positos ex ordine reges: Gentes monstra feras pandit et historias. Ex quibus haec Guido documenta decora reliquit, Per quae perpetuo commemorandus erit.* sequitur subscriptio utrum librarii an ipsius auctoris nescio: *in nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni anno ab incarnatione eius millesimo centesimo XVIIII, indictione XII.* opus constat libris quinque, quibus quae contineantur, index operi praemissus enarrat; ad eum indicem, quem ipsum subieci, compilationem descripsi.

Primus liber continet Italiam, urbes et provincias Italie et Romanam historiam. inest in eo (Brux. f. 1—36) descriptio Italiae petita maximam partem ex geographo Ravennate ea quam cum hoc ediderunt vel indicaverunt Pinder et Parthey l. c. p. 452—504. subiciuntur ei f. 8 seq. notitia urbis Romae secundum regiones XIV inscripta *incipit liber de origine, situ et qualitate Romane urbis*, item f. 12 seq. itinerarium quod dicitur Antoninianum. hoc excipit f. 31 pars ea quam ediderunt Pinder et Parthey p. 501—516 sub titulo *incipit liber descriptionis totius maris* sumpta item ex geographo Ravennate. finem libri primi facit itinerarium maritimum id quod subiungitur Antoniniano.

Secundus de regni militieque vocabulis, de edificiis publicis, de habitaculis, de civibus et de anulis. collectanea haec Brux. f. 37—44 omnia petita sunt ex originibus Isidori, ubi redeunt sub titulis iisdem.

Tertius de divisione orbis, de Asia, de Africa, de Europa: nomina philosophorum: de mare mediterraneo: de finibus maris: de insulis et promontoriis: hucusque oceani insule; de promontoriis: de montibus ceterisque vocabulis. ei titulo respondent quae leguntur in Bruxellensi f. 44 (ubi diserte praescribitur: *inc. liber III de divisione orbis*) — 53. primo loco post Isidoriana quaedam proponuntur quae ediderunt Pinder et Parthey p. 547—556 de Asia Africa Europa sumpta ex Ravennate. ex eodem veniunt *nomina philosophorum* edita *Archiv* 7, 538. reliqua capita sunt Isidoriana, in his etiam tractatus brevis de indictione editus apud Arevalum vol. 3 p. 511 ex codice bibliothecae Albaniae Isidori.

---

1) Pisanam compilationis originem idoneis argumentis demonstravit Bock l. c. p. 123 seq. itaque quamquam et nomen et tempus conveniunt, Guido hic non potest esse Guido Casinas presbyter c. a. 1112 memoratus a Petro diacono in libello de viris illustribus c. 41. 2) Excerpta ex Guidone quae passim offenduntur (Florent. Magliabecch. 28, 51 v. *Archiv* 12, 734; Mutin. VI B 12 l. c. p. 697; Romae S. Crucis n. 286 l. c. p. 399; Mediol. Ambros. R 101 sup. l. c. p. 611) praetermisimus.

Quartus liber regum cronicas Ieronimi et Augustini. liber regum qui dicitur, chronica sunt relata in codice Bruxellensi f. 53—61, scilicet Isidori minora continuata ex Beda aliisque ad a. 1108, edita a Pippino inde SS. 5, 64. ad continuanda chronica ea cum spatium vacuum librarius reliquisset, in eo postea perscriptum est carmen in victoriam Pisanorum, Genuensium aliorumque Italorum de Timino Saracenorum rege a. 1088 (edidit Reiffenberg *annuaire* 1814 p. 112 seq.) a Guidonis compilatione alienum. hisce chronicis subiciuntur f. 64—71 quae attribuuntur Augustino et Hieronymo, vere Isidoriana maiora. in Breslaviensi libro eadem chronica leguntur post ea quae in Bruxellensi Guidonis librum quintum constituunt.

Et quintus Alexandri magni historiam. Daretam et Troianam ystoriam[1]). incipit liber in codice Bruxellensi f. 74: *incipit liber historiae Magni Alexandri imperatoris.* sequitur f. 110: *Daretis Frigii historia de devastatione Troie a Cornelio Nepote Salustii Crispi de Greco in Latinum translata;* similiter Ricc. f. 43, finiens f. 52': *hucusque hystoria Daretis scribitur qui Frigius fuit.* subiuncta sunt epitaphia duo *Hectoris: defensor patrie* (Baehrens anthol. vol. 4 n. 147) et *Achillis: Pellite ego sum* (l. c. n. 146). sequitur Brux. f. 120: *origo Troianorum et exilium Troie.* incipit: *Thetis dicta est mater;* item Brux. f. 126: *liber Eneidum de itinere suo et quomodo se egit,* finiens in Ricc. sic: *Albenos ciuitas subdita est*[2]). his subiunctus Brux. f. 138, Ricc. f. 72 *liber historie Romane* est Pauli diaconi historia Romana breviata: incipit *primus in Italia* (= Paulus 1, 1), finit in Riccardiano *Assuriamque populatus* (= Eutropius sive Paulus 10, 16), in Bruxellensi *Valentiniano mortuo tenuit* (= Paulus 11, 7). haec omnia similiter perscripta sunt in Breslaviensi.

Subieci indicem plenum ad capita Isidoriana et prima c. 3—5 (nam c. 1. 2 absunt) et postrema c. 404—416 (nam quae apud Isidorum sequuntur item absunt); ex reliquis selegi potiora. in universum epitomator Isidorum presse secutus complura resecuit, pauca addidit eaque fere inutilia.

---

1) Vocabulum *quintus* est in Bruxellensi a manu secunda et in Riccardiano. in hoc pro *daretam* est *laretam.* extrema *et troianam ystoriam* habet Riccardianus, omittit Bruxellensis; in eodem adscriptum manu secunda: *VI continet historiam Romanam.* 2) Daretis libellus quaeque ei subiunguntur eodem ordine perscripta sunt in libro saec. IX/X Florentino Laur. plut. 66 n. 40, de quo supra p. 308 seq. exposui, et inde fortasse venerunt in hanc compilationem.

Isidorus c. 3. In principio creavit deus caelum et terram. die prima facta est lux. die secunda factum est firmamentum et divisae sunt aquae ab aquis. die tertia congregatae sunt aquae, quae erant sub caelo, et apparuerunt arida et processerunt omnia germina terrae. die quarta facta sunt luminaria in firmamento caeli. die quinta produxerunt aque omnia reptilia et natantia et volatilia. die sexta produxit terra omne genus quadrupedum et repentium et in eo die fecit deus hominem de limo terrae et de costa eius fecit mulierem et posuit eis nomina. viro Adam et mulieri Aeva et posuit eos in paradyso. die sabbati requievit ab universo opere 'quod patrarat' *(om. V¹)*.

margo: Secundum dogmam Phariseorum pro eo, quod legitur in genesis, masculum et feminam creavit eos. asserunt iuxta eorum fallaciam duas uxores habuisse Adam, primam nomine Lilid et propter quod ei subdere noluisset, ideo dominus misisset soporem in Adam et tulisset unam de costis eius et fecit etiam illi sociam, etiam uxorem secundam, cum quo *[sic]* peccavit, ut legitur. in prochemio genesi scribitur: anni vitae Adam DCCCXXX et mortuus est in die sexto, qui in eo factus est et in illo peccavit, ideo in eo moritur, sicut dixit ei dominus: in quocumque die manducaveris (manducaveritī *erasa linea V*) de ligno, morte morieris. ideo et in ipsa die VI mortuus est in anima et in corpore, et in illo die Christus pro salute eius passus est. et sepultus est Adam in Ebron civitate, que distat XXII^bus^ milibus ab Ierusalem, et cum eo uxor eius non post multum tempus in spelunca duplici.

4. Cognovit Adam uxorem suam et peperit Cain et Abel. fuit Cain agricola et Abel pastor ovium. sed Cain impius occidit Abel. in cuius loco natus est Sed anno ducentesimo tricesimo quinto Ade. vixit autem Adam ann. DCCCCXXX et mortuus est.

marg. Planxit Adam et Aeva Abel filium suorum a(?)na . . .

5. Seth autem anno CV genuit filium vivente Adam, quem vocavit Enos CCXXV ann. Adae. ipse caepit invocare dominum et vixit Seth ann. DCCCCXII et mortuus est centesimo XII anno post obitum Adae.

17. Noe habens ann. D genuit Sem. tunc iubente domino facit archam et DC anno vitae suae factum est diluvium. hic est annus centesimus Sem, quando aquae diluvii inundaverunt super terram, tunc quando dominus ait ad Noe: non permanebit spiritus meus in homine in aeternum, quia caro est eruntque dies illius CXX annorum et tactus dolore cordis intrinsecus precavens in futurum: penitet me fecisse eos. tum prohibitae sunt aquae de caelo et dirupti sunt fontes abissi et cataractae caeli apertae sunt et steterunt aquae super terram anno uno et mense uno. et hic perficitur numerus annorum primae aetatis IDCLVI. vixit autem Noe ann. post diluvium CCCL et fiunt omnes dies eius DCCCCL anni et mortuus est. computantur ergo a constitutione mundi usque ad diluvium IICCXLII anni.

ad c. 31 marg. Et a diluvio ad nativitatem Habrahae numerantur anni mille LXX: natus est autem Habraham temporibus Nini anno regni eius XLII. et a nativitate Habrahae usque quo venit in terra Chanaan fuerunt anni LXXV. eo tempore legem circumcisionis accepit. deinde usque ad exitum eius anni CCCCXXX. secundum historiam Horosii Pauli [I, 1, 5] sunt autem ab Adam usque ad Ninum regem Assiriorum, qui regnavit annos quinquaginta, temporibus, quando natus est Habraham, anni tria milia C octuaginta quattuor et a Nino usque ad Octavianum Cesarem Augustum anno sui quadragesimo secundo, quando natus dominus Iesus Christus, coguntur *[sic]* anni duo milia quindecim, qui faciunt insimul anni quinque milia centum nonaginta novem.

post c. 33. Hic finitur numerus secundae aetatis tria milia centum octaginta quattuor annorum.

c. 49 eodemque tempore Cecrops Athenas condidit et ex nomine suo Atticus Atheniensis vocavit.

ad c. 59 marg.: hucusque libri Moysi continent gesta annorum ĪIIDCCLXXXIIII. iudices.

c. 64 Iudei quoque dactilum metrum invenerunt eo tempore.

c. 93ª *adest:* Achialon ann. X.

ad c. 94 marg. Huius anno IIIIᵗᵒ regnavit Aeneas ann. III et ante ipsum regnaverunt Ianus et Saturnus Picus Faunus et Latinus in Italia annis circiter CL. post Labdon Iudei in ditionem redierunt alienigenis ann. XL, qui copulantur temporibus iudicum posteriorum.

c. 98 marg. Huius secundo anno regnavit Ascanius, post hunc Silvius Eneae filius et Ascanius usque ad Mulium avum Romuli ann. CCCLXIIII.

c. 146. Huius temporibus Romulus et Remus Romam condiderunt in monte Palatino kalendas Maias. qui fuerunt filii Hereae Silviae, quae erat filia Nummitoris frater *[sic]* regis Amulii virgo Vestalis, sed constuprata a consodalibus *[sic]* ludis Sabinae raptae anno ab urbe condita tertio. Remus et Romulus nutriuntur a pastore Fabio in silva.

post c. 148. Eo regnante Roma condita est a Romulo, qui regnavit Romanis XXVIII ann. Romanorum reges VII ab Amulio usque ad Tarquinium Superbum imperaverunt ann. CCXLIIII.

c. 160. 161. Ioachaz et Ioachim ann. XXI. hic tributarius est Nabuchodonosor factus et post duos annos Sedechias a Chaldeis ductus captivus et expugnata est Ierusolima anno XI regni eius.

inter c. 162 et 163. Eo tempore captivitas Iudeorum facta est ann. LXX usque ad Cyrum regem Persarum. hic secundo imperii sui anno dedit potestatem Iudeis in patriam revertendi. regnavit autem ann. XXXI.

c. 169. Phytagoras quoque philosophus et medicinae artis inventor clarus habetur.

post c. 169. Cambisses anni VIIII et (?) magi duo menses VII.

post c. 195. nam fuit Asia sine ducibus ann. VIIII.

marg. Alexander post evictum Darium regnavit ann. VII. Seleuchus ann. XXXII. Antiochus ann. XVIIII. alius Antiochus ann. XV. Seleuchus ann. XV. item Seleuchus ann. III. Antiochus magnus ann. XXXVI. Seleuchus ann. XII. Antiochus ann. XI. sub hoc passi sunt Machabei. Antiochus Eupator ann. I et mens. VII. Demetrius ann. XI. Alexander ann. VIIII. Demetrius ann. III. huius regni ann. secundo Symon pontifex Iudeorum factus est et vixit ann. VIII. Iohannes ann. XXVII. Aristobolus rex et pontifex Iudeorum ann. I. Alexander ann. XXVII. Salina Alexandra ann. VIII. Hyrcanus ann. XXXIIII.

post c. 234. Nativitas Christi, sexta mundi aetas. Herodes alienigena ann. XXXVII. huius trigesimo tertio anno natus est dominus noster Iesus Christus ex virgine Maria in Bethlehem Augusto duodecimo et Silvano secundo, die dominico, VIII kalendas Iannarii, imperii Octaviani Augusti anno XLII. pulsis regibus a Romanis a consulibus et tribunis ac dictatoribus res publica est gubernata per annos CCCLXIIII usque ad Iulium Caesarem, qui regnavit annis IIII et menses VII. cui successit Octavianus Caesar Augustus, in cuius XLII anno natus est Christus. post quem regnavit Tiberius ann. XXIII, in cuius XV anno baptizatus est dominus a Iohanne, cum esset XXX annorum, et post hos predicavit annos duos et menses tres usque ad Tyberii annum XVIII.

c. 237 ad ann. XLII *add.* indic. IIII.

c. 238. 239 om. V (ubi vacat f. 157') et Parisinus.

c. 240 anno domini tricesimo nono indictione XII Gaius Callicula regnavit ann. III et mens. X.

marg. consules habet a Gaio ad finem Vespasiani, sumptos ex Prospero c. 400—482 (vide vol. 1 p. 366).

c. 243 anno domini XLIII indictione I Claudius regnavit ann. XIII mens. VIII dies XXVIIII.

c. 246 anno domini LVII indic. XV Nero regnavit ann. XIII mens. VII dies XXVIII.

c. 250 anno domini LXX indict. XIII Galba menses VII.

anno domini LXXI indict. XIIII Otho menses tres.

et ipso anno Vitellius regn. menses VIII.

anno domini LXXII ind. XV Vespasianus regnavit ann. VIIII menses XI dies XXII.

c. 252 anno domini LXXXI indict. VIIII Titus filius Vespasiani regnavit ann. II et mens. II.

c. 257 anno domini LXXXIII indict. XI Domitianus frater Titi regnavit ann. XV et mens. V.

c. 262 anno domini XCVIII ind. XI Nerva regnavit ann. I mens. IV.

c. 264 anno domini XCVIIII ind. XII Traianus regnavit ann. XVIIII et mens. VI.

c. 268 anno domini CXVIII ind. prima Adrianus regnavit ann. XXI.

c. 272 anno domini CXXXVIIII ind. VII Antoninus Pius regnavit ann. XXII mens. IIII.

c. 276 anno domini CLXI ind. XIIII Antoninus minor qui et Verus et Lucius Aurelius ann. XVIIII mens. I.

c. 278 anno domini CLXXXI ind. III Commodus regnavit ann. XIII.

c. 281 anno domini CXCIII ind. I Helius Pertinax regnavit ann. I et mens. VI.

c. 283 anno domini CXCIII *[sic]* ind. II Severus Pertinax regnavit ann. XVIII.

c. 288 anno domini CCXII ind. V Antoninus Caracalla filius Severi regnavit ann. VII.

c. 290 anno domini CCXVIIII ind. XII Macrinus regnavit ann. I.

c. 291 anno domini CCXX ind. XIII Aurelius Antoninus regnavit ann. IIII.

c. 294 anno domini CCXXIIII ind. II Alexander regnavit ann. XIII.

c. 297 anno domini CCXXXVII ind. XV Maximus regnavit ann. III.

c. 300 anno domini CCXL ind. III Gordianus regnavit ann. VI.

c. 302 anno domini CCXLVI ind. VIIII Philippus cum Philippo filio suo regnavit ann. VII.

c. 305 anno domini CCLIIII ind. I Decius regnavit ann. II et mens. III.

c. 307 anno domini CCLIIII *[sic]* ind. II Gallus et Volusianus filius eius regnaverunt ann. II et mens. IIII.

c. 309 anno domini CCLVI ind. IIII Emilianus mens. III.

Valerianus et Gallienus regnaverunt ann. XV.

c. 313 anno domini CCLXXI ind. IIII Claudius ann. I mens. VIII.

c. 316 anno domini CCLXXII ind. V Quintilius dies XVII.

ipso anno Aurelianus ann. V et mens. VI.

c. 318 anno domini CCLXXVII ind. X Tacitus mens. VI.

ipso anno Florianus mens. II et dies XXVIII.

c. 320 eodem anno Probus ann. VI mens. VIIII.

c. 322 anno domini CCLXXXIII ind. I Carus cum filiis Carino et Numeriano ann. II.

c. 324 anno domini CCLXXXV ind. III Dioclitianus et Maximianus ann. XX.

ante c. 327 pro titulo: HAEC SVNT NOMINA IMPERATORVM CHRISTIANORVM QVI ROMAM ET CONSTANTINOPOLIM REGNAVERVNT ET REGVM SEV PRINCIPVM LANGOBARDORVM.

c. 327 Gallienus *[sic]* regn. ann. II.

c. 329 anno domini CCCV ind. VIII Constantinus Magnus imperator regnavit ann. XXX et mens. X.

c. 335 anno domini CCCXXXV ind. VIII Constantinus Constantius Constans imperatores regnaverunt ann. XXIIII et mens. V dies XIII.

c. 343 anno domini CCCLX ind. III Iulianus ann. VI mens. VIII.

c. 346 anno domini CCCLXI ind. IIII Iovinianus mens. VII.

c. 348 anno domini CCCLXII ind. V Valentinianus et Valens frater eius ann. XIIII mens. V.

c. 352 anno domini CCCLXXVII ind. V Gratianus et Theodosius Magnus ann. V.

c. 356 anno domini CCCLXXXII ind. X Valentinianus et Theodosius Magnus solus ann. XII.

c. 362 anno domini CCCXCIIII ind. VII Theodosius cum Archadio filio suo ann. XIIII simulque et Honorio.

c. 365 anno domini CCCCVII ind. V Theodosius cum Archadio et Honorio filius *[sic]* eius ann. XLII.

c. 371 per idem tempus Honorius cum Theodosio regn. ann. XXV.

c. 376 post cuius tempus Theodosius minor Archadii filius regn. solus ann. XXVII.

c. 380 anno domini CCCCXLVIIII ind. II Marcianus ann. VI m. VI.

c. 383 anno domini CCCCLVI ind. VIII Leo cum Leone filio suo ann. XVII mens. VII.

c. 386 anno domini CCCCLXXIIII ind. XI Zenon ann. XVII m. VI.

c. 389 anno domini CCCCXCI ind. XIII Anastasius ann. XXVII m. II dies XXIX.

c. 394 anno domini DXVIII ind. X Iustinus maior ann. VIIII mens. II.

marg.: temporibus Iustini maioris et Iustiniani imperatorum fuit sanctus Benedictus abbas sub Iohanne papa. tunc temporis Theodericus rex in Italia praeerat et a beato Benedicto usque ad Gregorium papam anni sunt LXXVIII.

c. 397 anno domini DXXVII ind. V Iustinianus ann. XXXVIIII m. VII dies XIII.

c. 401 anno domini DLXVI ind. XIIII Iustinus minor ann. XII m. X d. XX.

ad c. 402 *add. Parisinus manu diversa:* Albuinum sibi [reg]em fecerunt anno ab incarnatione domini DLXVIIII ind. I reg(na)v(it)que [I]talia ann. III et mensibus VI: quando obiit, erat ind. IIII.

c. 404 anno domini DLXXVIIII ind. XII Tiberius Constantinus ann. III m. X d. VIII.

c. 405 ut Isidorus.

c. 406 anno domini DLXXXIII ind. I Mauricius ann. XX m. III.

Huius primo anno prima ind. in Benevento primus dux factus est Zotto, qui sedit ann. XX.

et XXI eius anno V ind. factus est Archis dux Beneventi qui sedit ann. L.

c. 407. 408. 409 fere ut Isidorus.

c. 408[b] post c. 409: eo tempore sanctus Gregorius papa Romae insignis habetur.

c. 410 anno domini DCIII ind. VI Focan ann. VII.

c. 411. 412. 413 fere ut Isidorus.

c. 414 anno domini DCX ind. XIII Eraclius ann. XXX m. II.

Huius XXII anno, V ind. Alo Arichis filius dux Beneventi ann. I m. V.

et XXIII eiusdem anno, VI ind. Rodoaldus dux Beneventi ann. V.

item in XXVIIII ipsius anno, XI ind. Grimoald Rodoaldi filius ann. XXV.

c. 415. 416. Dehinc quintam agit anno imperii Sisebutis gloriosissimus princeps Hyspania plurimos Romanae militiae orbis sibi rebellandos subiecit et Iudeos sui regni subditos ad Christi fidem convertit.

IV. ADDITAMENTA AD CHRONICA MINORA.

1. *ex codd. Amiens n. 221; Paris. n. 7595; Cheltenham n. 2812.*

Nomina imperatorum et adnotationes paginis duabus iuxta positis exhibet codex Ambianensis, duo alii primum imperatores recensent, deinde adnotationes a suis locis seiunctas. quae uncis quadratis comprehendi, adsunt apud Isidorum.

[Anastasius annis XXVII].

[Fulgentius episcopus] doctor [praedicatur].

[Iustinus annis XXIII].

Boetius vir summe prudentie claruit (clarus *Ch.*).

[Iustinianus annis XXXVIII].

Sanctus Benedictus monachorum pater fuit.

[Iustinus] minor [annis XIII (xui *Ch.*)].

[Armenii Christi fidem (f. chr. *Par. Ch.*) susceperunt.]

[Tyberius annis IIII (iii *Am.*)].

Herminigildus (hemin- *Par.*) rex a patre heretico occiditur.

[Mauricius annis XX].

Sanctus Gregorius papa floruit.

[Focas annis VIII].

Templum Pantheon ecclesia Christi Rome efficitur.

Eraclius annis XXXI.

Hic Cosdroe victo crucem Christi Ierusalem reportavit.

Constans filius eius annis XXVI.

Monothelitarum (bonoth- *Am. errore miniatoris*) heresis condemnatur.

Constantinus annis XVI (xxui *Am.*).

Constantinopolitana synodus agitur.

Iustinianus annis X.

Sanctus Leodegarius episcopus ab Ebroino interficitur.

Leontius annis III.

Arabes Affricam infestant.

Absimarus qui et Tiberius annis VII.

Sergius papa dominice crucis partem invenit.

Iustinianus iterum annis VI.

Iste Cersonam insulam totam destruxit.

Philippicus qui et Bardanius anno I.

Hic hereticus fuit: propterea condemnatur.

Anastasius qui et Arthemius (anthemcius *Ch.*) annis III.

Iste fuit vir catholicus.

Theodosius anno I.

Iste de regno eiectus clericus factus est.
Leo annis XXIII.
Hic sanctorum imagines atque reliquias abhominabatur.
Constantinus annis XXXIIII (xxxiii *Par.*).
Iste persecutionem excitavit in ecclesia dei.
Leo Cazarus annis V.
Saxones Christiani efficiuntur.
Constantinus Leonis filius annis X.
Septima synodus Constantinopoli celebratur.
Karlomagnus (karolus magnus *Am.*) annis XLVII.
Hic ex rege Francorum factus est imperator Romanorum.
Ludovicus (lod- *Am.*) Pius filius eius annis XXVII.
Sanctus Egidius confessor obiit.
Lotharius Ludovici (lod- *Am.*) filius annis XV (xui *Am.*).
Huius anno secundo III° nonas Maii factus est eclypsis solis (solis *om. Am.*).
Ludovicus Lotharii filius annis XXXIII (xxxui *Ch.*).
Rabanus de laude crucis librum composuit.

2. *ex margine cod. Berolinensis Phillipps. n. 137 = 1896 saec. IX (supra p. 418).*
ad Arcadium:
Gothi Italiam [in]gre[diuntur].
ad Honorium:
Alaricus rex Gothorum Romam invadit.
ad Zenonem:
Odoacer rex Romam obtinuit.
ad Iustinum I:
Benedictus abbas claruit.
ad Tiberium:
hucusque imperatores Romani.
ad Mauricium:
hic Mauricius Grecus *(supra v. add., lect. incerta)* de Cappadocia fuit.
Narses patricius Totilam Gothorum regem in Italia occidit.

3. *ex codd. Londin. Cotton. Tit. D XIX saec. XV et Moelkensi item saec. XV.*
ad Carum:
in flumini Tigride submersus abiit *[sic]*.
ad Diocletianum:
postea semetipsum interemit.
ad Iulianum:
hic inter blasfemias a domino permutatur.
ad Theodosium I:
hucusque Eutropius.
ad Marcianum:
Roma Capua Adversa Nola a Vandolis capiuntur.
ad Leonem I:
Odoazar Romam et omnem Ytaliam capit.
ad Zenonem:
hic dedit Ytalyam Theodorico regi Gothorum.
Hosmido *[sic]* papa dedit Lodovico regi Francorum coronam auream et tunicam anno domini CCCCLXXV, ab urbe condita MCCXXVII.

ad Anastasium:

Longobardi a Pannonia egrediuntur.

ad Mauricium:

Beneventum ab eo capitur, ubi primum ducem constituit Zociam.
Longobardi monasterium Casinense destruunt.

ad Phocam:

primus imperator ex genere Grecorum.

ad Heraclium:

Cosdrae rex Persarum ab eo devinc (Cosroex rex perinus [?] devincitur in ponte zum gulden tor *Modkensis*).

4. *ex cod. Vaticano Ottoboniano n. 104 saec. XV.*

Tertio anno imperii huius [*Heraclii*] Persa Cosdros vel partem Romanae rei publicae cepit, devastavit Ierosolimam et venerabilia loca incendit, et populorum copias captivavit una cum patriarcha Zacharia et pretiosum lignum in Persidem duxit.
Anno autem eius XII Cosdroe in Perside interemptus est et captivitas revocata est et vivifica crux restituta in suis locis cursus [*sic*] erectis.
Tunc et Saraceni orsi sunt universitatis desolationem VI° C° XXVI anni ind. VII.
Constantinus filius annis XXVIIII. hic in Sicilia interfectus est. sub quo plurima pars rei publicae a Sarracenis desolata est.
Constantinus nepos Eradii annorum XVII: sub quo Bizancium a Saracenis devastata est et sexta synodus XIII° anno eius facta est Constantinopolim et quam plurimum.
Iustinianus filius eius anno X.
Leontius annis III.
Tiberis qui et Absimarus anni VII.
Iustinianus secundus XIIII. VI.
Philippus qui Bardamus annum unum.
Anastasius qui et Archemus anni II.
Theodosius anno uno.

5. *ex variis libris.*

sub Arcadio:

Sanctus Ambrosius ad deum migravit in corpore.
Flor. S. Crucis 27, 7 in margine; Flor. Ashburnh. 1404.

sub Gratiano:

Ambrosius clarus habetur.
Chig. A, VIII, 244.

post Leonem maiorem:

Leo minor ann. I. Theotrichus rex Romam obtinuit.
Sangall. n. 231 saec. IX.

sub Iustiniano I:

Benedictus auctor monachorum claruit.
Flor. Laur. Gadd. 90, 17, 1.

sub Mauricio:

De genere Graecorum primus.
Chig. A, VIII, 244.

sub Mauricio (Lond. Harl. 3941, Vind. 580), sub Phoca (S. Cruc. 27, 10; S. Marci 582; Laur. 19, 32; Urb. 141; Esc.):

Gregorius (eo tempore *ins. Lond.*) Romanae urbis pontifex, cuius famae fulgor totum terrarum orbem penetravit, Anglorum gentem, id est Saxonum, per duodenos (duodenis *Lucc.*) a se missos (misso *Lucc.*) ad Britaniam auiris (auris *Lucc., pro hoc voc. versus vac. Vind.*) quam (qua *Marc. Urb. Laur.*) nunc (auiris q. n. *om. Esc.*) ipsi (ipsis *Lucc.*) Saxones lectis (eiectis *Lond.*, eiecti *Esc.*) de illa insula, immo et (ut *Laur. Esc.*) verius dicam de minore a (in *ins. Urb.*) maiore (maiorem *Lucc.*) orbe diviso (diuisio *Lucc.*, diuisi *Esc.*) Brittonibus pene (bene *Marc. Urb. Esc.*) cunctis (uentis *Esc.*) sub sua potestate redactum (redactis *Lond.*) redeunt (redemit *Esc.*) ad Christi fidem a paganae (pragane *Laur.*) pravitatis (paru- *Marc. Urb.*) divortio.

Lond. Harl. 3941; Flor. Laur. 19, 32; S. Crucis 27, 10; S. Marci 582; Rom. Urb. 141; Vindob. 580; Lucca II n. 55; Escur. &, I, 2; Paris. 7598 (breviata); Guelferbyt. Helmstad. n. 174 (omisi).

sub Tiberio II:

Gregorius papa Romensis (romanis *Ashb.*) insignis habetur et Euticiani hereses (heres *Cruc.*) destruxit.

Flor. S. Crucis 27, 7; Flor. Ashburnh. 1404.

sub Tiberio II:

[Langobardi] cum Alboin rege eorum [Italiam capiunt].

Chig. A, VIII, 244.

sub Anastasio II (a. 713—716):

Saraceni (in *ins. Esc. 2*) Yspaniam ingrediuntur fraude, cum Roderico rege Gotorum bellum committunt et totum regnum Yspanie occupant.

Escur. B. I. 11 et &, I, 2.

sub Theodosio III (a. 716):

Karolus princeps Francorum apud Saracenos prelium commisit supra Barra fluvium et vicit et tunc experti sunt Saraceni Francorum prelia.

Escur. B. I. 11 et &, I, 2.

6. *Clausulae.*

Ab exordio mundi usque in tempus, quo Ysidorus hanc parvam cronicam notavit, fuerunt V^m DCCCLVII. DCXCVI.

Laur. Gadd. pl. 90, 17, 1.

Ab inicio mundi usque ad XVII Eraclii annum sunt anni V̄DCCCCXXIIII.

Ambrosianus H 187 inf.

Fiunt igitur ab exordio mundi usque in presentem eram, hoc est in annum quintum imperatoris Eraclii et quartum (uii *Ven.*) annum Siseboti (syziboti *Ven.*) principis gentis Gothorum anni VDCCCXII *[sic]*. post completionem huius temporis fluxerunt anni LX, scilicet a tempore Clodoarii usque ad XV^tum annum regni itemque Clodoarii (clodochi *Vind.*) ac nepotis (nepotes *Vat. ante corr.*, nepettes *Ven.*) ipsius, quo ipse cum ingenti exercitu contra Danos *(om. Vat.)* abiit, estque a dormitione sancti Sulpicii (supplicii *Ven.*) XXVI^tus (xxu^tus *Ven.*; qui *ins. Vind.*) in cyclo I^o (uero *Ven.*, quinto *Vind.*) Victorii CVIII cum bissexto, in aera (mera *pro* inera *Ven.*) ubi nomina consulum et Maximi *(sic sp. vac. relicto Vat., nullo sp. Ven. Vind.)* habentur esse monstratur. hoc ideo dictum est, ut facilius deinceps reliqua ac futura summa annorum cognoscatur (hoc . . . cognoscatur *om. Vat.*). additis ergo his

LX annis fiunt (sunt *Ven. Vind.*) a mundi initio anni VDCCCLXXIIII (lxxuiii *Vind.*), de sexto vero miliario fiunt (sunt *Ven. Vind.*) residui anni CXXVII.

Vaticanus reginae n. 294; Venetus Marcianus Lat. II, 47; Vindobonensis 4831.

Invenimus collectum esse hanc coronicam sub era DCLXVI, sicut et in alia huius doctoris, quam prius edidit, repperimus cronica, per quam et hanc legimus eram. deinde a sequenti era DCLXVII usque in hanc presentem eram, que est DCCLXXI, creberunt anni CXVI, qui additi ad superiorem huius cronice summam faciunt simul omnes annos ab exordio mundi usque in hanc praefatam DCCLXXXI *[sic]* eram VDCCCCXLII. his itaque ita diestis (= *digestis*) fatemur denique difficile posse quemquam hominem annorum summam post etiam tempore (tempe *cod.*) incarnationis iam domini, pretermissa quoque era veritatis indice, per reges et principes conputare et in errore minime incurrere. proinde ergo necesse quippe est secundum morem prorsus eram illam partire, que suo reppererit tempore incurrere et quod partiendo invenerit, hoc quippe faciat ad ere maiore adicere, que ab Adam usque ad Christum noscitur percurrere: tunc sane probabitur quisque se scilicet ad veritatis potius tramite pervenisse.

Escurialensis Q II 24 (nobis *C*) *saec. VIII post c. 266* est cognitum; *prima verba ad* DCLXVI *repetit codex Toletanus 15. 11 (descripta habui ab Ewaldo et Bernaysio).*

7. *Subscriptio Recesuinthiana.*

Subscriptio Recesuinthiana, de qua supra p. 411 dictum est, quatenus adest in codicibus a nobis aut plene aut ad specimina adhibitis, legitur post c. 265 *efficiuntur* in libris *QH* 1. 7. 14. 16. 23, post c. 266 *est cognitum* in libris 3. 13. 15 ita:

Colligitur (collegitur *H*) omne (*om.* 14) tempus ab exordio mundi usque in (ad in 13) praesentem (annum *ins. H* 13[b]) gloriosi (*om. H*) Recesuinti (recensuinthi 15, recessuinthi 23, recessuinthin *H*, recessuithin 13, recisuindi 14, cessuinthi 1; *deinde* principis *ins. H* 1. 7. 13. 15. 23) annum (anno *Q*, annus *H*, annis 13, *om. 1*) X (annum x gl. r. 15), qui est (*hic finiunt* 7. 14) aera DCLXL (delxui 16, dexcui *post annum mundi* 15, delxu 23, dixuiii *H*, delxlui *Leidensis Vossianus*), annus (ān̄s *Q*, *om.* 13) VDCCCLVIII (ūdccclui *H* 1. 15. 23 *et Leidensis,* ūdccclui 13).

In cod. Paris. 7674 et Londiniensi Burneiano n. 8 pro Recesuinti anno decimo substitutus est decimus *gloriosi principis Sisebuti;* in Paris. 10293 et m. 2 in Paris. 17875 et in Bruxellensibus 4687. 5447 annus est *gloriosi Recensuinthi principis, qui est Eraclius* (= era). — Eandem sic exhibent codices Paris. 7601 et 7675 et ex cod. Lexoviensi Par. 11676:

Colligitur omne tempus ab exordio mundi usque in praesentem annum decimum gloriosissimi (gloriosi *Lex., om. Par. 7675*) Recesuinthi (resesuinthi *Par. 7601 ante corr.*, recensuinthi *Lex., om. Par. 7675*) principis, qui praesens annus scilicet est era DCXCVI, id est sexcenti nonaginta VI anni transacti sunt, ex quo (e. q. *om. Par. 7601*) era singulorum annorum, sicut superius dicit, a Caesare Augusto constituta (constita *Par. 7675*) est, quod est autem illud tempus quod colligitur (q. c. *om. Par. 7601*) ab exordio mundi? videlicet anni VDCCCCLVII (ūdcccluii *Lex.*). era autem figura dicitur esse geometrica. ordo litteraturae est. colligitur omne tempus ab exordio mundi usque in praesentem gloriosi *(om. Par. 7675)* Recensuinthi (recensunthi *Par. 7601*) principis annum decimum, qui est era DCXCVI, anni VDCCCCLVII (ūdcccluii *Lex.*). utrum autem Recensuinthi an Recessuinthi (recensunthi an recessunthi *Par. 7601*, recensuinthi an recensunthi *Par. 7675*) dicatur, nihil intelligentiae obsistit: est enim proprium nomen *(om. Lex.)* cuiusdam tunc temporis Hispaniarum regis *(om. Lex.)*.

CIRCULATE AS MONOGRAPH